This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06822890 1





S. MACARIUS ÆGYPTIUS.

J. Verhelſt Sc. A. V.

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S. THEOLOGIÆ, ET S. S CANONUM
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS XV.

CONTINENS OPERA
MACARII ÆGYPTII, PACIANI EPISCOPI,
IÆ ABBATIS, NEMESII EPISCOPI,
ILASTRII EPISCOPI, HIERONYMI GRÆCI,
AGRII PONTICI, MARTINI EPISCOPI
TURONENSIS, THEOPHILI EPISCOPI
ALEXANDRINI, &c.

CUM
DUPLICI INDICE,
UNO OPERUM,
ALTERO RERUM MEMORABILIUM.

UPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.
MDCCXCII.

1792

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

INDEX
OPERUM SS. PATRUM,
ET
SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,
QUÆ
IN HOC TOMO XV. CONTINENTUR.

S. MACARII EPISCOPI
HOMILIÆ, ET OPUSCULA ASCETICA.

HOMILIA I.

Exponitur Viſio Ezechielis. Cap. I. 3 ſeq.

II.

De Regno tenebrarum, hoc eſt, peccato. 10 ſeq.

III.

De ſimplicitate, & dilectione fraterna. 12 ſeq.

IV.

De progreſſu in Vita Chriſtiana. 15 ſeq.

V.

De diſcrimine Chriſtiani ab homine mundano. 23

VI.

De modo precandi per quæſita, & reſponſa. 26

VII.

De Clementia Chriſti erga homines. 28

VIII.

De his, quæ evenire ſolent inter orandum. 30

IX.

De Promiſſionibus, ac Prophetiis divinis. 32

X.

Quomodo gratia Dei augeatur, & perdatur. 35

XI.

De Virtute Spiritus Sancti in corde puro. 37

XII.

De ſtatu Adami poſt admiſſum peccatum. 40

XIII.

Quem fructum a Nobis Deus exigat. 43

XIV.

XIV.

Quam remunerationem obtineant Servi Dei. 44

XV.

Quomodo ſe gerere debeat Anima erga Chriſtum. 46

XVI.

De tentationibus, & afflictionibus Juſtorum. 51

XVII.

De vera Unctione Chriſtianorum. 53

XVIII.

De vero Eorumdem Theſauro. 56

XIX.

De conatu Chriſtiani ad perfectionem. 58

XX.

Quis ſanare, & ſalvare poſſit animas. 61

XXI.

De duplici Bello Chriſtianorum. 63

XXII.

De gemino ſtatu Morientium. 65

XXIII.

Quinam Diadema regium geſtare poſſint. *ibidem.*

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

XXIV.

Quibusnam rebus comparari poſſint Chriſtiani. 66

XXV.

De ſervitute peccati, vi lachrymarum, & amoris. 68

XXVI.

De præſtantia, & operationibus animæ. 71

XXVII.

De dignitate, & libertate Chriſtianorum. 75

XXVIII.

De calamitate animæ poſt peccatum. 78

XXIX.

De variis modis diſpenſandi gratiam Dei. 79

XXX.

Spiritualis regeneratio Chriſtiani. 81

XXXI.

Spiritualis immutatio ejusdem. 83

XXXII.

Gloria Eorumdem in reſurrectione. 485. Item XXXIV. 87

XXXIII.

Nullo non tempore neceſſe eſt orare. 86

XXXV.

XXXV.

De Sabbato, antiquo, & novo. 88

XXXVI.

De duplici reſurrectione animarum. 89

XXXVII.

De Paradiſo, & Lege ſpirituali. 90

XXXVIII.

De diſcernendis veris Chriſtianis a falſis. 93

XXXIX.

Quam ob rem S. Scriptura nobis data ſit. 94

XL.

De Vitiorum, & Virtutum Nexu. 95

XLI.

De incremento Gratiarum, & Virtutum. 96

XLII.

De ſpriritu Gratiæ, & nequitiæ. 97

XLIII.

Progreſſus Chriſtiani, a quo dependeat. 98

XLIV.

De neceſſaria renovatione Chriſtiani. 99

XLV.

Quis hominem ſalvare, & ſanare poſſit. 101

XLVI.

Diſcrimen inter filios Dei, & filios mundi. 103

XLVII.

Explicatio allegorica Legis Moſaicæ. 104

XLVIII.

De perfecta fide in Deum. 108

XLIX.

Beatitudo cœleſtis præprimis quærenda eſt. 10

L.

Deus plura fecit Miracula in utraque Lege. 111

EJUSDEM OPUSCULA ASCETICA.

I.

De Cuſtodia Cordis.

II.

De Perfectione. 181

III.

De Oratione. 123

IV.

De Patientia , & Diſcretione. 129

V.

De elevatione Mentis. 135

VI.

VI.

De Charitate. 141

VII.

De libertate mentis. 149

VIII.

Apophtegmata. 158. Item 160.

IX.

De exceſſu Juſtorum, & Peccatorum. 166

S. MACARII ALEXANDRINI OPERA.

I.

Regula ad Monachos. 169

II.

Epiſtola ad Eosdem. 174. Sequuntur aliæ Sanctorum Abbatum Regulæ. 277

S. PACIANI EPISCOPI BARCILONENSIS OPERA.

I.

Epiſtolæ ad Novatianos. 181

II.

Paræneſis ad Pœnitentiam. 200

III.

Sermo de Baptismo. 107

BEATI ISAIÆ ABBATIS OPERA.

I.

Orationes pro Vita ſpirituali promovenda. 213

II.

Explicatio illius Dicti Evangelici: Attende tibi. 256

III.

Ejusdem Lamentationes. 260

IV.

Regula, & Capitula. 263

V.

Sermo de Contubernalibus. *ibidem.*

S. TIMOTHEI EPISCOPI ALEXANDRINI OPERA.

Reſponſa Canonica Varii Argumenti. 266

NEMESII EPISCOPI EMESINI LIBER DE NATURA HOMINIS.

CAPUT I.

De Natura Hominis. 272

II.

De Anima. 281

III.

De Unione Corporis, & Animæ. 294

IV.

De Corpore. 298

V.

De Elementis. 300

VI.

De Phantaſia. 304

VII. Usque ad CXXXV. De ſenſibus externis, aliisque Affectionibus, & facultatibus.

XXXV. Usque ad CXLII. De fato, & libero Arbitrio hominis. 344

XLII. De Providentia, usque in finem.

S. ARSENII ABBATIS OPERA.

I.

Ejusdem exhortatio. 372

II.

Sacra Apophtegmata. 374

FAU-

FAUSTINI PRESBYTERI
OPERA.

I.

De Trinitate contra Arianos. 379

II.

Liber ad Imperatores.

III.

Fidei profeſſio ad Theodoſium Imperatorem 407

S. PHILASTRII EPISCOPI BRIXIENSIS
LIBER DE HÆRESIBUS.

I.

Catalogus eorum hæreticorum, qui ante Chriſtum fuerunt. 411

II.

Item illorum, qui poſt Chriſtum natum emanarunt. 421

BEATI HIERONYMI GRÆCI THEOLOGI
OPERA.

I.

Dialogus de SS. Trinitate. 510. Commentatio utilis. 522

EVAGRII PONTICI
OPERA.

I.

Capita practica. 531

II.

De rebus Monachalibus. 558

III.

De Octo vitioſis Cogitationibus. 566

IV.

Sententiæ ſelectæ ad Monachos, aliosque ſolitarios. 576

V.

Sententiæ ad Virgines. 586. De Tetragrammaton. 590

INCERTI, SED ANTIQUISSIMI AUCTORIS.

Breviarium fidei adverſus Hæreticos Arianos. 592

S. MARTINI EPISCOPI TURONENSIS.

Trinæ Unitatis, & Unius Trinitatis Confeſſio. 614

THEO-

THEOPHILI ALEXANDRINI OPERA.

I.

Sermo de ſancta Theophonia. 61

II.

Ejusdem varia Reſponſa Canonica. 62

III.

Epiſtola Synodica ad Epiſcopos Palæſtinos & Cyprios de damnatione Hæreſeos Origenianæ. 62

IV.

Prologus ad Theodoſium Imperatorem. 63

V.

Epiſtolæ Paſchales. 638. Item 652. Item Item 671. Fragmenta. 689. Item 69 Epiſtolæ. 691.

SANCT



SANCTI PATRIS

MACARII ÆGYPTII
HOMILIÆ
ET
OPUSCULA ASCETICA.

§. I.

Vita & Scripta S. Macarii Ægyptii.

Macarius ſenior genere Ægyptius, & magni cognomen adeptus, in flore adhuc ætatis monaſticum inſtitutum amplexus eſt, in quo mirifice adeo enituit, ut a monachis puer ſenex appellaretur. Deinceps vero in intimam ſolitudinem ſecedens, in Scetio ſedem poſuit; ubi egregiis religioſæ vitæ certaminibus inclytus, pluribusque gratiæ donis divinitus cumulatus annos natus quadraginta ad ſacerdotium evectus eſt, magno Athanaſio æqualis, magno quo- *Vita S. Macarii.*

quoque Antonio familiaris, uti notat Tillemontius *memor. Eccl. tom.* 8. Ex hac vita migravit nonagenarius, poſtquam ipſos ſexaginta annos ſolitariam vitam egiſſet Palladio teſte, qui & præclara ejus facinora pluribus ediſſerit *hiſt. Lauſ. cap.* 20. Et S. Hieronymus inquit *ep.* 108. *Quid ego enarrem Macarios, Arſenios, Serapiones, & reliqua columnarum Chriſti nomina?* Ejus memoria in Eccleſiæ Latinæ faſtis die 15 Jan. recolitur.

Ejus ſcripta & editiones. Non ſolum autem vitæ ſanctitate, ſed & ſacrarum litterarum ſcientia excultus fuit Macarius; ſub ejus enim nomine habemus homilias quinquaginta *de integritate, quæ decet Chriſtianos*, ſpirituali, ſucci plenas, quas primus latine edidit Picus Pariſiis, quæ editio cum Gregorii Thaumaturgi & Baſilii Seleucienſis operibus ibidem iterum prodiit an. 1621. Antea vero anno 1594. ex verſione Palthenii Fridbergenſis Francofurti fuerant eædem Homiliæ ſecundo evulgatæ. Atque hanc editionem Græco textu ex Mſſ. codicibus a Cotelerio in ſuis monumentis Eccleſiæ Græcæ relatis, potiſſimum recenſito, & verſione Paltheniana ſubinde caſtigata rurſus prælo commiſit Lipſiæ anno 1698. Joannes Georgius Pritius, additis præterea ſeptem opuſculis aſceticis a Petro Poſſino in Theſauro aſcetico primum in lucem eductis, ſubjectisque ſimul ejusdem ſancti Abbatis apophthegmatis tum Poſſinianis tum Cotelerianis, nec non excerptis, quæ de

S. Ma-

S. Macario apud Palladium & Caſſianum habentur. Quam proinde editionem cæteris accuratiorem D. Gallandius ſuæ Bibliothecæ Patrum inſeruit.

Porro auctorem harum homiliarum S. Macarium Ægyptium eſſe, teſtantur non ſolum impreſſi codices, ſed & Mſſ. complures, quos laudant Montfanconius *Bibl. Bibl. tom.* 1. *pag.* 67. & Fabricius *Bibl. Græca tom.* 7. *pag.* 492. Quare Poſſinum, qui has homilias & opuſcula aſcetica alteri cuidam Macario S. Antonii M. diſcipulo aſſignat, merito refutant Pritius *præf. ad Macarii opuſcula* §. 8. & Tillemontius *mem. Eccl. tom.* 8. Illud denique Labbeus *diſſ. hiſt. de Script. Eccleſ. Tom.* 2. obſervat, quædam in his homiliis ineſſe obſcura, & a proprio more loquendi Theologorum quadantenus aliena, proindeque circumſpecte eſſe legenda; & ſubeſt ſuſpicio, ne ab aliquo Pelagiano alicubi interpolatæ ſint.

§. II.

ANALYSIS.

HOMILIA I.

Allegorica interpretatio viſionis apud Ezechielem deſcriptæ cap. 1.

1. „Quam Ezechiel Propheta divinam viſionem viderat, eam deſcripſit myſteriis humanæ menti imperviis refertam; „vidit enim in campo currum Cherubim, *Viſio Ezechielis.*

„quatuor animalia ſpiritualia, quorum ſin-
„gulis erant quatuor facies, uni quidem
„leonis, alteri aquilæ, tertio vituli, quarto
„hominis facies erat. Singulis quoque fa-
„ciebus erant alæ, ut neque anteriora, ne-
„que poſteriora cognoſci potuerint. Terga
„illorum oculis plena, & pectora ſimiliter
„oculis abundabant; & rotæ ſecundum
„quamque faciem tres in modum rotæ, &
„in rotis inerat Spiritus. Et vidit tamquam
„ſimilitudinem hominis, & quæ ſubtus pe-
„des ejus erant, erant tamquam opus Sap-
„phiri. Et ferebat currus Cherubim, ani-
„malia vero inſidentem Dominum, quocun-
„que volebant, & vidit ſubtus Cherubim
„velut manum hominis geſtantem & ful-
„cientem.

Myſterium incarnationis.

2. „Et hoc, quod vidit Propheta, ſig-
„nificabat myſterium a generationibus reve-
„ra abſconditum, manifeſtatum tamen ul-
„timis temporibus in apparitione Chriſti;
„videbat enim myſterium animæ, quæ Do-
„minum ſuum amplexura, & thronus glo-
„riæ futura erat. Hæc pulchritudine glo-
„riæ ejus illuſtrata tota fit lumen, tota fa-
„cies, & tota oculus, & nulla ejus pars
„tenebris offuſa eſt, præparante eam Chri-
„ſto, ferente, agente, portante, & ex-
„ornante illam pulchritudine ſpirituali; in-
„quit enim: Manus hominis erat ſubtus
„Cherubim, quia ipſe eſt, qui in ea vehi-
„tur, & qui viam ei commonſtrat.

3. „Qua-

3. „Quatuor autem illa animalia currum „ferentia typum præ ſe ferebant præcipua„rum animæ rationalis partium. Quemad„modum enim aquila cæteris avibus domi„natur, & leo agreſtibus feris, ac taurus „manſuetis animalibus, & homo creaturis „præſtat, ſic & animæ ſunt potentiæ aliæ „aliis excellentiores. Dico autem volunta„tem, conſcientiam, mentem, & diligendi „vim; per illas enim currus animæ guber„natur, & in his requieſcit Deus. Aliter „vero & ad cæleſtem Sanctorum Eccleſiam „transferri hoc poteſt; quemadmodum enim „illic dicit, quod animalia erant valde ſu„blimia, plena oculis, nec cuiquam licebat „comprehendere numerum oculorum, eo„dem modo in cæleſtem ſanctorum eccle„ſiam ingredi quidem omnibus certamen ini„turis licet, comprehendere vero numerum „ſoli Deo aſcribitur. Fertur igitur & vehi„tur inſidens ille a curru & throno ocula„torum animalium, aut a qualibet anima, „quæ ipſi thronus & ſedes facta eſt, & quæ „oculus & lumen exiſtit; cum aſcenderit „ſuper illam, habenis Spiritus eam regens, „& dux viæ ei exiſtens. *Quatuor animalia quid.*

4. „Quod autem in cæleſte lumen eva„dant animæ juſtorum, ipſe Dominus Apo„ſtolis dicit. *Matth.* 5. *Vos eſtis lux mundi.* „Ipſe enim, qui effecit eos lucem, per il„los illuminari mundum præcepit: *Luceat* „*lux veſtra coram hominibus.* Hoc eſt, ne „occultetis donum, quod accepiſtis a me; *Animæ juſtorum lux.*

 „ſed

„ſed date omnibus volentibus. Lux ergo „cum eſſent facti Apoſtoli, lucem præbue„runt credentibus, illuminantes eorum præ„cordia cæleſti Spiritus lumine, quo & ipſi „illuminati erant.

Sal Apoſtoli.

5. „Et *ſal* cum eſſent ipſi, ſaliebant „omnem animam credentem ſale Spiritus „Sancti; dixit enim iis Dominus: *Vos eſtis* „*ſal terræ. Matth.* 5. Terram vocans animas „proborum hominum; ſubminiſtrabant enim „illis ſal Spiritus cæleſte, condientes illos & „a putredine ac noxa ex multo foetore vin„dicantes. Sicut enim caro ſale non con„ſperſa putreſcit, ſale vero condita conſer„vatur; ita anima non condita Spiritu S. „hoc eſt, potentiæ Dei particeps non facta „putredine vitiatur, ac foetore pravarum „cogitationum repletur, adeo ut facies Dei „a gravi hoc foetore avertatur, & noxii „vermes ſeu Spiritus malitiæ & poteſtates „tenebrarum, in ea inambulent, paſcantur, „eamque devorent, & corrumpant. Si ve„ro ad Deum confugiens petat ſalem vitæ, „id eſt bonum Spiritum, veniens ſal cæle„ſte interimit tetros illos vermes, & extin„guit graveolentiam, & ſic illa illæſa in „uſum cæleſtis Domini ordinatur; propte„rea etiam in lege Deus juſſit omnes victi„mas ſale Saliri. *Lev.* 2. *v.* 2.

Sale condienda anima.

6. „Oportet ergo primum victimam ma„ctari a ſacerdote & mori, & tunc diſſe„ctam ſale condiri; deinde ſic igni imponi.

„Sic

„Sic & noſtram animam accedentem vero „Pontifici Chriſto oportet mactari ab eo, & „peſſimæ vitæ ſcilicet peccato mori, & „tamquam vitam oportet ex ea egredi pravas affectiones, ita ut neque audiat, ne„que loquatur, neque verſetur in tenebris „peccati, ſed exclamet cum Apoſtolo di„cens: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego „mundo. Gal.* 6. *v.* 14. Anima enim, quæ „in mundo & tenebris peccatorum adhuc „vivit, adeoque ab eo non eſt mortificata, „ſed adhuc animam malitiæ, ſeu potentiam „tenebroſarum peccati affectionum in ſe ha„bet; non eſt de corpore Chriſti, nec de „corpore lucis, ſed tenebrarum.

7. „Sed dicat aliquis, quo pacto animam „dicis corpus tenebrarum, cum non ſit ab „illis genita? Verum anima dicitur corpus „tenebrarum malitiæ, quamdiu in illa ſunt „tenebræ peccati; quia tunc vivit in ſæcu„lo perverſo tenebrarum, & ibi capta tene„tur, quemadmodum & Paulus *corpus pec„cati Rom.* 6. & *corpus mortis* appellat. *Rom.* „7. *v.* 27. Econverſo anima Deo credens, „& a peccati ſordibus ſoluta ac per mortem „ſublata ex vita tenebrarum, poſtquam lu„men Spiritus Sancti tamquam vitam ac„ceperit, illic vivens reliquum vitæ terit: „quia illic capta tenetur a lumine divino. „Neque enim naturæ divinæ eſt anima, ne„que naturæ tenebrarum malitiæ; ſed eſt „quid creatum, intellectuale, elegans, ſi„militudo & imago Dei, quam propter *Anima quomodo corpus tenebrarum.*

„transgreſſionem invaſit malitia affectionum, „quæ ſunt tenebrarum.

Anima vere vivens mundo mori debet.

8. „Animam igitur, quæ vult vivere „apud Deum in luce æterna, accedere oportet ad verum Pontificem Chriſtum, maſtari, & mori mundo ac priori vitæ tenebrarum & malitiarum, & transponi in alteram vitam & educationem divinam, ita „ut non amplius audiat in ſe vocem cogitationum tenebrarum, & clamorem frivolarum diſputationum, & turbæ ſpirituum „tenebrarum; ſed transferatur in civitatem „bonitatis & pacis plenam, in civitatem „divinæ lucis, ubi vivit, audit, converſatur, loquitur, & ratiocinatur, ac operatur „opera ſpiritualia & Deo digna.

9. „Oremus igitur & nos, ut per virtutem ejus mactemur & moriamur ſæculo „malitiæ tenebrarum, inque nobis extinguatur Spiritus peccati, induamurque & accipiamus animam Spiritus cœleſtis, & transferamur ex malitia tenebrarum in lumen „Chriſti ad requieſcendum in vita per omnia ſæcula; ſi Dominus animam gubernet, „ducens currum ejus ad cœleſtes, & divinas contemplationes. Aguntur igitur Cherubim, non quo progredi volunt; ſed quo „ſeſſor ea dirigens ducit, & vult, eo progrediuntur, *manus enim*, inquit, *erat ſub* „*illis Ezech.* 10. *v.* 21.

10. „Tu

10. „Tu igitur, quando auditu hæc per- *Anima vitæ neceſſaria.*
„cipis, reſpice teipſum, an poſſideas hæc
„reipſa in anima tua, & ſi non poſſideas,
„triſtitiam ac luctum perpetuum habeto ve-
„lut adhuc mortuus a regno; continuo cla-
„ma ad Dominum, & pete confidenter, ut
„te quoque vera hac vita dignetur. Quem-
„admodum enim corpus vitam non ex ſe,
„ſed aliunde, hoc eſt, a terra, cibo, po-
„tu & reliquis habet, & absque iis, quæ
„extra ſunt, impoſſibile eſt ei vitam duce-
„re; ita & anima, niſi ab hoc tempore re-
„generetur in illam viventium terram, &
„illic ſpiritualiter alatur, & ſpiritualiter in
„Domino proficiens creſcat, & arcanis ve-
„ſtimentis cæleſtis pulchritudinis ex divini-
„tate deſumtis induatur, absque illo cibo
„in gaudio & quiete ex ſeipſa vivere plane
„non poteſt. Habet enim etiam divina na-
„tura panem vitæ, qui dicit: *Ego ſum panis*
„*vitæ Joan.* 6. *v.* 35. *& aquam viventem*
„*Joan.* 4. *v.* 10. & *vinum lætificans cor ho-*
„*minis Pſ.* 104. *v.* 15. & *oleum exultationis*
„*Pſ.* 45. *v.* 8. Et multiplicem cæleſtis Spi-
„ritus cibum, & veſtimenta luminis cæle-
„ſtia a Deo profecta: in his conſiſtit æter-
„na animæ vita.

11. „Si igitur thronus Dei effectus es, *Vera animæ vita.*
„& inſederit in te cæleſtis auriga, & ani-
„ma tua tota oculus ſpiritualis, & tota lu-
„men effecta eſt; ſi quoque cæleſti illo Spi-
„ritus cibo enutritus es, & ex aqua vitæ
„bibiſti, & veſtimenta arcani luminis indui-

„ſti, ſi denique tuus interior homo hæc „omnia expertus, & in fidei abundantia „conſtitutus eſt; ecce vivis vitam revera „æternam. Si vero nihil horum tibi con„ſcius es, plora & geme, quod æternarum „& ſpiritualium divitiarum particeps factus „nondum es, & veram vitam nondum ac„cepiſti. Sollicitus ergo eſto de inopia tua, „ſupplicans Domino noctes & dies, ut con„ſequaris redemptionem, ac cæleſtes divi„tias a Domino, cui gloria & potentia in „ſæcula. Amen.

HOMILIA II.

De regno tenebrarum hoc eſt peccato, & hominem ſolius Dei beneficio liberari ab eo.

Peccatum regnum tenebrarum. 1. „Regnum tenebrarum, malitioſus nimi„rum ille princeps, homine ab ini„tio captivo reddito, animam ac totam ejus „ſubſtantiam peccato induit, totam inqui„navit, totam captivam in regnum ſuum „abduxit; nec reliquit ullum ejus membrum „a ſe liberum, non cogitationes, non men„tem, non corpus. Sed amicivit eam pur„pura tenebrarum, hoc eſt, peccato, & ſic „corpus etiam paſſioni & corruptioni ſubje„ctum eſt. Cum enim Apoſtolus dicit: *Ex„uite veterem hominem*, integrum dicit, to„tum enim hominem improbus ille polluit, „ſubiitque hominem ipſum peccatum, ita „ut

„ut perperam videat, perperam audiat, „pedes habeat ad patrandum facinus acce„lerantes, manus iniquitatem operantes, & „cor cogitans mala.

2. „Obſecremus igitur & nos Deum, ut „exuat nos homine veteri; quia ipſe ſolus „a nobis auferre poteſt peccatum, & pro„miſit ſe liberaturum nos ab hac ſervitute. „Adeſt quidem homini voluntas, purum & „impollutum eſſe, nihil malitiæ in ſeipſo „habere, ſed ſemper cum Deo converſari; „falcultatem vero non habet; volare qui„dem in aerem divinum & libertatem Spi„ritus Sancti cupit, ſed niſi acceptis alis „non poteſt. Precemur igitur Deum, ut „concedat nobis alas columbæ Sancti Spiri„tus, ut volemus ad eum & requieſcamus; „ipſi enim hoc facere ſolum eſt poſſibile, „ait enim: *Ecce agnus Dei, qui tollit pec„cata mundi. Joan.* 1. *v.* 29. Ipſe ſolus mi„ſericordiam hanc, quod a peccato redi„mat, exhibuit hominibus in ſe credenti„bus, eum quærentibus, in eoque ſpem „ſuam ponentibus. Et quemadmodum in via „erronea hominem perfectum exuit homo „vetus, & geſtat indumentum tenebrarum, „veſtimentum blaſphemiæ, diffidentiæ, au„daciæ, inanis gloriæ, avaritiæ, & alia „ſimilia regni tenebrarum geſtamina impu„ra & contaminata; ſic quicunque exue„runt veterem hominem, & quos exuit Je„ſus veſtimentis regni tenebrarum, induit „Dominus indumentis lucis arcanæ, indu„men-

Deus ſolus peccatum auferre poteſt.

„mentis fidei, ſpei, dilectionis, & reliquis,
„ut perinde ac Deus dilectio eſt, & gaudium, & pax, & benignitas, & bonitas, „talis & in nobis novus homo fiat per „gratiam, & Chriſtum, cui gloria & potentia in ſæcula. Amen.

HOMILIA III.

Quod fratres in ſinceritate, ſimplicitate & dilectione inter ſe converſari, ac in cogitationibus internis bellum gerere debeant.

Fratres in mutua charitate converſentur.

1. „Fratres in ſumma dilectione invicem „converſari debent, ſive preces faciant, ſive legant Scripturas, ſive operis „quid faciant, ut fundamentum charitatis „mutuum habeant; & ita approbari poterunt illorum inſtituta ſeu ſtudia. Qui precibus operam dant, & qui legunt, & qui „operantur, omnes poſſunt in ſinceritate & „ſimplicitate degentes a ſe invicem adjuvari; ut quomodo angeli in cælis inter ſe „congrediuntur in unanimitate, ſumma pace, & dilectione degentes, nec eſt ullus „illic faſtus aut invidia, eodem modo fratres inter ſe ſint. Contingit quosdam ad „triginta in unum convenire, totum diem „ac noctem una perſeverare non poſſunt, „ſed quidam eorum dant operam precibus, „ſex horas & volunt legere; quidam vero „prompte & benevole miniſtrant, cæteri ex „ipſis

„ipſis operis quid faciunt; debent igitur fra„tres „ ſiquid operis faciunt, in charitate „inter ſe converſari, & qui operatur, de „eo, qui preces facit, ſic dicat: Theſſau„rum, quem frater meus poſſidet, quoniam „communis eſt, & ego habeo. Et qui pre„catur de eo, qui legit, ſic dicat: quod „ille percipit commodum ex lectione, in „meum cedit lucrum. Et qui operatur ſic „dicat, miniſterium, quod præſto, in com„munem cedit utilitatem: quemadmodum „enim multa corporis membra ſe mutuo ad„juvant, ſic & fratres inter ſe ſint, & ſic „ſumma concordia inter illos erit. Maxi„mum autem omnium eſt opportuna pre„cum continuatio, & præterea unum re„quiritur, ut quis habeat vitam, quæ eſt „Dominus in anima, & ſive laboret, ſive „precetur, ſive legat, habeat poſſeſſionem „non perituram, quæ eſt Spiritus Sanctus.

2. „Sed non deſunt, qui dicant, Domi„num externos ſolos fructus requirere ab „hominibus, interiora vero Deum corrige„re: non enim res ita ſe habet, ſed ſicut „adverſus exteriorem hominem homo ſe mu„nit, ſic adverſus cogitationes bellum ge„rere debet. Exigit enim a te Dominus, „ut tibi ipſe iraſcaris, & pugnam commit„tas cum mente tua; neque aſſentiaris aut „delecteris cogitationibus pravis. Quod ſuper„eſt peccatum, illique adhærens malum „radicitus evellere, hoc divina ſolum virtu„te emendari poteſt. Reluctari quidem, re- *Bellum internum cum malis cogitationibus.*

„pug-

„pugnare, cædere, vulnerari in tuis viri-
„bus eſt, eradicare ſolius Dei eſt; ſi enim
„hoc præſtare in tua poteſtate fuiſſet, quid
„opus fuiſſet adventus Domini? Perinde
„enim ut non licet oculum absque luce vi-
„dere, ſic nec absque Jeſu ſalvari, aut reg-
„num cœlorum ingredi potes.

Semper conti- nuandum. 3. „Quodſi dicas, manifeſto ſtupro aut „adulterio me non polluo, nec avaritiæ cri-„men incurro, conſequens eſt, ut juſtus „ſim. Toto cœlo hic aberras, putans te „omnia perfeciſſe; non ſunt ſolum tres ſpe-„cies peccati, adverſus quas quis ſe muniat „oportet, ſed infinitæ. Arrogantia, temeri-„tas, odium, invidia unde ſunt? nonne „tibi adverſus hæc certamen & pugna in „ſecretis tuis cogitationibus ineunda eſt? „Sicuti etiam latroni repugnas, cædis, at-„que cæderis, demum vero voluntas repug-„nans moleſtia obruta, incipit ſuperior fieri, „cadit, erigitur. Denuo peccatum conjicit „animam in decem aut viginti congreſſus, „vincit animam & proſternit; & anima qui-„dem temporis intervallo decretoria pugna „ſuperat peccatum, quod tamdiu eum in-„feſtat, donec in virum perfectum evadat. „Si ergo quis dicat, non ſcortor, nec ad-„ulterio me polluo, nec avarus ſum, hoc „ſufficit mihi; dimicavit is quidem hoc mo-„do adverſus tres peccati ſpecies, contra „reliquas vero viginti non pugnavit, ſed vi-„ctus eſt. Pugnandum igitur eſt illi adver-„ſus omnes peccati ſpecies; mens enim ad-

„ver-

,verſaria eſt, & æquas habet vires adver-,ſus peccatum, ut contradicat & reſiſtat co-,gitationibus.

4. „Quodſi dicas, potentiores eſſe ad-,verſas vires, & malitiam omnino homini ,dominari, injuſtum facis Deum, qui con-,demnet humanam naturam, eoquod ſata-,næ obedierit; quandoquidem fortior eſt, ,& vi cogente ſibi hominem ſubjicit, ma-,jorem & fortiorem eum anima conſtituis. ,Sed tandem me audies: quemadmodum ſi ,juvenis ſit, qui luctam ineat cum puella, ,& ſi puellus, ſi ſuccubuerit, condemnetur, ,quod inferior evaſerit, multum hoc habet ,iniquitatis: perinde dicimus & nos, men-,tem adverſariam eſſe, & æquis viribus ,præditam; & hujusmodi anima opem & ,auxilium, ſi ſerio quærat, id conſequitur, ,& digna cenſetur redemptione; certamen ,enim & pugna in æqualitate virium con-,ſiſtit. Glorificemus Patrem, & Filium, „& Spiritum S. in ſæcula. Amen.

Homo cum gratia dæmonem vincere poteſt.

HOMILIA IV.

Qua ratione progrediendum in vita Chriſtiana.

1. „Qui vitam Chriſtianam ſtudio accura-„to tranſigere intendunt, eos præ „cæteris facultatis intelligendi & diſcernen-„di, quæ in anima eſt, ſummam curam „habere oportet, ut cum exactam boni ma-„lique

Diſcretio boni & mali ad vitam Chriſtianam neceſſarias.

„lique dijudicationem nacti ea, quæ præ-
„ter naturam puræ naturæ undequaque in-
„vehuntur, diſtinxerimus, recte & abſque
„offendiculo converſemur, & diſcernendi fa-
„cultate velut oculo utentes id conſequa-
„mur, ut idonei non ſimus, qui cum ma-
„litia fœdus percutiamus, ſicque divino mu-
„nere ornati digni Domino fiamus. Sicut
„enim corpus oculum habet ducem, lumen
„ipſius exiſtens, ne per præcipitia disrum-
„patur, aquis immergatur, aut caſu diffi-
„cili lædatur, aut tunicam ſuam diſcerpat,
„aut coeno polluat; eodem modo anima,
„quæ tunicam corporis geſtat, pollens fa-
„cultate diſcernendi, quæ dirigit totam cum
„corpore animam, tranſeuntem per nemo-
„ra, ſpinas, cœnum, ignem, & præcipitia;
„hoc eſt, cupiditates & voluptates & reli-
„quas hujus ſæculi abſurditates, ubique de-
„bet diligenter, & attente obſervare ſeipſam,
„& tunicam corporis, ne dilaceretur inter
„ſpinas hujus mundi, uti ſunt curæ terre-
„ſtres, aut ab igne concupiſcentiæ combu-
„ratur: & oculum avertat, ne videat ma-
„litiam, aures, ne audiant detractiones,
„linguam, ne loquatur vana, manus & pe-
„des ab actionibus inhoneſtis.

Anima in bonis ſervilis fit. 2. „Habet enim anima voluntatem aver-
„tendi, & avocandi membra corporis ab in-
„honeſtis ſpectaculis, ab auſcultatione tur-
„pium, a ſermone minus decente, & offi-
„ciis perverſis, & ſic vi cognoſcendi, &
„diſcernendi prædita per Domini virtutem
„con-

„conſervabitur ; ſiquando enim Dominus „quemquam viderit, qui gnaviter ab hujus „mundi voluptatibus, diſtractionibus, ac ter„renis vanarum cogitationum occupationibus „ſe avocet, dat illi peculiare gratiæ auxi„lium, illæſamque animam illam, quæ for„titer præſens hoc ſæculum pertranſit, con„ſervat, & ſic anima cæleſte præconium „a Deo & Angelis ejus conſequitur, quod „ab omni concupiſcentia mundana remota, „auxilioque divino potita curſum hujus vitæ „feliciter abſolverit.

3. „Siquis autem pigritia diffluens caute „in hac vita non ambulet, & omnem mun„danam concupiſcentiam non averſetur, nec „Dominum ſolum in omni deſiderio requi„rat, in ſpinas hujus mundi conjicitur, & „veſtis corporis ejus ab igne concupiſcentiæ „comburitur, & coeno voluptatum inquina„tur, & propterea regno extruditur. Ecce „enim quinque prudentes virgines accepto „in vaſibus cordis ſui oleo, hoc eſt, ſuper„na gratia Spiritus potuerunt ingredi una „cum ſponſo in cæleſtem thalamum, reli„quæ vero fatuæ per negligentiam aut etiam „opinionem juſtitiæ obdormiverunt; prop„terea etiam thalamo regni excluſæ ſunt. „Quinque enim animæ rationalis ſenſus ac„cepta ſuperna gratia & ſanctificatione ſpi„ritus revera ſunt prudentes virgines: ſi ve„ro in ſola natura ſua ſubſiſtant, fatuæ de„prehenduntur, & filiæ mundi demonſtran„tur, *Non vero ſegnis.*

„tur, & ſe eſſe ſponſi ſponſas falſo ſibi per-„ſuadent.

Studeat ſe unire Deo.

4. „Sed jam ſubtilius pro conceſſa mihi „facultate differam. Infinitus, inacceſſus „& increatus Deus corpus aſſumpſit propter „immenſam bonitatem ſuam, & velut im-„minuit ſeipſum ab inacceſſa gloria, ut uniri „poſſit viſibilibus ſuis creaturis veluti animis ſanctorum, & angelorum, ut poſſint „vitæ divinæ participes fieri, & ſic degu-„ſtent illi ejus ſuavitatem, & benignitate „luminis ineffabilis voluptatis ipſo experi-„mento fruantur: unde quandocunque vult, „ignis fit, omnem improbam affectionem „adurens. *Deus enim noſter ignis conſumens „eſt*, inquit *Deut.* 4. *v.* 24. Quando vult, „fit ineffabilis & arcana requies, ut requie-„ſcat anima in requie divina; quando vult, „fit gaudium & pax fovens & protegens „animam. Quin & ſeipſum transformat Do-„minus in cibum & potum, ſicut ſcriptum „eſt in Evangelio, *qui manducat panem hunc, „vivet in æternum Joan.* 6. *v.* 35. Similiter „transformat ſe in potum ſcaturiginis, ſicut „ait: *Quisquis biberit ex aqua, quam ego ei „dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vi-„tam æternam. Joan.* 4. *v.* 14. Sic etiam „ſingulis patribus apparuit, prout volebat, „aliter Abrahæ, aliter Iſaac, & reliquis, „ut refocillaret eos, & in cognitionem Dei „deduceret.

5. „Er-

5. „Ergo dilecti fratres, cum tanta nobis „ſint oblata bona, & promiſſiones factæ, „omnia impedimenta a nobis rejiciamus, „omnem amorem mundi averſemur, & huic „ſoli bono deſiderio nos dedamus, ut poſ„ſimus participes fieri arcanæ illius dilectio„nis ſpiritus, ad quam D. Paulus nos ad „hortatus eſt, *ſectamini*, inquiens, *dilectio„nem*. 1. *Cor*. 14. *v*. 1. Dominus enim in Nos „homines multa fertur benignitate, ſiquan„do toti ad eum convertamur; quamvis „enim nos per anticipatam de malitia opi„nionem averſemur veram vitam, & impe„dimenta multa nobis ipſi ponamus, reve„ra reſipiſcere nolentes: ipſe tamen longa„nimiter expectat, ut converſi accedamus „ad eum, ne confundantur facies noſtræ „in die judicii. Induſtriam igitur adhibea„mus, ut omnem negligentiam exuentes „prompti fiamus ad eum ſequendum, nec de „die in diem differamus; neſcimus enim, „qua hora exitus e carne ſit futurus. *Converſio non negligenda.*

6. „Magnæ item factæ ſunt Chriſtianis „promiſſiones, ita ut cum unius animæ „fide ac divitiis nullam proportionem ha„beat omnis pulchritudo, & gloria cœli & „terræ, & reliquus ornatus, & delitiæ ſpe„ctabilium: quomodo ergo fit, quod tantis „promiſſionibus impulſi totos nos ei dedere „renuamus? Quot enim diſpoſitiones & pro„miſſiones ac exhortationes a Patrum, & „Prophetarum temporibus factæ ſunt? Quan„ta miſericordia Domini in nos ab initio *Promiſſio illi facta.*

 „fuit?

„fuit? Tandem vero & ſuo ipſius adventu „ineffabilem erga nos benignitatem per cru„cifixionem oſtendit, ut nos converſos in „vitam transferat, nos tamen a voluntate „noſtra, dilectione mundi, & pravis conſue„tudinibus non recedimus: quare nos aut „exigua aut nulla omnino fide præditos „eſſe hinc apparet.

Longanimitas Dei. 7. „Proinde vereor, ne dictum Apoſtoli „in nobis impleatur, quo ait: *An divi„tias bonitatis illius, ac tolerantiæ, lenitatis„que contemnis, ignorans, quod bonitas Dei „ad pœnitentiam te invitat? Rom.* 2. *v.* 4. „Quodſi longanimitate ejus abuſi plura ad„diderimus peccata, & graviora judicia con„temtu noſtro nobis accerſiverimus, imple„bitur illud dictum: *Sed ſecundum duritiam „tuam, & cor pœnitere neſciens colligis tibi „ipſi iram in die iræ revelationis juſti iudicii „Dei. Rom.* 2. *v.* 5. Deus enim ſumma bo„nitate erga genus humanum utitur, ſi mo„do reſipiſcere velimus, id quod ex ſacro„ſanctis codicibus diſcimus. Reſpice Iſrae„litas, quanta peccaverunt? Ipſe tamen „Deus non reliquit eos in perpetuum, ſed „ad certum tempus eos caſtigationibus ſub„jecit: duritiem eorum emollire cupiens ad„monebat, prophetas mittebat. Inſuper „quamdiu longanimis erat erga peccatores? „& tamen converſos cum gaudio recipie„bat, & cum denuo ſeſe averterent, eos „non deſtituit, ſed ſæpiſſime a ſe averſos, „& poſtea converſos benevole recepit, do-

„nec

„nec tandem in magno peccato deprehen„ſi ſunt manus injicentes proprio Domino, „quem expectabant ſecundum traditiones Pa„trum, & Prophetarum, Salvatorem, Re„gem, & Prophetam. Venientem enim non „amplexi ſunt, ſed crucis ſupplicio affece„runt, & in hac tam grandi offenſa pec„cata eorum impleta; & ideo tandem per„petuo deſerti ſunt, Spiritu Sancto ab iis „recedente, quando velum templi diſciſſum „eſt, & eorum templum ſubverſum eſt, & „illi in perpetuum traditi ſunt gentibus, & „diſperſi in omnem terram, adeo, ut in „propria loca amplius reverti omnino iis „prohibitum ſit. Sic igitur & nunc Deus „longanimum ſe præſtat erga unumquem„que noſtrum expectans, ut reſipiſcat, & re„cipiens eum cum gaudio, ſic enim inquit: „*Gaudium ſit ſuper uno peccatore. Luc.* 15. „*v.* 10. Si vero eo contumaciæ procedat, „ut peccata peccatis apponat, omnes fines „peccati implet, & in tantam iniquitatem „incidit, ex qua emergere non poſſit; ſed „conteritur, & malo in perpetuum traditus „perit. Sic Sodomitis contigit, qui igni „ex divino judicio conſumpti ſunt. Ita & „temporibus Noe contigit, ubi homines in „tanta peccata inciderunt, nec reſipuerunt, „ut tandem univerſa terra periret. Sic „Ægyptios perſequentes populum Dei judi„cium divinum penitus conſumpſit, & de„levit, & aquis obrutos ne hac quidem „vita dignatus eſt.

Converſio a D·o ſine [illegible] [illegible]ali- [illegible] pe- [illegible].

8. „Cæterum dilecti hæc copioſius diſ„ſeruimus, ex ſacris litteris adſtruentes, „oportere nos converti celerius, & feſtina„re ad Dominum, qui clementer expectat „nos, & ab omni pravitate recedentes mag„no cum gaudio recipit; ne peccata accu„mulata in nos redundent, & ob id iram „divinam nobis ipſis accerſamus. Demus „igitur operam, ut converſi cum vero cor„de ad eum accedamus, non deſperantes de „ſalute, quod malitiæ proprium eſt: quod„ſi vero difficile & impoſſibile nobis videa„tur, nos a peccatorum mole converti, re„cordemur, quomodo Dominus in mundo „dum eſſet, cæcis viſum reſtituerit, om„nem morbum ſanaverit, mortuos reſuſci„taverit, legionem diabolorum ex homine „ejecerit. Quanto magis igitur animam ad „ſe converſam, & miſericordiam ab eo re„quirentem convertet: ſi enim erga corpo„ra morte pereuntia, unicuique, quod quæ„rebat, prompte præſtitit, quanto magis ani„mæ immortali malitiæ morbo oppreſſæ, „& ab eo auxilium requirenti quam celer„rime liberationem concedet ſecundum il„lud: *Quanto magis Pater veſter cæleſtis da„bit Spiritum Sanctum poſcentibus eum. Luc.* 11. „*v.* 9. Quibus nos hortatus eſt, ut inde„feſſe ab eo donum gratiæ petamus: prop„ter peccatores enim venit, ut converte„rent ſe ad illum, & curaret credentes ipſi, „modo nos a malis abſtineamus, & ei „per omnia adglutinemur. Ejuſmodi enim „anima ejus auxilio digna habetur, quæ

„in

„in nulla re mundana acquieſcit, ſed exſpe-
„ctat in requie benignitatis gaudere, &
„ſic per hujusmodi donum cæleſte conſe-
„cuta omne ſuum deſiderium in plena fide
„per gratiam collocat, & congrue Spiritui
„Sancto miniſtrat. Quotidie benignitate pro-
„ficit, inque via juſtitiæ perſeverans in per-
„petuum ad malitiæ genera non flectitur,
„nec ad vitia ullo modo declinat, & æter-
„na ſalute cum omnibus ſanctis digna cen-
„ſetur, velut illis ſocia, & comes imitatio-
„ne eorum in mundo converſata. Amen.

HOMILIA V.

Quantum diſcrepet vita Chriſtiana a reliquorum hominum vita.

1. „Alius eſt Chriſtianorum mundus, aliud „vitæ inſtitutum, alia mens, alius „ſermo, atque alia opera. Et aliud eſt vi- „tæ inſtitutum hominum hujus mundi, alia „mens, alius ſermo, & alia opera: aliud „ſunt illi, & aliud ſunt hi. Filii enim hu- „jus ſæculi ſimiles ſunt frumento in cribrum „hujus terræ conjecto; quippe qui commo- „ventur fluxis hujus mundi cogitationibus, & „jactationibus perpetuis terrenarum rerum, „jactante animas Satana, & cribrante cri- „bro, hoc eſt, rebus terrenis genus huma- „num a tempore lapſus Adæ peccato ob- „noxium, quemadmodum Dominus Apoſto- „lis futuram principis nequitiæ adverſus eos „inſurrectionem prædixit: *Expetivit Satanas*

Hominum mundanorum vita.

„*vos ad cribrandum ſicut triticum. Luc.* 22.
„*v.* 31. Verbum enim illud, quod a Crea-
„tore Caino dictum eſt: *Gemens ac tremens*
„*ſuper terram agitaberis Gen.* 4. *v.* 12. Imago
„occulta omnium peccatorum eſt, a princi-
„pe hujus mundi continuis cogitationibus
„metus, timoris, & omnibus perturbationi-
„bus agitatorum.

ríſtia-rum ta. 2. „In hoc ergo differunt veri Chriſtiani
„ab omni genere hominum, quod animus,
„& intellectus Chriſtianorum ſemper circa
„cæleſtes cogitationes verſetur, & cœleſtia
„bona intueatur propter participationem Spi-
„ritus Sancti; & quod ex Deo nati uti Fi-
„lii Dei ad tranquillitatem per magnos la-
„bores devenerint, nullo amplius cribro agi-
„tati, neque fluctuantes in caducis ac vanis
„cogitationibus, in quo majores, & melio-
„res ſunt mundo, eoquod intellectus eo-
„rum, & cogitatio in Chriſti pace, & di-
„lectione Spiritus verſetur, ſicut Dominus
„ait, *eos tranſiiſſe ex morte ad vitam. Joan.* 5.
„*v.* 24. Non ergo in formis exterioribus
„diverſitas Chriſtianorum conſiſtit, ſed per
„mentis renovationem, & cogitationum tran-
„quillitatem, & dilectionem Domini, &
„amorem cæleſtem omnis nova Creatura Chri-
„ſtianorum ab hominibus hujus mundi di-
„ſcrepat, illud deſiderium ſolum in corde
„poſſidens, quo Apoſtolus tenebatur, di-
„cens: *Scimus enim, quod ſi terrenum noſtrum*
„*domicilium hujus tabernaculi deſtructum fue-*
„*rit, ædificationem ex Deo habemus, domici-*
„*lium*

noſtri, non habemus aliam domum, *moriuntur.*
nam divertat anima; *ſi tamen*, inquit,
i, *non nudi reperimur*, a participatione
tus. Sancti, in qua fidelis anima re-
cere poteſt. Unde veri Chriſtiani bono
animo migrantes e corpore; habent
cæleſte ſpiritus domicilium, & glo-
immarceſcibilem, quæ in die reſur-
nis ædificabit, & glorificabit domum
oris. 2. *Cor.* 5. *v.* 4.

„Certemus igitur per converſationem *Eorum gloria.*
nni virtute, poſthac comparare nobis in-
entum illud, ne corpore induti nudi
ehendamur, nec ſit, quod glorificet in
die noſtram carnem; quantum enim
quisque per fidem, & ſtudium Spiri-
Sancti accipere dignus habitus eſt,
um in illa die glorificabitur quoque ejus
us. Quomodo autem unusquisque no-
n debeat credere, & contendere, &
i virtutis converſatione operam navare,
erſeverare in ſpe, & tolerantia multa,
unc dignus cenſeatur virtutem cæle-
, & gloriam Spiritus Sancti in inte-
anima conſequi, duobus typis beatus
ſes oſtendit, explicans; quam in reſur-
one habituri ſint gloriam veri Chriſtia-

„ni, gloriam ſcilicet luminis, & delitias „intellectuales Spiritus, quibus etiam occul„te nunc digni reputantur. Debet ergo unus„quisque noſtrum in omni virtutum genere „operam adhibere, & requirere a Domino, „ut illius gloriæ ab hoc tempore particeps „fiat interior homo, ut expurgatis ſordi„bus malitiæ habeamus quoque in reſurre„ctione, quod nuda corpora noſtra reſurgen„tia operiat; deformitatem tegat, vivificet, „& in æternum in regno cœlorum refocil„let, & ita divino lumine illuſtrati, & *in* „*cœlum abrepti in occurſum Domini in æter*„*num cum Domino erimus.* 1 *Theſſ.* 4. *v.* 16. „Cum eo regnantes in infinita ſæculorum „ſæcula. Amen.

HOMILIA VI.

De modo precandi.

Preces in pace fundendæ.

1. „Qui accedunt ad Dominum, debent „preces ſuas in quiete, pace, & „tranquillitate multa fundere, non ineptis, „& confuſis clamoribus uti, ſed intentione „cordis, & ſobriis cogitationibus attendere „Domino: veluti dum quis ſi cauterio inu„ratur, patienter dolorem tolerat, ſine tu„multu, & perturbatione ſeipſum continens. „Nec deſunt alii, qui eodem dolore in cau„terio affecti indecentibus clamoribus utun„tur, & par tamen eſt dolor clamantis, & „non clamantis; ſunt & alii eadem afflictio„ne oppreſſi,„ qui impatienti animo illam „fe-

„ferentes cum tumultu, & perturbatione „preces fundunt, ut audientes ſcandalum „contrahant: ſunt & alii, qui quamvis nul„lum dolorem ſentiant, ad oſtentationem „tamen aut ex peculiari more importunis „clamoribus utuntur, ac ſi his poſſint pla„cere Deo. Non autem decet ſervum Dei in „hoc tam incompoſito ſtatu vivere, ſed in „omni tranquillitate ac ſapientia, ut inquit „Propheta: *Ad quem reſpiciam niſi ad man„ſuetum & quietum, & trementem ſermones „meos?* *Iſ.* 66. *v.* 2. Et temporibus Moy„ſis, & Eliæ reperimus, quod in appari„tionibus agnitus fuerit Dominus in pace, „tranquillitate, & quiete. 1 *Reg.* 19. *v.* 12. „*Ecce enim*, inquit, *vox auræ tenuis*, *& in „ea Dominus.*

2. „Verum autem orationis fundamen„tum hoc eſt, attendere cogitationibus, & „in multa pace preces fundere: qui enim „clamoribus utuntur, non poſſunt ubique „precari, neque in Eccleſiis, neque in vi„cis, niſi forte in ſolitudinibus pro lubitu „ſuo. Qui autem tranquille precantur, omnes „in omni loco ædificant: decet ergo om„nem laborem hominis conſumi in cogita„tionibus, & ſubjectam materiam pravarum „cogitationum præcidere, & compellere ſe„ipſum ad Deum, nec obtemperare voluntati „cogitationum, ſed naturales a pravis di„ſcernere. *Non in clamoribus.*

Inter-

Interrogatio.

Quid throni, & coronæ ſanctorum.

3. „Quoniam quidam dicunt, quod thro„ni, & coronæ Creaturæ ſunt, & non Spi„ritus, quomodo hæc intelligenda? *Reſpon„ſio.* Thronus divinitatis eſt mens noſtra; „& thronus noſtræ mentis eſt divinitas, & „Spiritus. Similiter Satanas poſt trangreſ„ſionem inſedit cor & mentem & corpus „Adæ tamquam thronum. Propterea venit „Dominus, & aſſumpſit ex Virgine corpus; „& Spiritum malitiæ extruſit ex thronis in„tellectus, & cogitationum, & ſibi thronum „præparavit, mentem, cogitationes, & cor„pus.

Interrogatio.

Explicatio illius: ſedebitis ſuper thronos.

4. „Quid igitur eſt, quod dixit: Sede„bitis ſuper duodecim thronos, judicantes „duodecim tribus Iſrael? *Matth.* 19. *v.* 28. „*Reſponſio.* Hoc fuit impletum, quando Do„minus miſit Spiritum in duodecim Apoſto„los, qui ſedit in thronis mentium ipſo„rum, & tunc data eſt illis poteſtas judi„candi non ſolum in adventu Domini in re„ſurrectione mortuorum, ſed hoc etiam hic „fit. Coronæ autem, quas Chriſtiani in fu„turo ſæculo accepturi ſunt, non ſunt Crea„turæ, ſed Spiritus transformatus, & ve„ſtis Chriſtianorum Spiritus, qui amicit illos „in nomine Patris, & Filii, & Spiritus San„cti in ſæcula. Amen.

HOMI-

HOMILIA VII.

De clementia Chriſti erga homines.

1. „Quemadmodum ingreſſus domos re„gias, omnibusque regiis delitiis „perfruens, horret, ſi in loca graveolentia „abripiatur, ita Deus miſero homini fecit: „guſtum ei præbuit alterius ſæculi, oſten„dit illi delitias regales cæleſtes, unde ille „omnia, quæ ſunt hujus ſæculi rejicit, & „ſiquidem Deus charitas eſt, accipit divi„num ignem Chriſti, quo fruitur, lætitia „afficitur, & illic devinctus hæret. *Clementia Chriſti erga homines.*

2. „*Interrogatio.* Utrum Satanas ſit cum „Deo tam in aere quam in hominibus. *Re„ſponſio.* Sicut ſol illuſtrans loca coeno ple„na non læditur, ita divinitas, ſi fuerit „cum Satana, nec inquinatur, nec pollui„tur. Si vero quis dicat, proprium locum „habere Satanam, proprium quoque Deum, „loco eum circumſcribit, qui incircum„ſcriptus eſt. *An Deus cum Satana.*

3. „*Interrogatio.* Quo pacto cognoſcet „homo inſidias diaboli, & ſuſcipiet ac di„ſcernet ſemitas gratiæ? *Reſponſio.* Ea, quæ „ſunt gratiæ, plena ſunt lætitiæ, pacis, „dilectionis, & veritatis, ſed peccati ſpe„cies ſunt turbulentæ; nec lætitiam nec di„lectionem erga Deum habent. *Diſcretio Spiritus.*

4. „*Interrogatio.* At quomodo cadunt, „qui a gratia Dei diriguntur? *Reſponſio.* „Quia incipit homo extolli, & ſeipſum ju- *Caſus bonorum unde.*

„ſtum

„ſtum æſtimare; habet enim pura quoque „natura in ſe quamdam ſuperbiam.

An anima videri poſſit. 5. „*Interrogatio.* Utrum quis per lumen „conſpicere ſuam ipſius animam poteſt. *Re„ſponſio.* Eſt ſenſus, viſio & illuminatio. „Illuminatus major eſt, quam habens ſen„ſum, quia videt in ſe certitudinem viſio„num: aliud autem eſt revelatio, quando „res arcanæ revelantur animæ.

6. „*Interrogatio.* Utrum videat quis per „revelationem, & lumen divinum animam? „*Reſponſio.* Illuminati vident imaginem ani„mæ, ſed hanc pauci vident Chriſtiani.

An anima habeat formam. 7. „*Interrogatio.* Utrum habet anima „formam? *Reſponſio.* Habet formam, & „imaginem ſimilem Angelo.

An mens diſtincta ab anima. 8. „Utrum aliud eſt mens aliud anima? „*Reſponſio* mens, conſcientia, voluntas, „cogitationes quaſi membra animæ ſunt in „unam rationem devincta, unica autem eſt „anima, interior homo: mens tamen præ„munit animam velut ejus oculus. Glo„riam ergo referamus Patri, & Filio, & „Spiritui Sancto in ſæcula. Amen.

HOMILIA VIII.

De his, quæ contingunt Chriſtianis inter orandum.

Oratio fervens. „Si ingreditur quisquam ad flectendum ge„nu, ſtatim cor ejus exultans repletur „divina virtute, & ſiquis tota die negoti„diſtri-

„diſtrictus una hora ſe precationi dedat, „contingit, ut tota ejus mens ad cœleſtia „abripiatur, quæ humano ore explicari ne„queunt, ita ut dicat; utinam ſimul egre„diatur anima cum precatione.

2. „*Interrogatio.* Utrum ſemper pene„trat quis in hujusmodi res? *Reſponſio.* Gra„tia quidem ſemper adeſt homini, variis „vero modis ad libitum voluntatis diſponit „hominem; aliquando enim intentius accen„ditur, aliquando vero remiſſius ardet ignis: „ipſum quoque lumen quibusdam tempori„bus vehementius accenditur, & lucet, ali„quando vero remittitur. Porro per lumen „apparuit quibusdam ſignum crucis: alias „inter precandum homo velut in exceſſu in„ventus eſt ante altare ſtans, & oblati ſunt „ei tres panes ad edendum: aliis apparuit „velut veſtimentum ſplendidum, quale non „eſt in terra. Interdum verum lumen in „corde fulgens aperuit latens lumen, ita ut „totus homo ſuavitate illa demerſus non am„plius ſit ſui compos; ſed ſit tamquam ſtul„tus huic mundo propter nimiam dilectio„nem, & arcana myſteria, adeo ut homo „tunc libertate donatus perveniat ad perfe„ctum gradum purus ac liber a peccato. „Verum poſtea ſubduxit ſe gratia, & acceſ„ſit velamen adverſæ poteſtatis; apparet ta„men aliqua ex parte, & conſiſtit in uno „gradu inferiori perfectionis. Et quidem ſi „mirabilia illa dicta ſemper homini adeſſent, „nec miniſterium verbi aut onus aliquod ſu„ſci-

Gradus perfectionis.

„ſcipere poſſet, neque audire, aut curam ge-
„rere, ſi quando opus eſſet, ſuiipſius, ſed
„ſolum ſedere in angulo ſuſpenſus, & in-
„ebriatus. Quapropter gradus perfectus non
„eſt conceſſus, ut poſſit vacare curæ fra-
„trum, & miniſterio verbi.

HOMILIA IX.

Promiſſiones ac prophetias divinas per varias probationes, & tentationes impleri, & ſoli Deo adhærendo liberari nos ab infeſtationibus dæmonis.

Promiſſiones Dei poſt afflictiones implentur.

1. „Spiritualis gratiæ Dei virtus cum ſumma ſapientia mentis myſtica operatur, magna etiam cum patientia cum temporis opportunitatibus homine dimicante: tunc autem opus gratiæ perfectum in eo apparet, quando liberam ejus voluntatem poſt magnam tentationem Spiritui Sancto placere manifeſtum eſt, & quando ex ſucceſſu temporis probationem, & perſeverantiam ipſa oſtendit. Quanto enim poſt tempore voluntas Dei de Joſepho perfecta eſt, & viſiones impletæ ſunt? & quantis afflictionibus fuit probatus, antequam rex Ægypti fuit conſtitutus. *Gen.* 39. Idem de David traditur, qui modo regnavit poſt multas tentationes. 1 *Reg.* 16. *ſeqq.* Idem de Moſe, in quo Dei voluntas & propoſitum poſt magna temporum ſpatia manifeſtata, & poſt magnas probatio-

„nes

„nes & afflictiones completa eſt. *Exod.* 2.
„*ſeqq.* Idem & de Abraham, qui animo
„patienti omnia ſufferens, & ſic fidelis in-
„ventus, quod promiſſum erat, conſecutus
„eſt. *Gen.* 20. Sic & Noe quingenteſimo
„anno juſſus a Deo arcam conſtruere, in-
„tegræ voluntatis fidei, patientiæ, & leni-
„tatis magnæ deprehenſus, ſolus ſervatus eſt
„cum domo ſua, mandatum pure obſervans.

2. „Hæc attulimus ad demonſtrandum, *Patienter ſalus a Deo expectanda.*
„quod donum Spiritus Sancti multa cum
„patientia tentationibus & probationibus
„comparatur. Unde Poſſeſſionem ſuæ ani
„mæ & Spiritus cœleſtis dilectionis non con-
„tingit quemquam invenire, niſi ab omnibus
„hujus ſæculi ſeipſum abſtrahat, ut circa
„unum ſcopum totus ſatagere poſſit; atque
„ita fieri poteſt, ut quis ſic decertans, &
„continuo ſibi attendens ſive in precibus, ſi-
„ve in quocunque opere ſecundum Deum per-
„ficiendo, tenebras malitioſorum dæmonum
„effugere poſſit, dum nimirum anima totam
„omnino ſeipſam Domino conſecrans, illique
„ſoli adhærens & in mandatis ejus ſine ulla
„oblivione ambulans, atque Spiritum Chri-
„ſti advenientem & obumbrantem reveren-
„ter honorans, digna habetur, ut cum ipſo
„unus Spiritus fiat, ſicut inquit Apoſtolus,
„*qui adhæret Domino, unus Spiritus eſt.* 1 *Cor.*
„*6. v.* 17. Si vero quis ſeipſum tradat cu-
„ris, gloriæ, aut dignitatibus, & hæc ſtu-
„dioſe quærat, ſique anima ejus terrenis
„cogi-

„cogitationibus commiſceatur, & non deſi-„deret effugere tenebras affectionum, in „quibus detinetur a malitioſis poteſtatibus, „non poteſt; eoquod diligat ac faciat vo-„luntatem tenebrarum, nec capitali odio „perſequatur ſtudia malitiæ.

3. Præparemus igitur nos ipſos, ut tota „voluntate ad Dominum accedamus, & „Chriſti affectatores fiamus ad perficiendam „voluntatem ejus, & recordemur omnium „mandatorum ejus, ut eadem faciamus, at-„que nos ipſos a dilectione mundi ſeparan-„tes in eum ſolum animas noſtras verta-„mus, & curam ipſius ſolius in mente ha-„beamus; & licet propter corpus obſequio „divino minus diligenter vacaverimus, mens „tamen a dilectione Dei & deſiderio ejus non „avertatur, ut recto tramite viam juſtitiæ „incedentes, ſemperque nobis ipſi attenden-„tes conſequamur promiſſionem Spiritus ejus, „& liberemur per gratiam ab interitu tene-„broſarum affectionum, a quibus anima af-„fligitur, quo digni æterno regno evadamus, „& frui Chriſto per omnia ſæcula digni ha-„beamur, glorificantes Patrem, & Filium, „& Spiritum Sanctum per omnia ſæcula. „Amen.

HOMI-

HOMILIA X.

Humilitate & alacritate retinentur, & augentur dona gratiæ divinæ; elatione autem & ignavia perduntur.

1. „Animæ veritatis ac Dei amantes aliorum admonitione non tantopere indigent, ſed totæ Chriſti cruci affixæ quotidie ſpiritualem profectum erga ſponſum ſpiritualem in ſe percipiunt. Vulneratæ autem cum ſint cœleſti deſiderio, & juſtitiam virtutum eſuriant, illuſtrationem Spiritus inſatiabili deſiderio expectant. Et licet divinorum myſteriorum per fidem ſuam cognitionem conſequi dignæ habeantur, ac lætitiæ gratiæ cœleſtis participes fiant, non confidunt tamen ſibi ipſæ, exiſtimantes ſe aliquid eſſe; ſed quanto magis ſpiritualibus donis dignæ reputantur, tanto magis inſatiabili aviditate cœleſtis deſiderii detentæ inquirunt, & quanto magis ſpiritualem profectum in ſe ſenſerint, tanto magis eſuriunt, & ſitiunt participationem & augmentum gratiæ, & quanto ſpiritualiter ditiores ſunt, tanto pauperiores apud ſe ſunt, inſatiabili deſiderio erga cæleſtem ſponſum flagrantes. *Humilitate & fervore gratia augetur.*

2. „Hujusmodi animæ dignæ ſunt vita æterna, & Spiritus Sancti myſticæ communionis illuſtrationem & participationem in plenitudine gratiæ perfecte conſequuntur, quæ vero ſunt ſocordes, & adhuc in *Superbia & ſocordia perditur.*

„carne vivunt, nec ab affectionibus malitiæ „liberationem acceperunt, extolluntur ac „ſecure vivunt non contritæ corde, nec „animo humiliatæ, nec plenitudinem gra„tiæ conſecutæ, ſed acquieſcentes perman„ſerunt in pauca gratiæ conſolatione, ela„tione magis quam humilitate proficientes, „& quibus dignæ erant gratiæ donis, eis „denudantur ob negligentem contemtum, & „vanam opinionis earum arrogantiam.

Humilis ſe inutilem judicat.

3. „Anima vero, quæ vere Deum dili„git, licet mille juſtitiæ opera ediderit, ita „ſe gerit, ac ſi nihil fecerit, licet jejuniis „& vigilis corpus conſumpſerit, ita ſe ha„bet perinde ac ſi numquam cæpiſſet circa „virtutes elaborare; licet dona Spiritus va„ria aut etiam revelationes conſequi digna „habeatur, ita ſe habet, ac ſi ne nunc qui„dem quidquam poſſideret, ſed quotidie per „fidem, & dilectionem in precibus perſeve„rando omnem virtutis ſtatum appetit, de„fixis ſemper oculis aſpiciens ſponſum cœle„ſtem configurata morti ejus ſummis votis „pro Chriſto mortem oppetere ſemper ſpe„rans. Ad eum autem usque gradum ut „anima perveniat, per labores & certamina „multa, per longa temporum ſpatia & ſtu„dia cum probatione & tentationibus variis „ſpirituale augmentum ſumit, usque dum „ad perfectum vacuitatis affectionum gra„dum demum pertingat, ut ad omnem ten„tationem, quæ a nequitia invehitur, ſtre„nue perdurans maximos honores & dona

„ſpi-

„ſpiritualia, divitiasque cœleſtes conſequa„tur, & ſic cœleſtis regni hæres evadat in „Jeſu Chriſto Domino noſtro, cui gloria & „imperium in ſæcula. Amen.

HOMILIA XI.

Virtutem Sancti Spiritus in corde hominis ſe habere inſtar ignis.

1. „Ignis ille cœleſtis divinitatis, quem ac„cipiunt Chriſtiani in corde ſuo in „hoc ſæculo, & cor illorum dirigit, quando „corpus diſſolvetur, erumpit, & facit reſur„rectionem diſſolutorum membrorum. Quem„admodum vero Iſraelitæ conjecerunt aurea „vaſa in ignem & factum eſt idolum, ſic „nunc bonas cogitationes tradit homo ma„litiæ, quæ obrutæ luto peccati idolum fa„ctæ ſunt. *Virtus S. Spiritus igni ſimilis.*

2. „At quomodo quiſpiam bonas cogita„tiones poteſt invenire, diſcernere & edu„cere a proprio igne? Hic lucerna divina „opus habet anima, Spiritu videlicet San„cto, qui exornet obtenebratam domum, & „ſplendido ſole juſtitiæ, qui illuminet & „oriatur in corde, armis quoque opus ha„bet, quibus evadat in bello ſuperior. Præ„cipit igitur nobis, ut egrediamur e mun„do, & paupertatem ſuſcipiamus relictis „omnibus, quæ videmus, nec habeamus „curam terrenam, ſed nocte dieque ad ja„nuam ſtemus & expectemus, quando Do- *Quomodo, bonæ cogitationes diſcernendæ.*

 „minus

„minus aperiat clauſa corda, & effundat in „nos donum Spiritus Sancti. Juſſit ergo, „ut relicto auro, argento, & cognatis vendamus bona noſtra & diſtribuamus pauperibus, & colligamus ea in theſaurum, „quæramusque in cœlis: novit enim Dominus, quod inde Satanas roboret ſe adverſum cogitationes, ut traducat eas in ſollicitudinem rerum terrenarum. Sic etiam in „lege præcepit Deus Moyſi, ut faceret ſerpentem æneum, & illum exaltaret in ſummitate ligni, ut intuentes in illum medelam conſequerentur; quod ideo fiebat, ut „qui terrenis diſtricti eſſent, hoc ſaltem modo aliquatenus reſpicerent ſuperiora, & ab „inferioribus reſpirantes ad ſublimia, & altiſſimum attenderent.

Et quomodo Chriſtus animas liberavit.

3. „Verum quid innuit ſerpens ille mortuus, qui ligno affixus ſanabat percuſſos? „Serpens ille mortuus vivos ſuperabat, ut „typus ſit corporis Domini, quod ſuffixum „in cruce, & mortuum ſerpentem in corde „noſtro viventem & repentem vicit & occidit. Et hoc miraculum Judæis quidem „offendiculum, Græcis autem ſtultitia eſt, „nobis autem Dei potentia & ſapientia eſt; „in corpore enim mortuo vita eſt, redemtio, & lumen. Hic accedit ad mortem & „diſputat cum ea Dominus ac mandat, ut „ejiciat ex inferno & morte animas ac reddat eas ſibi. Sed ecce mors hisce perculſa congregat omnes poteſtates & principes malitiæ, adducit chirographa & dicit:

„cit: Ecce hi obedierunt verbo meo, ecce „quomodo adorarunt nos mortales! Deus au„tem juſtus judex hic oſtendit juſtitiam „ſuam, & dicit ad eam: paruit tibi Adam, „obtinuiſti inde cor ejus: meum autem cor„pus quid facit hic? hoc peccati eſt ex„pers: nihil tibi debeo, & quod ſim Filius „Dei univerſi atteſtantur. Vox de cœlo te„ſtimonium tulit: *Hic eſt Filius meus dile„ctus. Matth.* 3. *v.* 16. Joannes teſtatur: „*Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* „*Joan.* 1. *v.* 29. Satanas teſtatur: *Novi te,* „*quod ſis Filius Dei Marc.* 3. *v.* 11. Unde „mandat morti dicens, emitte animas in„cluſas me quærentes, quas vi detines: per„rumpit igitur graves lapides impoſitos ani„mæ, aperit monumenta, reſuſcitat mor„tuum, & educit e carcere animam inclu„ſam.

4. „Contingit autem interdum, ut Sata„nas in corde tecum diſputet, ſcilicet: ecce „quanta mala commiſiſti, & quam onuſtus „es peccatis, ut amplius ſalvari non poſſis, „hæc autem facit, ut te in deſperationem „deducat. Sed reſponde tu quoque ſic: ha„beo teſtimonia Domini Scripto conſignata: „*Nolo mortem peccatorum, ſed poenitentiam,* „*ut convertatur ipſe a via perverſa, & vivat.* „Propterea enim deſcendit Dominus, ut pec„catores ſalvaret, & eos, qui in tenebris „erant, liberaret & illuminaret: vere enim „Dominus adveniens vocavit nos in adop„tionem filiorum, ad vitam numquam pe„rituram, ad gloriam incorruptibilem, mo„do

Remiſſio peccatorum non deſperanda.

„do nos principio bonum finem ſuperſtrua„mus, perſeverantes in paupertate, pere„grinatione, afflictione, & poſtulatione erga „Deum absque ullo pudore pulſantes januam; „bonus ſiquidem eſt, & hominum amans, „& falſitate ejus promiſſiones carent, mo„do nos perſeveremus ad finem usque in „ſtudio eum quærendi. Gloria miſerationi„bus Patris, & Filii, & Spiritus Sancti in „ſæcula. Amen.

HOMILIA XII.

De ſtatu Adæ poſt imaginem Dei perditam.

Status Adæ poſt peccatum. 1. „Adam transgreſſus mandatum duobus „modis periit: uno quidem, quod „perdidit poſſeſſionem puram naturæ ſuæ, „ſpecioſam, & ſecundum imaginem, & ſi„militudinem Dei conditam, altero vero, „quod perdidit ipſam imaginem, in qua re„poſita erat ei juxta promiſſionem tota hæ„reditas cœleſtis: non tamen dicimus, quod „totus perierit, & mortuus ſit: a conſpectu „Dei quidem mortuus eſt, ſua autem na„tura vivit. Perinde ac ſi ſint diverſoria, „& lupanaria ubi omnia incompoſitis mori„bus geruntur, poſtea ſi religioſi homines „tranſeant, nonne execrantur? Et videntes „non vident, ſunt enim illis quaſi mortua: „ſic Deus averſos a verbo ac mandato ſuo, „reſpicit quidem, attamen deſpicit eos, nec „cum eis ullum commercium colit, nec re„quieſcit in cogitationibus illorum Dominus.

2. „In-

2. „*Interrogatio.* Quomodo quis poteſt eſſe „pauper Spiritu, cum ſenſerit, ſe profeciſ„ſe. *Reſponſio.* Quando quis proficit, ipſa „gratia docet eum, ne putet ſe aliquid eſſe, „ſed animo humili ſe gerat, tamquam ni„hil ſciens nec habens, uti fecit Abraham „*cinerem* ſe nominans. *Gen.* 18. *v.* 27. Et „David *opprobrium hominum* ſe vocans. *Pſ.* 22. „*v.* 7. Sicut & Apoſtoli ad hanc usque ho„ram dicunt, contumeliis afficimur, & ipſe „Dominus Apoſtolorum, contumelias, & „crucem ſuſtinuit; hos ergo imitari debe„mus. Quodſi gloriam hominum expetis, & „vitam voluptuariam quæris, a via decli„naſti. *Humilitas quomodo cum profectu ſubſiſtit.*

3. „*Interrogatio.* Quia cœleſtem imagi„nem perdidit Adam, habuit Spiritum San„ctum? *Reſponſio.* Quamdiu Verbum Dei „erat cum illo, habebat omnia; ipſum enim „Verbum erat, ei hæreditas, indumentum, „& gloria eum operiens, ipſum erat doctri„na, unde etiam omnibus nomina impoſuit. „Quemadmodum autem in prophetis opera„batur Spiritus, & docebat eos, & intra „eos erat, & extra eos apparebat, ſic quo„que in Adam, quando volebat Spiritus, „cum eo erat, & docebat, & præcipiebat. „Verbum ei erat omnia, & intra mandatum „ſubſiſtens gratus erat Deo, & cum eſſet „cum Deo in paradiſo, ipſe ſua ſponte trans„greſſus eſt, & obtemperavit parti deteriori: „at poſt transgreſſionem habuit cognitionem. *An Adam Spiritum S. habuit.*

Qualem cognitionem poſt peccatum accepit.

4. „*Interrogatio.* Qualis fuit hæc cogni„tio. *Reſponſio.* Adam notitiam acceperat „boni & mali, at cum transgreſſus eſſet man„datum, ſuccenſuit ei Deus, & ejectus ex „paradiſo tandem, quid in ſe bonum & præ„clarum eſſet, diſcit, & calamitatem ſuam „edoctus cavet ſibi, ne ulterius peccando „incidat in judicium mortis.

Quid illud? mulier non velato capite orans.

5. „*Interrogatio.* Quid eſt illud? fœmi„na non velato capite orans. *Reſponſio.* „Quoniam temporibus Apoſtolorum prolixos „alebant crines pro velamine, propterea Do„minus & Apoſtoli volebant Creaturam ad „modeſtiam adducere. Mulier item typus „eſt Eccleſiæ, & quemadmodum ad aliorum „conſpectum tempore illo mulieres gerebant „paſſos crines pro velamine, ſic Eccleſia fi„lios ſuos induit veſtimentis divinis & glo„rioſis, ſanctis ſcilicet cogitationibus.

Marthæ miniſterium & Mariæ contemplatio.

6. „*Interrogatio.* Quid eſt, quod Mar„tha dixerat Domino de Maria: ego de mul„tis ſollicita ſum, & hæc aſſidet tibi? *Re„ſponſio.* Siquis diligit Jeſum, eique non „remiſſe attendit, jam Deus illi virtutem „quamdam occultam confert: Sermones „enim, quibus alloquebatur Deus in quiete „Mariam, Spiritus erant & virtus quædam, „& penetrabant cor & animam, ibique per„ſeverabant, velut poſſeſſio, quæ auferri „nequit. Sed & quicunque miniſterio vario „vacant, & alacriter omnia peragunt, zelo, „fide, & dilectione Dei impulſi, illud ip„ſum

„ſum aliquanto poſt ducit eos in cognitio-„nem ipſius veritatis: Dominus enim appa-„ret animis illorum, & docet eos conver-„ſationem Spiritus Sancti. Gloria & adora-„tio Patri, & Filio & Spiritui Sancto in „ſæcula. Amen.

HOMILIA XIII.

Quem fructum a Chriſtianis Deus requirat.

1. „Omnia, quæ videntur, creavit Deus, „& dedit hominibus in recreatio-„nem; ac legem illis dedit juſtitiæ. Ex quo „vero Chriſtus advenit, alium fructum re-„quirit Deus atque aliam juſtitiam, purita-„tem nempe cordis, conſcientiam bonam, „ſermones utiles, cogitationes bonas & ca-„ſtas, atque omnia ſanctorum officia: dicit „enim Dominus. *Matth.* 5. *Niſi abundave-„rit juſtitia veſtra plusquam ſcribarum & Pha-„riſæorum, non poteſtis ingredi in regnum „cælorum.* Oportet enim eum, qui exoptat „amicum Dei eſſe, conſervare ſe a cœno „peccati. Gloria miſericordiæ ejus & pro-„penſæ voluntati erga nos Patris, & Filii „& Spiritus Sancti. Amen. *Chriſtianorum fructus.*

HOMI-

HOMILIA XIV.

Qui ſe dedicant Deo, eos non ſine ſpe remunerationis hoc facere.

Deo ſe dedicat homo ſub ſpe remunerationis.

1. „Omnia opera, quæ in hoc mundo vi„dentur, ſub ſpe aliqua fiunt fruen„di laboribus ſuis. Ita quoque in regno cœ„lorum ſub ſpe illuminandorum oculorum „cordis tradit quis ſeipſum procul abſcedens „a rebus ſæcularibus, intentus precationi„bus, expectans Dominum, quando mani„feſtet ei ſeipſum, & emundet eum a pec„cato ei inhærente; nec ſpem habet in la„boribus ſuis, donec conſequatur, quæ ſpe„rat, & veniens Dominus habitet in eo, „cumque guſtaverit bonitatem Domini, tunc „plene confirmabitur habens ſecum Domi„num in multa dilectione; multas tamen „moleſtias ſuſtinet, & metuit a ſpiritibus „nequitiæ, ne remiſſior factus perdat ope„ram, donec conſequatur regnum cœlorum.

Quam Deus dat.

2. „Obſecremus igitur Deum, ut exutos „nos veteri homine, induat cœleſti Chriſto „ex hoc tempore, ut in exultatione conſtituti „in ſumma tranquillitate ſimus; cum enim „quis mentem & cogitationes ſuas Deo de„dicat, tunc Dominus myſteriorum partici„pem facit eum in ſanctitate & puritate mul„ta, & cibum cœleſtem exhibet ſeipſum ac „potum ſpiritualem. Sicut enim quis alium „cibum præbet ſervis, alium filiis ſuis, ſic „Chriſtus filios ſuos, quos participes fecit

S. S. Eucharistia.

„gra-

gratiæ ſuæ, peculiari alimento, cibo & potu enutrit, ac præbet ſeipſum, ſicut ait Dominus: *Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Joan. 6. v. 45.*

3. „Si igitur nos quoque velimus ex Patre cœleſti pronaſci, præſtantius quid cæteris hominibus agere debemus, ſtudere nempe, contendere, æmulari, diligere, bene converſari, in fide & metu vivere velut Deum hæreditario jure poſſeſſuri; & ita intuens Dominus propoſitum illud bonum ac tolerantiam, miſericordiam ſuam exerit, ac purificans nos Verbo cœleſti mentes mortuas per bonam ipſorum Apoſtolorum converſationem, & doctrinam vivificat, qui ſunt Soles emittentes radios in univerſam mundi partem. *Quid ad obtinendam remunerationem agere oporteat.*

4. „Sicut autem unum quodque animal, in quo loco fuerit natum, ſive in terra, ſive in aere, illic degit, nutritur, & quieſcit, ſic quoque terra eſt patria Satanæ, in qua circumambulant, & requieſcunt poteſtates tenebrarum & Spiritus nequitiæ. Eſt quoque terra lucida divinitatis, in qua requieſcunt acies Sanctorum Spiritum, & nec terra tenebroſa, nec terra lucida oculis carneis videtur, ſpiritualibus vero cordis patet: & ſicut dantur quædam animalia, quæ in igne vivunt, nutriuntur & extra illum pereunt; ſic quoque Chriſtiani cœleſtem illum ignem habent inſtar alimenti, *Satanæ terra.*

„ille

„ille ipſis eſt requies, eos expurgat, ſan„ctificat, a quo ſi egrediantur, interficiun„tur a pravis ſpiritibus. Nos autem ſtu„dioſe inquiramus, num ſeminati ſimus in „inviſibili illa terra, ac plantati in cœleſti „vinea. Gloria miſerationibus ejus in æter„num. Amen.

HOMILIA XV.

Quam ſancte, & caſte ſe gerere debeat anima Chriſtiani erga Chriſtum ſponſum ſuum.

Anima ſponſo Chriſto fidelis ſit.

1. „Quemadmodum Rex illuſtris, ſi fœ„minam pauperem velit in ſponſam „aſſumere, illa vero quid præter decorum „admiſerit, eam cum infamia ejicit: ſic quo„que anima, cujus connubium cœleſtis ſpon„ſus Chriſtus petierit, magna diligentia pla„cere debet ſponſo ſuo, & in domo cœleſtis „regis recte converſari, ut ipſi in omnibus „grata & accepta ſit. Si vero quid citra de„corum egerit, nec voluntati ejus paruerit, „tunc non absque dedecore honore exuitur, „ac privatur vita, tamquam minime apta ſo„cietati cœleſtis regis; ac tandem propter „illam animam luctus omnes ſanctos inva„dit: angeli poteſtates, Apoſtoli, prophe„tæ, martyres, lugent ejus vicem.

Ei ſecundum voluntatem ejus ſerviat.

2. „Contendendum igitur, ac prudenter „cavendum nobis eſt, ut cum timore no„ſtram ſalutem operemur, & quicunque par-

„tici-

cipes Spiritus Chriſti facti ſumus, in nul-
a re ſive parva ſive magna ita ſimus ani-
no diſpoſiti, ut hæc contemnamus, ne-
que gratiam Spiritus contumelia afficiamus,
e vita privemur, cujus participes facti
ramus. Sicut enim ſervus regis, ſi non
ıxta ordinem regi miniſtret, periculo,
ıortique obnoxius ſit; ſic & anima, quæ
a gratia & Spiritu miniſterium Deo exhi-
et, accurata cognitione indiget, nequid
berret in miniſterio ſpirituali, propriam
oluntatem non illam gratiæ ſequens, ut
n nullo vincatur a malitia, nec fallatur
er ignorantiam, temeritatem aut negli-
entiam, ac quid præter decorum domi-
icæ voluntatis peragens, quia ſupplicium,
ıors & luctus hujusmodi animam manet.
)bſecremus igitur Dominum, ut ſervitium
piritus ſecundum voluntatem ejus exhi-
eamus, & æternæ vitæ hæreditatem ca-
iamus. Contendamus etiam neque om-
ino judicare quemquam, nequidem me-
etricem proſtitutam, nec peccatores, nec
urcones, ſed ſimplici intentione omnes
ſpicere, nullumque contemnere, aut ab-
minari; hæc enim eſt puritas cordis, ut
riſis peccatoribus aut infirmis compatia-
nur, & miſericordes erga eos ſimus.

3. *Interrogatio.* Utrum in reſurrectione *An omnia*
mnia membra reſurgant? *Reſponſio.* Om- *membra*
ia membra reſurgent, nec *perit capillus*, *reſur-*
t ſcriptum eſt. *Luc.* 21. Omnia quoque *gant.*
ucida redduntur, ſed non reſolvuntur, & in
„ignem

„ignem evadunt, adeo ut eorum natu
„amplius ſubſiſtat. Quare divini h
„debent ſe præparare ad pugnam, & p
„afflictiones, ut percuſſi per toleranti
„periores evadant; via enim religioni
„ſtianæ ſic ſe habet. Ubi Spiritus Sa
„illic ſequitur perſecutio & pugna: ſi
„phetæ a contribulibus ſuis, & Ch
„a ſua tribu Iſrael perſecutionem paſſ

Vitia non ceſſant in baptizatis.

4. „Quidam dicunt, exterius vitiu
„gredi, & ſi velit homo, non recipit
„rejicit illud. *Reſponſio.* Quemadm
„ſerpens locutus cum Eva, cum ei ob
„ipſa, introgreſſus eſt, ſic nunc ob ob
„tiam ingreditur peccatum, quod extr
„habet enim peccatum plenam poteſ
„in cor ingrediendi, nec cogitationes
„ſunt, ſed intus ex corde proficiſcente
„vero dicas, per adventum Chriſti co
„natum eſſe peccatum, nec poſt bapti
„pabulum habere malum diſputandi i
„de. Sed an ignoras, quod ab ad
„Domini ad hunc usque diem etiam
„zati multa mala cogitaverint, & per
„verint? Verum dicis: diligo & habe
„ritum Sanctum. Sed habesne mem
„ac flagrans deſiderium diu noctuque
„Dominum? Sane ſæpe ad orandum
„dit idiota flexo poplite, ac tranſit in
„nem & ſapientiam, quo non perv
„ſapientes; ſi quidem attentus eſt ad
„myſteria.

5. „*Interrogatio.* Utrum labi poteſt ho- *An ha-*
„mo, qui donum gratiæ habet. *Reſponſio.* *bens gra-*
„Si negligat, utique labitur, inimici enim *tiam labi*
„numquam quieſcunt: poſt lapſum vero Deus *poſſit.*
„in votis habet, hominem in vitam denuo
„reducere, & hortatur eum ad luctum, &
„reſipiſcentiam.

6. „*Interrogatio.* Utrum perfectis immi- *An perfe-*
„net afflictio aut bellum, aut penitus ſecure *cti pug-*
„vivunt? *Reſponſio.* Satanas nulli inferre *nare de-*
„bellum deſinit, verum non iisdem modis *beant.*
„videtur omnes adoriri: nam alios divitiis
„ſeducit, alios anguſtiis torquet, alios ad
„peccatum ſollicitat, ſed exercitati in hoc
„bello habentes Deum apud ſe requieſcunt,
„alii vero non exercitati, ſi bellum movea-
„tur, continuo in interitum delabuntur. Nam
„eorum cordi imperat peccatum, & malitia
„in mente eorum deliteſcit: homo namque
„ſui juris eſt, & ſi velit perire, nemo illi
„reluctatur, aut prohibet. Quippe eſt, qui
„ſcortatur, & eſt, qui ne concupiſcentiam
„quidem in corde ſuo excitari permittit: ca-
„pax eſt natura tum boni tum mali. Cum
„Adam in puritate viveret, dominabatur
„cogitationibus ſuis; verum ex quo trans-
„greſſus eſt mandatum, graviſſimi montes
„illi incumbunt, quos per gratiam ſuperare
„debet, & humilitatem, quæ eſt ſignum
„Chriſtianismi.

7. „*Interrogatio.* Quo pacto evadunt Chri- *Quomodo*
„ſtiani Adamo ſuperiores, qui immortalis *fiat quis*
„erat. *immor-*
talis.

„erat. *Reſponſio.* Vera mors in corde latet, „& homo interior mortuus eſt: ſiquis ergo „tranſierit a morte in vitam occultam, re- „vera in ſæcula vivit, & non moritur; licet „enim horum corpora ſolvantur ad tempus, „denuo tamen ſuſcitantur in gloria, ſunt „enim ſanctificata.

Homo paulatim proficit. 8. „*Interrogatio.* Paulatimne eradicatur, „quod malum eſt, atque ita proficit homo „in gratia? *Reſponſio.* Sicut infans imper- „fectus in utero non confeſtim in hominem „perfectum concreſcit, ſed paulatim incre- „mentum accipit; ita in ſpiritualibus quo- „que paulatim homo progreditur. Qui litte- „ras diſcere vult, pergit primum ad diſcen- „da ſigna, ubi ſi primus fuerit, pergit ad „ſcholam Latinorum, eſtque omnium ulti- „mus: deinde pergit ad ſcholam forenſem, „donec tandem cauſidicus perfectus evadat. „Si ergo in rebus externis tot homo habet „progreſſuum gradus, quanto magis myſte- „ria cœleſtia habent profectus, & per mul- „tas exercitationes quis perfectus evadit? „Opus igitur eſt labore ac ſudore multo, ut „quis conquirat ac jaciat fundamentum, „donec veniat in corda hominum ignis, „qui depuret & comburat ſpinas: & ſic in- „cipiant homines ſanctificari glorificantes Pa- „trem, & Filium, & Spiritum Sanctum in „ſæcula. Amen.

HOMI-

HOMILIA XVI.

Spirituales homines obnoxios eſſe tentationibus & afflictionibus ex primo peccato ſcaturientibus.

1. „Omnes intellectu præditæ ſubſtantiæ „ſinceræ a conditore creatæ ſunt, „quod vero nonnullæ ex illis ad malitiam „dilapſæ ſunt, ortum eſt a libera arbitrio: „ſi vero aſſeramus tales a Deo creatas eſſe, „injuſtum judicem Deum ſtatuimus, qui Sa„tanam in ignem conjiciat: non deſunt enim „hæretici, qui dicant, materiam initio ca„rere, & materiam eſſe radicem, & radi„cem eſſe virtutem poteſtate Deo parem: „cui ſcite objicere poſſis, quænam ergo eſt „virtus palmam reportans? ſine dubio po„teſtas Dei erit, adeoque tempore & pote„ſtate par eſſe non poteſt, qui victus ſuc„cumbit. Qui vero affirmant, malum ſub„ſiſtentiam in aliquo habere, omnium re„rum rudes ſunt; in Deo enim nullum ma„lum ſubſiſtit, cum ipſe paſſionibus non ſit „obnoxius & deitatem poſſideat: in nobis „autem operatur cum omni poteſtate, & „ſenſui obſcænas omnis generis cupiditates „ſuggerit. *Malum non eſt a Deo ſed libero arbitrio.*

2. „Sunt vero nonnulli, qui licet gu„ſtum divinitatis perceperint, adhuc tamen „ab adverſario vexantur, adeo ut obſtupe„ſcant, quod poſt viſitationem divinam ad„huc cogitationes vim ſuam exerant ad my- *Homines ſpirituales obnoxii ſunt tentationibus.*

„ſteria Chriſtianæ religionis: qui vero in iis „conſenuerunt, nulla admiratione ducuntur. „Sed ſi variis tentationibus oppreſſa fuerit „anima, non obſtupeſcit, neque ſpem abjicit, „quia novit ſe ex permiſſione Dei expoſitam „eſſe probationibus, & caſtigari a malitia; „nec viciſſim quando rerum omnium copia „& requie affluit, cura vacat, ſed expe- „ctat viciſſitudinem. Quare ſiquis afflictio- „nibus obrutus fuerit, ſpem non abjicere „debet, magis enim hoc modo peccatum „ſubintrat: ſi vero perpetuo ſpem ſuam in „Deo collocarit, malum quodammodo exſic- „catur.

Gratiæ neceſſitas. 3. „Quod autem quidam ex paralyſi „partium quarumdam mutilatione, febri & „aliis morbis laborent, hoc totum a peccato „proficiſcitur; hoc ſiquidem radix eſt om- „nium malorum, & affectiones concupiſcen- „tiarum animæ, & pravarum cogitationum „ex eo ſcaturiunt, quas tamen gratia ex- „ſiccat. Perpetuam igitur in conſcientia ha- „bere debes ſollicitudinem ac metum: & „ſiquis gratiam divinam plantatam, & in- „fixam in ſe non habeat, noctu diuque cu- „ret, ut animæ ſuæ adhæreat, quæ adin- „ſtar apis ſecreto exerceat dilectionem ſuam, „& quod amarum eſt, mutet in dulce, & „aſperum in leve. Sobrietate tamen in om- „nibus opus eſt, ne bona poſſeſſa in perni- „tiem noſtram vertantur; nam qui natura „ſunt benigni, ni ſibi caveant, parum ab- „eſt, quin a bonitate ſubtrahantur, & qui „ſapientia pollent, quin ab ea ſurripiantur.

„Opor-

„Oportet ergo in omnibus temperatum eſſe, „nempe humanitatem cum ſeveritate per„mixtam habere, ſapientiam cum judicio, „ſermonem cum opere, & fiduciam in Do„mino collocare.

4. „Porro mens, quaſi a Deo mortua ſit „anima, lugere debet, & continuo mærore „affici, contritum habere cor, cum metu „& ſollicitudine vitam agere, & continua „fame & ſiti boni laborare. Talem poſt„modum amplectitur gratia Dei & ſpes, nec „ultra eſt in luctu, ſed gaudio perfunditur, „non tamen omni metu caret; non tales „ſunt, qui extimeſcant malos Spiritus, ſed „quomodo rite adminiſtrent concredita ſibi „dona ſpiritualia. Unde talis reputat ſe ab„jectiorem omnibus peccatoribus, & quanto „magis in notitia Dei proficit, tanto ſim„pliciorem ſe exiſtimat idiotam, & quanto „magis didicerit, eo rudiorem ſe reputat; „hæc autem gratia directrix velut innata „animæ peragit, quæ animum geſtat, eam„que defert ad æternam requiem. Gloria „Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in ſæcu„la. Amen. *Effectus.*

HOMILIA XVII.

De ſpirituali Chriſtianorum unctione, & gloria.

1. „Chriſtiani perfecti cruci Chriſti perpe„tuo conſecrati ſunt, & quemad„modum prophetarum temporibus unctio erat *Quæ unctio Chriſtiani.*

 „res

„res pretioſa, cum in reges & prophetas „ungerentur; ſic nunc ſpirituales cœleſti „unctione peruncti evadunt Chriſtiani per „gratiam, ut ſint reges & prophetæ cœle„ſtium myſteriorum. Quinimo hi ſunt Filii „& Domini: ſi enim unctio olei tantam ha„buit virtutem, ut eo peruncti dignitatem „regiam conſequerentur, quanto magis ii, „qui cœleſti ac ſpirituali oleo peruncti ſunt, „recipiunt ſignum regni incorruptibilis ipſum „Spiritum Sanctum, & idonei habentur, qui „perveniant ad gradum perfectionis, regni in„quam & adoptionis. Licet enim integram „hæreditatem ſibi in iſto ſæculo præpara„tam nondum adierint, certiſſimi tamen „ſunt, ac ſi jam regnum tenerent; eorum „enim converſatio jam nunc in cælis eſt; „& eorum mens ſemper intuetur gloriam lu„minis Chriſti.

Gratia non liberat ab infeſtatione peccati.

2. „Verum hosce gradus non ſemper aſſe„quuntur homines niſi cum labore, afflictio„ne, & pugna multa; non deſunt enim, in „quibus licet gratia vim ſuam exerat, in„tus tamen aliqua latet malitia, & duæ „adſunt converſandi rationes, lucis ſcilicet, „& tenebrarum. Quidam enim in tantum „conquieſcunt in gratia Dei, quod malitia „fortiores evadant, & ſumma erga Deum „devotione & oblectatione teneantur; ſed „alia hora pravis cogitationibus agitantur, „& ſurripiuntur a peccato, adhuc tamen exi„ſtentes in gratia Dei. Idiotæ vero, ubi vi„res ſuas in illis gratia exeruerit, ſe pror„ſus

„ſua a peccato liberos exiſtimant, cum econ-
„tra prudentes non negent, quod gratia
„etiam donati turpibus cogitationibus exer-
„ceantur. Sæpe enim quosdam in fratribus
„reperimus tantam gratiam conſecutos, ut
„ad quinque aut ſex annorum ſpatium con-
„cupiſcentiam exaruiſſe aſſererent, & impo-
„ſterum ſe ab ea liberatos putarent; ve-
„rum vitium latens inſurrexit in illos, &
„concupiſcentiæ igne adeo combuſti ſunt,
„ut attoniti dicerent: undenam tanto poſt
„tempore nobis prodiit tantum vitium? Ne-
„mo ergo ſanæ mentis dicere audeat; quia
„mecum eſt gratia, a peccatis prorſus libe-
„ratus ſum: dico enim tibi, etiam Apoſto-
„los, quibus erat paracletus, non fuiſſe ex
„omni parte ſecuros; gaudio enim aderat
„timor & tremor ab ipſa gratia, non ex
„parte vitioſa profectus, quia gratia tueba-
„tur illos, ne vel minimum quid diverterent.

3. „Inquirendum igitur, quomodo & qui- *Puritas cordis a Deo petenda.*
„bus modis puritas cordis comparari poſſit?
„nequaquam aliunde, quam per eum, qui
„pro nobis crucifixus eſt; ipſe enim eſt via,
„vita, veritas, oſtium, nec licet alicui abs-
„que illa veritate veritatem agnoſcere & ſer-
„vare. Et ſicut quoad hominem exterio-
„rem, & ea, quæ oculis ſubjacent, omnibus
„renuntiaſti, & bona tua diſtribuiſti, ſic ſi
„rerum notitiam, aut dicendi facultatem es
„adeptus, hæc omnia abjicere ac pro nihilo
„ducere debes, ut ita poſſis ſuper ſtultitia
„prædicationis ædificari, quæ prædicatio

„eſt vera ſapientia, carens ornatu Verborum, „ſed prædita virtute per Sanctam crucem „operante. Gloria conſubſtantiali Trinitati „in ſæcula. Amen.

HOMILIA XVIII.

De theſauro Chriſtianorum, Chriſto, & Spiritu Sancto variis modis exercente eos, ut ad perfectionem perveniant.

Theſaurus Chriſtianorum quis.

1. „Qui ante omnia quærunt a Deo, & „inveniunt cœleſtem theſaurum „Spiritus, ipſum ſcilicet Dominum, in cor„dibus illorum, illi omnem juſtitiam virtu„tum perficiunt, ejusque ope cœleſtes divi„tias accumulant. Obſecremus igitur Deum, „ut theſaurum Spiritus ſui nobis largiatur, „ut hoc modo in mandatis ejus omnibus „ſine reprehenſione & macula verſari, & „omnem juſtitiam Spiritus perfecte complere „Chriſti beneficio poſſimus; vi enim quadam „ſe quemque compellere oportet, ad rogan„dum Deum, ut dignus judicetur, qui in„veniat theſaurum cœleſtem Spiritus, ac poſ„ſit ſine moleſtia perficere omnia præcepta „Domini, quæ prius ne vi quidem adhi„bita poterat recte perficere. Propterea „inprimis poſtulandum eſt a Deo cum con„tentione cordis ac fide, ut det nobis, ut in„veniamus divitias ejus, verum theſaurum „Chriſti in cordibus noſtris in virtute Spiri-

„tus:

us: & hac ratione ubi prius in nobis vi-
am æternam Dominum ſcilicet conſecuti
uerimus, poſtmodum alios pro viribus no-
ris adjuvemus, ex interiori Chriſti theſauro
celeſtem myſteriorum enarrationem pro-
entes.

Varii modi perfe-ctionis ſpi-ritualis.

2. „Diverſis autem modis Filii Dei ex
piritu Sancto renati ab eodem Spiritu di-
guntur, & inviſibiliter in corde cum re-
iie ſpirituali a gratia ducuntur; ſunt enim
terdum, qui in cœna regia lætantur, &
cultant lætitia ineffabili; alia vero hora
miles ſunt ſponſæ, quæ fruitur in con-
gio cum ſponſo ſuo voluptate divina. Ali-
iando fiunt velut angeli incorporei; in-
rdum ebrietate divinorum myſteriorum in-
briantur: interdum ſunt in luctu propter
enus humanum: interdum ad tantam di-
ctionem a Spiritu inflammantur, ut ſi
eri poſſet, omnes homines bonos & ma-
os in ſua viſcera conjicerent. Interdum
ipſos infimæ conditionis reputant: inter-
um in gaudio ineffabili a Spiritu conſer-
antur: interdum adverſus hoſtes fortiter
imicant, eosque vincunt: interdum in
ummo ſilentio & pace requieſcit anima in
ola ſpirituali voluptate exiſtens; interdum
n intelligentia quadam ac ſapientia ineffa-
ili a gratia inſtituitur; interdum ut qui-
is homo fit. Ita varie gratia verſatur in
is, & multis modis ducit animam ad per-
ectionem, & cœleſtem patriam, ad quam
erfectionem Spiritus ſi anima pervenerit.

„perfecte ab omnibus affectibus expurgata,
„& Spiritui paracleto unita tota lux, tota
„oculus, tota Spiritus, tota gaudium, tota
„delectatio, tota dilectio, tota bonitas, &
„clementia ſit.

3. „Oremus igitur nos quoque Deum, &
„credamus in dilectione, & ſpe magna, ut
„largiatur nobis cœleſtem gratiam doni Spi-
„ritus, ut & nos Spiritus gubernet, & du-
„cat ad omnem voluntatem divinam, ac
„nos reficiat variis requiei modis, ut ope
„hujus gubernationis gratiæ ac promotionis
„ſpiritualis digni habeamur ad perfectionem
„plenitudinis Chriſti pervenire. *Eph.* 3. *v.* 19.
„Promiſit enim Dominus in ſe credentibus,
„& in veritate poſtulantibus, ſe largiturum
„myſteria ineffabilis communionis Spiritus.
„Qua propter penitus nos ipſos Domino con-
„ſecremus, & ad prædicta bona conſequen-
„da feſtinemus, corpore animoque conſecra-
„ti, & cruci Chriſti affixi, digni regno æter-
„no fiamus, glorificantes Patrem, Filium,
„& Spiritum Sanctum in ſæcula. Amen.

HOMILIA XIX.

Chriſtianus proficere volens ad omne id, quod bonum eſt, ſe vi compellere debet.

Ad orationem compellat ſe homo. 1. „Qui exoptat accedere ad Dominum,
„& vita æterna dignus haberi, ille
„hinc initium ſumat, ut inprimis firmiter
„Domi-

„Domino credat, ſeque totum tradat præ-„ceptis ac mandatis ejus, ac renuntiet mun-„do per omnia. Deinde quoque oportet „eum perpetuo in oratione perſeverare au-„xilium Domini ſemper expectantem: dein-„de compellere oportet ſeipſum ad omne „opus bonum, ad demiſſionem animi coram „omnibus hominibus, non quærendo hono-„rem, & gloriam a quopiam hominum ſed „ſolum Dominum ſemper ob oculos haben-„do, ipſi ſoli placere ſtudendo in manſue-„tudine cordis. Oportet item, ut ſit miſe-„ricors, benignus, præ omnibus humilita-„tem Domini, manſuetudinem, & conver-„ſationem tamquam exemplar in omni me-„moria retineat: in orationibus perſeveret, „ſemper orans in fide, ut Dominus eum „corroboret in omnibus mandatis ſuis. Tunc „vero Dominus exercet in eum miſericor-„diam ſuam, & redimit eum ab inimicis, „& inhabitante peccato Spiritu Sancto eum „replet, & ita poſtmodum absque ulla vi „& labore facit omnia mandata Domini.

2. „Quodſi quis pio affectu careat pre-„candi, ad preces ſolas ſeipſum adigat, ut „conſequatur precationis gratiam; ad man-„ſuetudinem vero, humilitatem, dilectio-„nem, & reliqua mandata Domini minus „ſe compellat, nec ullum ſtudium adhibeat, „ut ea recte conſtituat. Conceditur illi in-„terdum precandi gratia cum lætitia Spiri-„tus, moribus tamen idem eſt, quibus an-„tea erat, deſtitutus manſuetudine, humi-„lita-

Et ad petendas virtutes.

„litate, dilectione, fide, fiducia, eoquod „de his in poſtulatione orationis ſuæ ſolli„citus non fuerit: ad hæc omnia ſe com„pellere debet, qui cupit placere Chriſto, „ita ut Dominus conſpecta ejus promtitu„dine cum eo verſetur, & ipſe ſine labore „perficiat ejus mandata.

3. „Debet ergo, quicunque Deo vere pla„cere cupit, & in Spiritu Sancto proficere, „ad omnia præcepta Dei ſeipſum compel„lere, & ſi petita adeptus fuerit, hoc agere, „ut creſcat, & foveat gratiam ſibi conceſſam „requieſcentem in humilitate, dilectione, & „manſuetudine ejus; ipſe enim Spiritus lar„gitur hæc ei, ut conſummatus in Deo hæ„res regni evadat: humilis enim numquam „labitur, utpote qui ſub omnibus eſt. Co„gamus ergo nos ad humilitatem, manſue„tudinem, & dilectionem obſecrantes Deum, „ut mittat Spiritum ſuum in corda noſtra, „quo precemur, & adoremus Deum in Spi„ritu & veritate. Ipſe quoque Spiritus do„cebit nos veram precum rationem, quam „nunc ne vi quidem adhibita poſſumus fa„cere: viſcera quoque miſericordiæ, & om„nia mandata Domini docebit nos facere „absque ulla moleſtia & coactione; & hoc „pacto mandatis Dei a nobis impletis bene„ficio Spiritus ſui, qui ſolus novit volun„tatem Domini, & nos conſummat in ſe, „ac perfectus in nobis, purificatis ab om„nibus ſordibus peccati velut ſponſas venu„ſtas animas noſtras immaculatas Chriſto ex-

„hibe-

„hibebit, requieſcentibus nobis in Deo in reg„no ejus ac Deo requieſcente in nobis in „infinita ſæcula. Amen.

HOMILIA XX.

Solus Chriſtus ſanare poteſt animam, eamque veſtimento gratiæ ſuæ exornare.

1. „Siquis nudus ſit, & careat indumento „divino, quod eſt potentia Spiritus, „obſecret Dominum, ut cælitus conſequa„tur ſpirituale indumentum, quo induat „animam divina virtute ſpoliatam: quia mul„to pudore affectionum induitur, qui veſti„mento Spiritus amictus non eſt. Si enim „in rebus corporalibus magnum dedecus „conciliat nuditas, quanto anima denudata „virtute divina debet ſui ipſius pudore du„ci, & agnoſcere ſuam ignominiam? ſicut „erubuit Adam, cum corpore nudus eſ„ſet. Poſtulet igitur ejusmodi anima a Chri„ſto, qui exornat eam gloria in lumine „arcano, nec propriæ juſtitiæ opinione de„cepta arbitretur ſe habere veſtimentum „ipſius ſalutaris; ſi enim in ſola quis ju„ſtitia perſtiterit, fruſtra labores ſuſcipit: „omnis enim opinio juſtitiæ ejus velut pan„nus menſtruatæ apparet in extremo die. „*Iſ.* 64. *v.* 6. Obſecremus igitur Deum, ut „amiciamur indumento ipſius ſalutaris, Do„mino noſtro Jeſu Chriſto, a quo anima in„curabili vulnere peccati percuſſa ſolo ſanari *Veſtimento gratiæ Chriſtus nos ornat.*

„po-

„poteſt; alius vero prorſus hoc vulnu
„rare nequit.

Chriſtus ſolus animam ſanare poteſt.

2. „Moyſes quidem venit, ſed ſanit
„perfectam conferre nequivit: Sacerd
„munera, ſacrificia, holocauſta, & uni
„reliqua juſtitia conſumabatur in lege,
„tamen anima ſanari ab impuro fluxu
„varum cogitationum potuit, donec
„Salvator verus medicus, qui grati
„nat, qui ſeipſum pro humano gene
„pretium redemptionis tradens ſolus a
„ſanitatem operatus eſt. Liberavit eam
„vitute, eduxit eam ex tenebis, exſic
„in ea fontem immundarum cogitatio
„*Ecce enim*, inquit, *agnus Dei*, *qui*
„*peccata mundi. Joan.* I. *v.* 29. Non
„potuerunt terrena ejus medicamenta,
„eſt juſtificationes ejus ſolæ curare
„a tanta & inviſibili plaga, ſed dono
„ritus Sancti homo ſanitatem conſequ
„tuit. Sed ad hoc etiam requiritur, ut
„proprio motu, ac integro propoſito ad
„minum accedat, & cum plenitudine
„eum deprecetur. Credamus ergo, &
„damus in veritate, ut velociter vera
„nationem in nobis adimpleat; promiſit
„ſe largiturum poſtulantibus a ſe Spi
„Sanctum. *Luc.* II. *v.* 13. Ipſi glor
„potentia in ſæcula. Amen.

HC

HOMILIA XXI.

Homini Chriſtiano duplex incumbit bellum internum, & externum.

1. „Quicunque vere Deo placere exoptat, „hunc duplici certamine dimicare „oportet, tum in rebus viſibilibus hujus vi„tæ a diſtractionibus terrenis ac dilectione „vinculorum mundanorum, & affectionibus „peccati abhorrentem; tum in occultis con„tra ipſos malitiæ Spiritus prælïantem, de „quibus Apoſtolus ait: *Non eſt nobis collu„ctatio adverſus ſanguinem & carnem, ſed „adverſus principatus &c. Eph.* 6. *v.* 12. *Chriſtiano pugnandum.*

2. „Duobus enim modis & vinculis de„vinctus homo eſt, in hac nimirum vita re„bus ad vitam pertinentibus ac dilectione „mundi; carnalium nempe voluptatum & „affectionum, divitiarum ac gloriæ, ac Crea„turarum, uxoris & liberorum, & reliquo„rum, quæ viſui patent, a quibus Verbum „Dei præcipit eum exſolvi propria volun„tate, ut ab omnibus ſe expediens perfe„cte mandatum obſervare poſſit. Intus vero „intricata, circumvallata, muris cincta, & „catenis tenebrarum devincta eſt anima per „Spiritus malitiæ, ita ut non poſſit pro lu„bitu diligere Dominum, nec pro lubitu „credere, nec pro lubitu adorare: nam pe„nitus contrarietas tam in manifeſtis quam „occultis rebus poſt transgreſſionem primi „hominis nos invaſit. *Bellum ex- et internum.*

3. „Hoc

Bellum hoc ope gratiæ perficitur.

3. „Hoc autem bellum per grati
„virtutem Dei confici poteſt; ſua enim
„tute a contrarietate & errore cogitati
„& affectionum inviſibilium & machi
„nibus illius nequiſſimi ſe aliquis li
„nequit: niſi enim dimicando aliquis
„mundum, & expedierit ſe a terreni
„piditatibus ex toto corde, non cogni
„occultorum Spirituum malitiæ dece
„nem. Qui autem mundo revera abd
„dimicaverit, & pondus terrenum a ſ
„jecerit, ac a variis cupiditatibus carni
„gloriæ ſeipſum expedierit: illi in hoc
„tamine fert ſuppetias Dominus. & I
„obſecrans accipit cœlitus arma. quæ n
„ſet beatus Apoſtolus, thoracem juſ
„galeam ſalutaris, ſcutum fidei. &
„dium Spiritus. *Eph.* 6. v. 14. Quibu
„mis ſuccinctus ſtare poteſt adverſus o
„tas technas diaboli, & oratione, per
„ratione, jejunio, bellum adverſus reſ
„mundi gerere poterit; ſicque devicti
„verſariis poteſtatibus beneficio & au
„Spiritus, proprioque virtutum omniu
„dio æternæ vitæ dignus fiet, glorif
„Patrem, & Filium, & Spiritum Sanc
„cui ſit gloria, & potentia in ſæcula. A

HO

HOMILIA XXII.

De duplici ſtatu eorum, qui ex hac vita decedunt.

„Quando egreditur e corpore anima ho„minis, myſterium quoddam magnum „illic perficitur: ſi enim fuerit rea peccati, „accedunt chori dæmonum, & abripiunt „animam illam, atque ſubjugatam in ſuas „partes pertrahunt. Nec debet quis propte„rea in admirationem duci: ſi enim, dum „viveret homo, illi ſubjectus fuit, ac obtem„peravit, quanto magis, cum egreditur „e mundo, detinetur ac ſubjugatur ab ipſo. „Ex parte autem quæ melioris eſt conditio„nis poteſt cognoſcere, rem ita ſe habere; „Sanctis ſiquidem ſervis Dei ab hoc tempore „aſtant angeli, ac Spiritus Sancti eos cir„cumdant & cuſtodiunt, cumque exierint „e corpore chori angelorum aſſumptas eo„rum animas ad ſuam partem pertrahunt in „ſæculum perpetuum, & ſic adducunt eas „ad Dominum. *Duplex ſtatio decedentium.*

HOMILIA XXIII.

Hi ſoli diadema regium geſtare poſſunt, qui ſunt e ſemine regio.

1. „Margarita illa pretioſa & regia, quæ „ad diadema regium pertinet, ſoli „regi convenit, qui ſolus eam geſtare po„teſt: *Soli Filii Dei diadema regium geſtant.*

„teſt: unde niſi fuerit quis natus a regio „& divino Spiritu, & genus cœleſte ac re„gium fiat, & Filius Dei, cœleſtem & pre„tioſam margaritam, imaginem luminis in„effabilis, quæ eſt Dominus, geſtare ne„quit, quippe qui non ſit regis Filius; qui „enim habent & gerunt margaritam, vi„vunt & regnant cum Chriſto in ſæcula, ſic „enim, inquit Apoſtolus: *Sicut geſtavimus „imaginem terreni, geſtabimus & imaginem „cœleſtis.* 1. *Cor.* 15. *v.* 49. Perinde enim „ac equus ab inſeſſore edoctus, & bello „aſſuefactus, ſi modo ſuboluerit, & ſubaudie„rit ſonum belli, cum eo promte adverſus „hoſtes progreditur, ut ſola voce terrorem „incutiat hoſtibus; eodem modo anima ar„mata thorace juſtitiæ, & galea ſalutis, & „ſcuto fidei, & gladio Spiritus docetur præ„lium conſerere cum hoſtibus ſuis, & ſic ar„mata Spiritu Domini dimicat adverſus Spi„ritus malitiæ, & ignita nequiſſimi tela ex„tinguit, & ſic transacto bello, partaque vi„ctoria beneficio Spiritus refert coronas vi„ctoriales cum plena fiducia, & ita requie„ſcit cum cœleſti rege, cui gloria & po„tentia in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXIV.

Chriſtianorum ſtatus mercaturæ, & fermentationi ſimilis eſt.

Chriſtianorum ſtatus ſimilis mercaturæ.

1. „Similes ſunt Chriſtiani mercatoribus, „qui ingentem quæſtum ex merca„tura faciunt; quemadmodum enim hi e ter-

„ra

„ra terrena colligunt lucra, ita illi cordis „ſui diſperſas cogitationes per hoc ſæculum „virtutum & Spiritus Sancti beneficio colli- „gunt ex univerſa terra ad Domini dilectio- „nem; a tempore enim transgreſſionis Adæ „diſperſæ ſunt a dilectione Dei cogitationes „animæ per hoc ſæculum commixtæ terre- „nis cogitationibus; & in tantum excrevit „in hominibus malum, ut putarent, neque „Deum eſſe, & inanimatos lapides adora- „rent, neque intellectu quidem Deum com- „prehendere poſſent, tam alte conſperſerat „fermentum malitioſarum affectionum Adæ „progeniem.

Fermentum operum bonorum.

2. „Verum placuit Domino in adventu „ſuo pati pro omnibus, & redimere eos pro- „prio ſanguine, & fermentum cœleſte boni- „tatis infundere fidelibus animabus ſub ju- „gum peccati redactis, & omnes virtutes „in eis complere, donec fermentarentur in „unum in bono, & fierent *cum Domino* „*unus Spiritus.* 1. *Cor.* 13. Ita ut malitia „ne pervenire quidem poſſit ad cogitationem „animæ, Spiritu divino, fermentatæ; quia „*charitas non cogitat malum.* 1 *Cor.* 13. *v.* 7. „Absque fermento vero cœleſti, quod eſt „virtus divini Spiritus fermentari bonitate „Domini & ad vitam pervenire anima non „poteſt. Sicut enim ſiquis farinam ſubigat, „nec fermentum injiciat, quantopere videa- „tur laborare, fermenti expers maſſa ad eſum „minus eſt commoda; ubi vero injicitur fer- „mentum, reddit totam maſſam fermenta-

„tam. Eodem modo niſi immiſſum fuerit „in humiliatam naturam hominum ex illo „ſæculo cœleſte Spiritus fermentum, & San„ctum divinitatis ſal, anima non fermenta„bitur, ut vacua ſit a fermento malitiæ, „quod tamen viribus ſuis absque auxilio Spi„ritus peragere non poterit. Qui vero con„ſecutus eſt gratiam Spiritus, nec eam con„tumelia afficit per negligentiam aut deli„ctum, & ſic qui quovis tempore dimicans „non contriſtat Spiritum, poterit æternæ „vitæ particeps fieri. Gloria & adoratio in„contaminato Patri, & Filio & Spiritui San„cto in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXV.

Per inobedientiam redacti ſumus in ſervitutem, a qua per myſterium crucis liberamur. Item de lachrymarum & ignis divini efficacia.

Nullus niſi a Chriſto roboratus diabolum vincit.

1. „Quibus ineſt lex divina in cordibus „plantata, hi oculis intellectus „illuminati, perpetuoque deſiderio ſpei in„viſibilis capti ſuperare nequiſſimi ſcandala „poſſunt per invictam tamen virtutem; qui „vero Verbo Dei ornati non ſunt, nec di„vina lege inſtituti, fruſtra inflati, exiſti„mant ex proprio libero arbitrio ſe abolitu„ros occaſiones peccati, quod per ſolum „crucis myſterium condemnatur. Illa enim „libera voluntas hominis in eo, ut diabolo

„reni-

„reniti poſſit, ſita eſt, non autem ut poſſit „omnino Imperium tenere in affectus; *niſi „enim Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vi„gilat, qui cuſtodit eam. Pſ.* 127. *v.* 1. Prop„terea quoque juſſi ſumus Deum obſecrare: „*Ne inducas* nos *in tentationem, ſed libera nos „a malo.*

2. „Quicunque ergo cupit particeps fieri „divinæ gloriæ, debet inſatiabili dilectione „& deſiderio ex toto corde diu noctuque in„quirere potentiſſimum Dei ſubſidium; quod quidem conſequi impoſſibile eſt, niſi abſti- neat quis ab illecebris hujus mundi, & concupiſcentiis adverſariæ poteſtatis, quæ effectrix nequitiæ eſt. Quapropter ſi diſce- re deſideras, qua de cauſa ab incontami- nata gloria in Paradiſo excidimus, ſcito, „quod cum per inobedientiam ſervi affectio- num carnis effecti eſſemus, excluſimus nos ipſos a beata regione viventium, & in cap- tivitatem redacti juxta flumina Babylonis ſedemus, & nondum hæreditario jure poſ- ſidemus terram promiſſionis fluentem lacte & melle.

Per inobedientiam in ſervitutem redacti ſumus.

3. „Quapropter, quo pacto ſatis digne lu- geam calamitatem, non invenio, & quo pacto lachrymis effuſis clamare debeam ad eum, qui poteſt errorem in me habitan- tem abigere, ignoro. Quo pacto effugiam duram ſervitutem Pharaonis? Et rubrum mare tranſibo? Vitabo morſus ſerpentum? delebo gentes apud me habitantes? alias

Lachrymarum efficacia.

„enim nequaquam ingreſſus requieſcam in „Sanctuario Dei, nec particeps fiam gloriæ „regis; qua gratia non aliter dignus repu„taberis, niſi lachrymas noctu diuque ef„fundas ſecundum eum, qui dicit: *Lachry„mis meis ſtratum meum rigabo. Pſ.* 6. *v.* 7. „Lachryma enim illa, quæ ex ſumma con„tritione cordis effunditur, cibus eſt animæ, „cujus particeps fuit Maria, quæ ſedit jux„ta pedes Domini plorans, & ipſius Salva„toris teſtimonio, *optimam partem elegit. „Luc.* 10. *v.* 42. O pretioſas margaritas in „defluxione beatarum lachrymarum.

Ignis divini vis. 4. „Imitare hanc o fili nihil aliud intuens „præter eum ſolum, qui dixit: *Ignem veni „miſſurus in terram, quid volo, ſi jam ac„cenſus eſt? Luc.* 12. *v.* 49. Eſt enim ar„dor Spiritus vivificans & accendens corda, „illuminat animas, & probare conſuevit „eas velut aurum in camino, vitium vero „velut ſpinas conſumit. Hic ignis in Apo„ſtolis vim ſuam exercuit, quando loque„bantur linguis igneis: hic ignis per vocem „Paulum lumine circumfudit, mentem illius „illuminavit, ſenſum autem viſus hebetavit; „hic ignis Moyſi apparuit in rubo: *Exod.* 3. „Hic ignis in ſpecie currus Eliam a terra „rapuit: hujus ignis efficaciam inquirens „David dixit: *Ure renes meos & cor meum. „Pſ.* 26. Hic ignis cor Cleophæ & ſocii „ejus inflammabat, cum loqueretur Salva„tor cum illis poſt reſurrectionem. *Luc.* 24. „*v.* 32. Hic igitur ignis fugat dæmones,

„tol-

„tollit peccata, reſuſcitandi vim habet, im-
„mortalitatem operatur; Sanctas animas il-
„luminat, & facultates rationales firmat.
„Hunc ignem obſecremus ad nos quoque per-
„venire, ut perpetuo in lumine ambulantes
„numquam vel tantiſper oſtendamus ad la-
„pidem pedes noſtros, ſed velut luminaria
„in mundo apparentia Verbum æternæ vitæ
„retineamus, ut bonis divinis fruentes cum
„Domino in vita requieſcamus glorificantes
„Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum,
„cui gloria in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXVI.

De dignitate, præſtantia, facultate, & operationibus immortalis animæ, & qua ratione a Satana tentetur, & ab eo liberetur.

1. „Pretioſum quoddam vas eſt immorta- *Anima præſtantia.*
„lis anima; vide, quantum cœ-
„lum, quantum terra, nec tamen delecta-
„tus eſt illis Deus, ſed ſolum te, nempe
„non per angelos, ſed in ſua ipſius perſo-
„na venit Dominus ad legationem pro te
„obeundam, ut te perditum revocaret, &
„reſtitueret tibi primam formationem puri
„Adæ. Homo enim Dominus erat omnium
„a vertice cœli ad ima usque, præditus fa-
„cultate diſcernendi affectiones, alienus a
„dæmonibus, purus a peccato, ſimilitudo
„Dei; per transgreſſionem vero periit &

 „mor-

„morti traditus eſt: obfuſcavit enim mentem Satanas. Aliqua ex parte ita ſe habet, „aliqua ex parte vivit, diſcernit & voluntatem habet.

An cum peccato concupiſcentia eradicatur.

2. *Interrogatio.* Nonne Spiritu Sancto adveniente naturalis quoque concupiſcentia „extirpatur cum peccato. *Reſponſio.* Antea dixi, peccatum ſimul eradicari, hominemque recipere primam formationem puri „Adæ. Hic quidem per virtutem Spiritus „ac regenerationem ſpiritualem progreditur „ad gradum perfectionis primi Adami, & „fit eo præſtantior.

Satanas pro libitu contra nos non belligerat.

3. „*Interrogatio.* Utrum Satanas pro libitu contra nos belligeret. *Reſponſio.* Si „hoc ei concederetur, omnes homines deleret: verum Deus, qui novit vaſa hominum, ſervata proportione immittit adverſariam poteſtatem, & ſicut diverſa dona „hominibus confert, ita quoque ad bella „certo modo pro viribus hominis ſuſcipienda immittit adverſariam poteſtatem.

Divina virtus naturam non mutat.

4. „*Interrogatio.* Utrum qui accipit divinam virtutem, in natura ſua permanet? „*Reſponſio.* Natura remanet eadem mutabilis tum in bonum, tum in malum, quod „tamen ſi velit, in effectum non deducit.

An Satanas cogitationes hominis ſciat.

5. „*Interrogatio.* An cunctas hominis cogitationes & conſilia novit Satanas? *Reſponſio.* Non dicimus, Satanam, priusquam „tentet hominem, noſſe, quid facturus ſit, „nec cognitum habet, an obtemperaturus „ſit,

„ſit, nec ne, donec voluntatem ſervam ei „tradat anima. Neque dicimus, cunctas co„gitationes cordis, & deſideria noſſe diabo„lum: ſunt enim quædam cogitationes, quas „comprehendit Satanas, ſunt vero & aliæ, „quæ ab eo non comprehenduntur: in qua„dam enim re prævalet pars nequitiæ ad „generandum cogitationes; rurſus in qua„dam re cogitatio hominis ope Dei contra„dicit malitiæ, quadam in re ſuccumbit, & „quadam in re voluntatem habet: interdum „enim accedit ad Deum, ſcitque Satanas ac „videt eum ſibi repugnare, nec tamen re„primere poteſt hominem, quia habet vo„luntatem clamandi ad Deum.

6. „*Interrogatio.* Utrum quieſcit inter„dum Satanas & homo liberatur a bello, „an quamdiu vivit, bello infeſtatur? *Re„ſponſio.* Satanas numquam ceſſat a bello „gerendo, quamdiu vivit aliquis in hoc ſæ„culo, & quamdiu carnem geſtat, bello la„ceſſitur; licet autem Chriſtiani bello petan„tur ab hoſte, divertunt tamen ad divini„tatem, & induunt virtutem ex alto, nec „ſunt quidquam ſolliciti de bello. *An Satanas a bello ceſſet.*

7. „*Interrogatio.* Si homo bello oppreſ„ſus, & duplici perſona in anima præditus „peccati & gratiæ transferatur ex hoc mun„do, quo pergit a duabus partibus deten„tus? *Reſponſio.* Illuc, ubi intentionem „ſuam habet animus, & ubi diligit, illuc „tendit: ſolummodo ſi ingruat afflictio aut *Quo pergat anima bello oppreſſa.*

 „bel-

„bellum, contradicere debes, aut odio pro„ſequi: ut enim non ingruat bellum tuum non „eſt, odiſſe tamen tuum eſt; & tunc Do„minus conſpecto animo tuo, quod dimices „ac diligas eum ex tota anima, ſegregat „mortem ab anima tua hora una, & aſſu„mit te in ſinum ſuum, & lucem; eripit „te momento horæ e faucibus tenebrarum, „ac conſeſtim transfert te in regnum ſuum.

Naturalium & ſpiritualium diſcrimen.

8. „*Interrogatio.* Quomodo ſe habeant „naturalia & quomodo ſpiritualia. *Reſpon„ſio.* Ea, quæ te ipſo auctore agis, hone„ſta quidem ſunt, & Deo grata, ſed non „pura, velut diligis Deum, verum minus „perfecte; venit Dominus & confert tibi „dilectionem immutabilem: precaris natura„liter, variis cogitationibus diſtractus: con„fert tibi Dominus precationem in Spiritu. „Quippe poſt transgreſſionem terra cordis „producit ſpinas & tribulos: excolit homo, „elaborat, adhuc tamen ſpinæ pravorum „Spirituum enaſcuntur: deinde Sanctus ille „Spiritus ſuppetias fert imbecillitati huma„næ, & Dominus mittit in terram cordis „ſemen cœleſte, quo jacto adhuc ſpinæ pul„lulant. Denique ipſe Dominus & homo „exercent terram animæ, & ſeptem mali „Spiritus exoriuntur illic, donec adveniat „æſtas, & abundet gratia, ac deſiccentur ab „æſtu ſolis ſpinæ enatæ. Gloria ſit patien„tiæ, & longanimitati Dei in ſæcula. Amen.

HOMI-

HOMILIA XXVII.

tatem, & ſtatum hominis Chri-
i proſequitur, ejusque liberum arbi-
trium permixtis utilibus quæ-
ſtionibus.

Agnoſce nobilitatem tuam o homo, ,,tuamque dignitatem, quam pre- s ſis, frater Chriſti, amicus regis, ſa ſponſi cœleſtis: quicunque enim po- t cognoſcere dignitatem animæ ſuæ, poterit cognoſcere potentiam & myſte- ivinitatis, quinimo inde humiliari po- , quandoquidem beneficio virtutis di- aliquis ſuum ipſius lapſum intuetur. rum quo pacto ipſe per paſſiones & em tranſiit, & ita glorificatus eſt, ac ad dexteram Patris: ſic quoque te pati neceſſe eſt, & crucifigi, & una gere, & regnare cum Chriſto; quicun- enim ſuperare potuerit ſepta malitiæ, editur in cœleſtem civitatem. Super igitur laborandum, ſiquidem non eſt um ſponſum tui gratia venientem paſ- & crucifixum eſſe, ſponſam vero in litie verſari. Non ergo Chriſtianorum us eſt quidquam vulgare, myſterium num eſt, ſed peregrinum ab hoc mun- regnum ejus & divitiæ res divinæ quam præteritūræ ſunt, regnant enim cœleſti rege in cœleſti Eccleſia, & t apud Deum probati ſint, apud ſe ta- ſunt minimi, & cum apud Deum ſint

Dignitas Chriſtiani.

,,præ-

„præclari, apud ſeipſos non ſunt. Ne au„tem hi facile extollantur, permittit eos „Deus exerceri, & jactari, ut humiliores „reddantur, ac ſtudioſiores inquirendi Dei.

An exiſtentes in gratia labuntur.

2. „*Interrogatio.* Poſt viſitationem gratiæ „factam quo pacto labuntur nonnulli? *Re„ſponſio.* Ut liberum arbitrium tuum pro„betur, permittit te Deum malitiæ, tuque „rurſus admoneris, ut reviſas gratiam. Quin „etiam ipſos Apoſtolos vel conſummatos in „gratia non prohibuit gratia, quominus quod „vellent perficerent, etſi ipſi voluiſſent ea, „quæ diſplicebant gratiæ, peragere; natu„ra enim noſtra capax eſt tum boni, tum „mali, & poteſtas adverſaria adhortandi non „cogendi vim habet, quoad cetera tu habes „liberum arbitrium vergendi, quocunque „volueris.

An illuminatus labi poteſt.

3. „*Interrogatio.* An poteſt aliquis lumi„ne donatus habere ſordidas cogitationes. „*Reſponſio.* Scriptum eſt: fieri *non poteſt,* „*ut qui ſemel fuerint illuminati, ſi prolaban„tur, renoventur. Hebr.* 6. *v.* 4. Ecce qui „ſunt illuminati, labuntur. Vides, quod „homo habeat voluntatem, conſentiendi Spi„ritui, & habeat voluntatem eum contri„ſtandi.

Charitas perfecta non cadit.

4. „*Interrogatio.* Qua ratione dicit Apo„ſtolus: *Si habuero omnem ſcientiam &c. ni„hil ſum?* 1. *Cor.* 13. *Reſponſio.* Non ita „debemus opinari, quaſi nihil ſit Apoſtolus, „ſed quoad illam charitatem, quæ per hæc

„eſt

xiguâ, & eum, qui hosce gradus
tus eſt, labi poſſe, qui vero charita-
habuerit, cadere nequit.

„*Interrogatio.* Quid eſt: *Quæ oculus* *Timor Dei.*
vidit, nec auris audivit, nec in cor ho-
r *aſcenderunt?* 1. *Cor.* 2. *v.* 9. *Reſpon-*
Illo tempore juſti & Prophetæ ven-
m eſſe Salvatorem noverant, paſſurum
m & crucifigendum, & reliqua myſte-
non noverant neque audierant, nec in
eorum aſcenderat: nunc autem Chri-
i alio deſiderio rapiuntur ad divinita-
, & licet hoc gaudio perfruantur, ti-
e tamen & tremore concutiuntur, ne
rent in aliquo, ſed concordent gra-
Unde perpende te ipſum, qui habes
ıus peregrinum ab hoc mundo, num
m habeas mentem alienam ab hoc ſæ-
, & non occupationibus mundi deti-
is: *ubi enim theſaurus, ibi etiam cor.*
th. 6. *v.* 21. Hoc ergo eſt fundamen-
viæ ad Deum deducentis in toleran-
multa, in ſpe, in humilitate, in pau-
ate Spiritus, in manſuetudine viam
peragere; ſi vero quis hac via non
nbulet, per devia errat, malo funda-
ito uſus. Gloria miſerationibus Pa-
, & Filii, & Spiritus Sancti in ſæcu-
Amen.

HOMI-

HOMILIA XXVIII.

Deſcribit, & deplorat calamitatem animæ, in qua propter peccatum non habitat Chriſtus.

Calamitas animæ in peccato.

1. „Quemadmodum olim Deus tradidit Jeruſalem in ſpectaculum hoſtibus, „ſic animam poſt transgreſſionem tradidit „dæmonibus. Væ autem animæ, ſi non „voce ſua fuget ſpirituales nequitias! ſi non „habuerit Dominum ſuum Chriſtum in ſe „habitantem; quia cum ſit deſerta, ac foe„tore affectionum ſcateat, diverſorium exi„ſtit vitiorum, a quibus nonniſi per Chri„ſtum Dominum, & crucem ejus purgata, „& exculta fuit, qui ex ea ſpinas, & tri„bulos pravorum Spirituum & lolia peccati „evulſit, prout nobis Joannes monſtravit, „dicens. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata „mundi.* Joan. 1. v. 29.

Quomodo nullus major S. Joanne.

2. „Revera *inter natos mulierum nullus, major Joanne Baptiſta.* Matth. 11. v. 11. „Complementum enim eſt omnium prophe„tarum, omnes enim vaticinati ſunt de Do„mino procul monſtrantes eum venturum: „ipſe vero de Salvatore prophetans com„monſtrabat ante omnium oculos clamans: „*Ecce agnus Dei.* Nullus ergo major illo; „*qui autem minor eſt in regno cœlorum, major „eſt illo.* Qui enim deſuper ex Deo nati „ſunt Apoſtoli, & primitias Spiritus Para„cleti acceperunt, hi ut una judices eſſent,

„ac

ut in eodem throno ſederent, digni reputati ſunt, hi redemptores hominum facti ſunt, invenis eos dividentes mare pravarum poteſtatum, & educentes fideles animas; invenis eos colonos vineam animæ excolentes; invenis eos paranymphos deſponſantes animas Chriſto; invenis eos largientes vitam hominibus, & ſummatim invenis eos variis modis miniſtrantes Spiritui. Hic igitur eſt ille parvus, qui major eſt Joannes Baptiſta. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXIX.

Multiplici ratione diſpenſationem gratiæ in genus humanum exercet Deus, fructus ejus juſto judicio, repetiturus.

„Sapientia Dei diſpenſationes gratiæ erga genus humanum varie exercet; quosdam enim præoccupant charismata Spiritus Sancti, interdum in mundo ſine labore degunt; non tamen otioſe illis hanc gratiam largitur, ſed ut ſe totos dilectioni Dei dedant, ipſius voluntatem ſolam peragant, & ab omni carnali concupiſcentia prorſus recedant. Quibus vero quamvis huic ſæculo renuntiarint ſecundum Evangelium, & aſſidue in continuatione precum, jejunii, & reliquarum virtutum perſeverarint, non ſtatim Deus concedit gratiam & exultationem Spiritus, donumque *Gratiæ diſpenſationes variæ.*

„reti-

„retinet, ut videat, an fidelem & vera
„reputent Deum, qui pollicitus eſt, ſe
„tentibus aperturum januam vitæ, &
„permanſuri ſint in plena fiducia non d
„tentes, nec deſperantes, ſed ad finem
„durantes: qui enim non ſtatim acci
„propter dilationem ardentius appetit co
„ſtia bona, & quanto magis Dominus
„ferendo longanimum ſe præſtat erga e
„examinans fidem, & dilectionem e
„tanto diligentius inquirere debet don
„Dei.

Ratio reddenda de uſu gratiæ. 2. „Juſtus autem Deus eſt, & recta
„dicia ejus, neque reſpectus perſona
„apud eum eſt ullus, ſed pro modo be
„ficiorum ſive corporalium ſive ſpirituali
„ſive ſcientiæ, ſive intellectus judicat
„unumquemque fructus virtutis requiret
„pro dignitate reddet cuique juxta o
„ejus, & *potentes potenter tormenta patien*
„*Sap.* 6. *v.* 7. Minimus enim venia, &
„ſericordia dignus eſt, & Dominus ait:
„*vus*, *qui* cognovit voluntatem Domini
„nec fecit ſecundum voluntatem ejus, pl
„vapulabit multis &c. Ab uno quoque
„repoſcentur fructus virtutis pro modo a
„in ſe collatorum beneficiorum ſive nat
„lium, ſive a divina gratia conceſſo
„Inexcuſabilis proinde eſt omnis homo a
„Deum in die judicii, nec aliquis frat
„extollatur adverſus fratrem dicens;
„donum ſpirituale conſecutus ſum;
„enim craſtina lux illi allatura ſit, igno
„& quis finis ejus, quisve tuus futurus

„ig

gnoras. Verum quisque ſibi attendat, & propriam conſcientiam aſſidue dijudicet, ac urbet opus cordis ſui, quo ſtudio mens in Deum proſequatur, & ad perfectum opum libertatis & affectuum vacuitatis, quietis ſpiritualis collimans citra omnem termiſſionem currat in nullo charismate ut juſtificatione collocata fiducia. Gloria t adoratio Patri, & Filio, & Spiritui ancto in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXX.

x Spiritu Sancto renaſci oportet animam, quæ regnum Dei ingreſſura eſt, & quomodo hoc fiat.

„Qui Verbum audiunt, opus Verbi in „ſuis animis demonſtrare debent; *Renaſci oportet.* Verbum enim Dei non eſt otioſum, ſed pus habet, quod in anima perficitur. Unde omnis Chriſti advenientis labor in eo uit, ut generaret ex ſeipſo filios e Spiritu: iqui vero renuerint ad hujusmodi generationem venire, & de ventre Spiritus divini naſci, ſummum dolorem percipit Chriſtus, qui propter eos paſſus eſt, ut os ſervaret. Econtra quicunque Domino rediderint, & accedentes nativitatem hanc onſecuti fuerint, gaudium conciliant in cœlis parentibus, qui eos procrearunt, & mnes angeli lætantur de anima e Spiritu rognata, & Spiritus effecta; hoc enim „cor-

„corpus ſimilitudo eſt animæ, anim
„imago Spiritus exiſtit: & ſicut corp
„anima mortuum eſt, nec quid perag
„let, ſic ſine divino Spiritu mortua e
„quid ad Deum pertinens ſine Spirit
„agere anima poteſt.

Quomodo hoc fiat.

2. „Sicuti autem pictor faciem re
„pingere nequit, niſi defixis oculis e
„tueatur: ſic inſignis ille pictor C
„credentibus ei, & fixis eum oculis i
„tibus ad imaginem ſuam depingit ho
„cœleſtem ex ipſo Spiritu, & largi
„præclarum ſponſum. Oportet igitur q
„tem credere & accedere ad Domin
„obſecrare, ut Spiritum divinum con
„tur; ipſe enim eſt vita animæ, qua
„quis conſecutus fuerit, in regnum
„rum non ingredietur. Suſcipiamus
„ipſum Deum ac Dominum verum
„cum, qui ſolus poteſt ſanare anima
„ſtras: omnis enim anima, quæ non
„perit eum, & in ipſo recreata fuerit, i
„no cælorum cum Sanctis hæreditaten
„cernit, neque in cœleſtem ingreditur
„tatem. Ipſe vero Domine Jeſu Chriſ
„troduc nos in illam glorificantes n
„tuum cum Patre, & Sancto Spiritu i
„cula. Amen.

HC

HOMILIA XXXI.

Fidelem oportet mutari animo, & in Deum omnes cogitationes colligere, in quibus vere omne obſequium divinum conſiſtit.

1. „Oportet eum, qui credit, obſecrare „Deum, ut immutetur intentione „ſua per mutationem cordis, quod vertatur „ab acerbitate in dulcedinem. Deus enim „ſummum bonum eſt, in quem debes col„ligere mentem, & cogitationes, nec quid „aliud animo concipere, quam expectationem „ejus intueri; nam ſi nos ſocordia non diſ„ſolvamur, nec pabula præbeamus incom„poſitis cogitationibus malitiæ, ſed volun„tate noſtra compellamus cogitationes ad „Dominum, Dominus veniet ad nos, & „congregabit nos ad ſeipſum. Omnis enim „complacentia & miniſterium in cogitationi„bus conſiſtit: quo circa contende, ut pla„ceas Domino, quærens eum in cogitatio„nibus, & compellens tuam voluntatem & „intentionem, ut perpetuo in eum intendant. „Quanto enim magis colligis animum tuum „ad eum quærendum, tanto magis compel„letur ipſe a ſua miſericordia, ut veniat ad „te, & te refocillet, ac te ab hoſtibus tuis „liberet: conſpiciens enim tuum quæren„di ardorem docet te verum precandi mo„dum, & veram dilectionem, quæ eſt ipſe, „qui omnia apud te fit, paradiſus, ſponſus, „bellator, omnia in omnibus Chriſtus. *Mutatio fidelis.*

Cogitationes in Deum colligendæ. 2. „Tollamus ergo corpus noſtrum, & „conſtruamus altare, & ſuperimponamus „omnes noſtras cogitationes, ac deprecemur „Dominum, ut mittat e cœlo inviſibilem, „& magnum ignem, qui conſumat altare, „& omnia quæ in eo ſunt, omnesque ſacer„dotes Baal cadant, quæ ſunt adverſariæ „poteſtates; tuncque viſu percipiemus ſpiri„tualem pluviam venientem in animam, ut „eam in tenebris agentem illuſtret, in eb„rietate nempe ignorantiæ, quæ poſtea ad „ſobrietatem rediens ſine offendiculo ambu„let, diei vitæque opera peragens: illic enim „alitur anima, ubi quoque edit, ſive de hoc „ſæculo, ſive de Spiritu divino, & illic „Deus nutritur, vivit, requieſcit & verſa„tur. Quivis autem ſeipſum probare poteſt, „unde nutriatur, ubi vivat & apud quos de„gat, ſi attendat inter precandum & obſer„vet cogitationes & operationes unde ſint, „a Deo, an ab adverſario? quod ubi cog„noveris o anima, pete a Domino, ut con„verſatio tua in cœlis ſit, & corde & ani„mo in mundo non diſtraharis, nec laqueis „terrenis & inutilium curarum impliceris, „ſed juxta Apoſtolum pax Dei regnet in „corde tuo. *Col.* 3. *v.* 15. Quæ regnat & „renovat fidelium animos in dilectione Dei, „& omni fraternitate. Gloria & adoratio „Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in ſæ„cula. Amen.

HOMI-

HOMILIA XXXII.

loria Chriſtianorum nunc in eorum animis latet, quæ tempore reſurrectionis emerget, & illuſtrabit corpora pro modo eorum pietatis.

„Quotquot Chriſtianorum digni ſunt „habiti conſequi cœleſtem ami- ɪum, illum habent in animis ſuis commo- ɪntem; & quoniam a Deo præfinitum eſt, t diſſolvatur Creatura hæc, indumentum eleſte nunc tegens & illuſtrans animam ɪod obtinent in corde, illud nuda quo- ɪe corpora, quæ in illa die excitabuntur, la induet gloria, quod indumentum invi- bile nunc conſequuntur Chriſtiani, & ʼicunque nunc regnum cœlorum rapue- ɪnt, & cœleſtem cibum in Spiritu viven- s deguſtarunt. Tempore reſurrectionis eum ſum habent tegentem, & foventem om- a eorum membra, ita tamen ut ſicut cœ- m unum multas in ſe ſtellas continet, ɪs quidem ſplendidiores, illas majores, as vero minores, ſic quoque Sancti in ɪo cœlo divino diverſimode fulgeant; & ɪi anima tua cum Spiritu communicave- t, & ingreſſa fuerit anima cœleſtis ani- am tuam, tunc perfectus homo in Deo , & hæres, & Filius. *Chriſtia-norum gloria.*

HOMILIA XXXIII.

Indeſineriter oportet, & attente Deo vota facere, & precari.

Semper orandum. 1. „Oportet nos non ex more corporeo, „nec pro more vociferandi, nec „ex conſuetudine ſilendi aut genua flectendi „preces facere, verum ſobrie animum attendentes expectare Deum, quando viſitabit „animam: perinde enim ac corpus, cum operatur quidpiam, totum occupatum incumbit operi, ſic quoque anima tota prorſus „conſecretur poſtulationi, & charitati Domini, quæ nec vagis occupetur cogitationibus, & ſpem omnem collocatam in Chriſto habeat; atque hoc pacto illuceſcet ille, „qui purum docet petendi modum, & ſuggerit orationem Deo dignam, & quæ fit „in Spiritu & veritate adorationem, & ad „hunc modum requieſcit Dominus in bona „animi intentione. Et anima, quæ Dominum ſuum apud ſeipſam habet, omni decore repleta eſt, & cum Dominus viderit, „quod colligat ſeipſam pro viribus ſuis ſemper Dominum quærens, eam expurgatam „ab omni malitia immaculatam ſponſam ſibi „conſtituet.

Quomodo. 2. „Cæterum ſi credis hæc vera eſſe, „attende tibi ipſi, num conſecuta ſit anima „tua lumen dirigens eam, verum cibum & „potum, qui eſt Dominus; ſin minus nactus ſis: quære noctu diuque, ut conſe„qua-

aris. Si ergo aſpexeris ſolem, inquire
num ſolem: ſi ſpectaveris lumen, reſpice
imam tuam, num verum lumen nactus
, omnia enim quæ viſui parent ſunt um-
a verarum rerum ad animam pertinen-
um: eſt enim præter hominem conſpi-
um alius homo interior, & alii oculi,
os obcæcavit Satanas, & aures, quas
das effecit. Itaque venit Jeſus, ut in-
iori huic homini reſtituat ſanitatem, cui
ria, & Imperium cum Patre, & Spiri-
Sancto in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXXIV.

gloria Chriſtianorum, quam corpora illorum in reſurrectione conſequentur.

„Quemadmodum oculi corporei omnia „clare conſpiciunt, ſic animis ſan- rum conſpicua ſunt ornamenta divinita- , quibus permixti Chriſtiani ſapiunt: at 'o corporeis oculis occultata eſt illa glo- , animæ vero credenti perſpicue reve- ar, quam Dominus excitat a peccato, iti & mortua corpora ſuſcitat. Adventus m Domini penitus propter hominem t, qui mortuus jacebat in ſepulchro ebrarum, peccati, & perverſarum po- atum, ut in hoc ſæculo nunc reſuſcitet vivificet hominem, ac emundet ab omni redine; illuminet eum ſuo lumine, & iciat eum ſuis indumentis divinis, & leſtibus. *Gloria Chriſtianorum.*

Gloria reſurrectionis corporum.

2. „In reſurrectione autem corporum cor„pora glorificabuntur cum anima gloria lu„minis divini velut filii lucis effecti: non „intuebuntur ſe oculo pravo, malitia enim „ſublata eſt. Non eſt illic maſculus & foe„mina, ſervus & liber, unum ſunt in Chri„ſto omnes, & omnes in uno lumine re„quieſcunt, quisque exultabit exultatione „ineffabili animadverſa alterius gloria. Cæ„terum omni ſtudio, & animi humilitate „accedere oportet ad certamen Chriſtiano„rum, & conſequi illas divitias; hæreditas „enim & pars Chriſtianorum eſt ipſe Deus: „*Dominus* enim, inquit, *pars hæreditatis* „*meæ, & calicis mei. Pſ.* 16. *v.* 5. Gloria „ſit ei, qui ſeipſum donat, atque permi„ſcet ſanctam animam ſuam animis Chri„ſtianorum in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXXV.

De Sabbatho antiquo, & novo.

Sabbathum verum.

1. „In umbra legis per Moyſen datæ man„davit Deus unumquemque requie„ſcere in Sabbatho, & nihil agere, hoc au„tem figura erat veri Sabbathi, quod ani„mæ donatur a Domino; anima enim, quæ „digna cenſetur ab obſcænis cogitationibus „liberari, tum verum Sabbathum celebrat, „tum veram requiem requieſcit otium agens „ab omnibus operibus tenebroſis. Hoc ve„rum Sabbathum, hæc vera animæ re„quies, quæ vacat a cogitationibus ſatanæ, „& requieſcit in lætitia Domini.

2. „Do-

,Dominus enim vocat hominem ad
tionem dicens: *Venite ad me omnes,*
oratis & onerati eſtis, & ego reſo-
vos. Matth. 11. Itaque quæcunque
credideriat & acceſſerint, reficiet
gravibus & immundis cogitationibus,
acantes ab omni iniquitate celebrant
thum verum, delitiarum plenum, &
ım: obſecremus ergo nos quoqueDeum,
grediamur in hanc requiem, ut fe-
r a turpibus & vanis cogitationibus,
oc pacto poſſimus ſervitium exhibere
x puro corde, ac celebrare feſtum
us Sancti. Beatus ergo, qui ingreſ-
t illam requiem. Gloria Patri, cui
acuit, & Filio, & Spiritui Sancto in
a. Amen.

HOMILIA XXXVI.

luplici reſurrectione animarum,
corporum, & diverſa reſurgen-
tium gloria.

Diverſa reſurgentium gloria.

Reſurrectio mortuorum animarum ab
„hoc momento fit, reſurrectio vero
rum in illa die. Quemadmodum ve-
ellæ fixæ in cœlo non ſunt omnes
les, ſed una ab altera differt ſplen-
& magnitudine, ſic in rebus ſpiri-
ous pro modo fidei ſunt promotiones in
Spiritu, unus locupletior altero; &
ınque ſunt in igne & in lumine, ne-
nt eſſe in tenebris. Verum magna in-

„ter eos eſt diſcrepantia: veluti ac ſi pater „quiſpiam habeat duos filios, hunc puſil„lum, alterum adoleſcentem, hunc quidem „in urbes mittit & regiones, puſillum au„tem ſemper tuetur, quia nihil poteſt age„re. Gloria Deo. Amen.

HOMILIA XXXVII.

De Paradiſo, & lege ſpirituali.

Cuſtodia cordis. 1. „Scriptura jubet, unumquemque omni „cuſtodia obſervare cor ſuum. *Prov.* „4. *v.* 43. Ut quis velut paradiſum conſer„vans in eo Verbum fruatur gratia, nec au„diat ſerpentem conſulentem, quæ voluptati „inſerviunt. In hujusmodi paradiſum in„greſſus eſt Noe, Abraham, Moſes, & uni„verſus chorus ſanctorum, qui Verbum in „cordibus ſuis cuſtodierunt, de nulla re „ſolliciti; ſed deſpicientes terrena in man„dato Spiritus Sancti permanſerunt, eligen„tes, quod Deo gratum erat, pro divitiis „paupertatem, pro gloria honorum contem„tum, pro voluptate miſeriam, pro ira di„lectionem, erga omnes benevolentiam; cum „enim audirent Dominum dicentem: *Re„mittite, & remittetur vobis. Luc.* 6. *v.* 37. „Tunc eos, qui ſe læderent, beneficos reputa„bant, velut ab eis conſecuti occaſionem „remittendi.

Lex ſpiritualis. 2. „Hæc eſt lex ſpiritualis, quæ in cor„dibus fidelium ſcribitur, complementum „prioris legis, *non enim*, inquit, *veni ad*

„de-

lvendam legem, ſed ut compleam. Matth. *v.* 17. Quo ergo pacto impleatur, ac- *ie.* Plenitudo legis remiſſio eſt: unde i ſpiritualiter eam implent, non benefi- s ſolum, ſed etiam convitiantes & per- utores diligunt, ſpiritalem charitatem ex- ſtantes pro remuneratione bonorum, non ia offenſas remiſerunt, ſed quia animas uriam inferentes beneficio quoque affe- runt, dum eos Deo obtulerunt.

3. „*Interrogatio.* Si in cor hominis, non eenderunt, quæ præparavit Deus diligen- us ſe, quomodo illa novimus. *Reſpon-* . Per revelationem Spiritus Sancti, qui nnia ſcrutatur. Obſecremus ergo quoque s in certitudine fidei & ſenſu, ut parti- pes fiamus Spiritus Sancti, & ut aver- tur a nobis ſerpens interfector animi, ut miter credentes mandata Domini ſerve- us, & creſcamus in eo in virum perfe- um, ne ultro dominetur in nobis decep- r hujus ſæculi. *Unde ſciemus abſcondita.*

4. *Interrogatio.* Quid eſt illud: *Volo inque verba in Eccleſia mente mea loqui.* *Cor.* 14. *v.* 19. *Reſponſio.* Quinque ver- . ſunt quinque virtutes, per quas qui ſe- uitur Dominum pietatis cultum ædificat, ilicet, oratio, continentia, miſericordia, upertas, longanimitas: hæ deſiderio & luntate implentur, virtutes autem illæ quantum omnes comprehendunt, tan- m ſeſe mutuo generant, ſublata enim *Quid ſunt quinque verba.*

„pri-

„prima tolluntur omnes, itidem per ſecun„dam, quæ ſequuntur, & ita deinceps. Quo „pacto enim quis precabitur, niſi Spiritu „Sancto impulſus? Inſuper quo pacto abs„que orationis auxilio continens permane„bit? Et qui non eſt continens, quo pa„cto miſerebitur eſurientis? Verum qui mi„ſericordia non ducitur, ille neque ſponta„neo motu paupertatem ſuſcipit: rurſum „iracundia eſt alumna & nutrix cupiditatis „pecuniarum, ſive pecuniam habeat, ſive „non. Cæterum prædita virtutibus anima „ædificatur in Eccleſia, nec tamen proprium „opus ſalvat hominem, ſed qui operandi „virtutem largitur Deus.

Præcepta Scripturæ. 5. „*Interrogatio.* Quid præcipit Scriptu„ra homini facere. *Reſponſio.* Ut primum „cognoſcat Deum, & cum cognoverit, di„ligat & voluntate incumbat; ut autem „opus aliquod perficiat, gratia Domini lar„gitur volenti & credenti. Voluntas ergo „hominis eſt velut adjutorium a natura in„ſitum, qua abſente Deus nihil operatur, „quamvis poſſit propter liberam arbitrii vo„luntatem. Precemur igitur, ut conſequa„mur cognitionem Dei, & in ſpirituali eru„diamur lege ad obſequium ſanctorum man„datorum ejus, glorificantes Patrem, & „Filium, & Spiritum Sanctum in ſæcula. „Amen.

HOMI-

HOMILIA XXXVIII.

Accurato judicio, & intellectu opus eſt in diſcernendis veris Chriſtianis, & quinam ſint illi.

„Multi, qui juſti apparent, habentur pro „Chriſtianis; verum peritorum eſt probare, an revera habeant Chriſti regis ſignum. Aurum facile reperitur, margaritæ aptæ ad diadema regium rarius inveniuntur; qui vero fratrum longo tempore exercitati, & probati ſunt, hi poſſunt rudibus ſuppetias ferre & compati. Quidam enim putarunt, non contingere, ut in Chriſtianiſmum cadat cupiditas, & talem jam ad perfectum perveniſſe gradum, qui tamen cum putarent, appuliſſe ſe ad portum tranquillum, inſurrexerunt eis fluctus, ita ut denuo inventi ſint in medio pelagi, ubi mare, cœlum, & mors prompta eſt. Alium gratia illuminat, dirigit, pacificum ac bonum efficit; exiguo vero temporis ſpatio poſtea res immutantur, ut revera is ſe reputet graviorem peccatorem omnibus hominibus, & rurſum alia hora videat ſeipſum velut potentem amicum regis, rurſum alia hora ſeipſum videat infirmum, & pauperem: unde in perplexionem labitur animus, quia Satanas mala ſuggerit his, qui virtutem conſectantur. Verum ne illi ſubjiciaris, ſed operare juſtitiam, quæ in interiori homine perficitur, ut teſtimonium conſcientiæ tuæ glo- *Quis verus Chriſtianus.*

„rie-

„rietur in cruce Chriſti, qui expurgat con„ſcientiam tuam ab operibus mortuis; ut „Spiritu tuo Deo miniſtres, & conſortium „habeat anima tua cum Deo ut ſponſa cum „ſponſo Chriſto, cui gloria in ſæcula. Amen.

HOMILIA XXXIX.

Ad quid Scriptura divina nobis a Deo donata ſit.

Cur S. Scriptura nobis data.

„Quemadmodum rex ſcribens litteras ad „eos, quibus vult codicillos, & pe„culiaria munera largiri, notum facit omni„bus, ut ad ſe veniant & munera accipiant, „qui niſi venerint, & acceperint, nihil ip„ſis proderit, quod has legerint, quin po„tius mortis ſupplicio ſunt obnoxii: ſic quo„que divinas Scripturas velut Epiſtolas mi„ſit rex Deus hominibus, iis ſignificans, „ut invocantes Deum, & credentes petant, „& conſequantur donum cœleſte ex hypo„ſtaſi divinitatis ejus. Qui vero non acceſ„ſerit, non petierit, nec acceperit, nihil „ei proderit, quod legerit Scripturas; imo „potius capitali ſupplicio tenebitur, quod „a rege cœleſti noluerit accipere donum vi„tæ, ſine quo fieri nequit, ut vitam im„mortalem, quæ eſt Chriſtus, conſequatur, „cui gloria in ſæcula. Amen.

HOMI-

HOMILIA XL.

Virtutum inter ſe colligatio, & vitiorum.

„Devinctæ inter ſe ſunt omnes virtutes, „& velut quædam ſpiritualis catena, una ab altera dependet, precatio a dilectione, dilectio a gaudio, gaudium a manſuetudine, manſuetudo ab humilitate, humilitas ab obſequio, obſequium a ſpe, ſpes a fide, fides ab auditu, auditus a ſimplicitate. Quemadmodum etiam ex adverſa parte vitia unum ab altero dependent, odium ab ira, ira a ſuperbia, ſuperbia a vana gloria, vana gloria ab infidelitate, infidelitas a duritia cordis, duritia cordis a negligentia, negligentia a pigritia, pigritia ab acedia, acedia ab impatientia, impatientia a voluptate. Caput autem totius boni inſtituti eſt perdurare in precatione, cujus ope virtutes conſequi poſſumus; qui enim ſeipſum quotidie ad perſeverandum in oratione compellit, ille in amorem divinum & deſiderium ardens a ſpirituali dilectione accenditur erga Deum, & gratiam perfectionis ſanctificantis Spiritus ſuſcipit. *Virtutum, & vitiorum nexus.*

2. „*Interrogatio.* An mandata cuſtodientes æqualiter præmiantur. *Reſponſio.* At tendit divinitas hominibus, & gubernat omnia cum ratione, & unicuique pro modo fidei Deus, qui juſtus judex eſt, reddit mercedem. *Mercedis beatæ inæqualitas.*

Charitas proximi. 3. „*Interrogatio.* An anima in quiete non „poteſt orare? *Reſponſio.* Si requies abun„det, ſuppeditat viſcera miſericordiæ & alia „obſequia, veluti viſitandi fratres, mini„ſtrandi verbo: & aliquis in profundum gra„tiæ ingreſſus rurſum recordatur ſociorum „ſuorum, quinimo ipſa natura deſiderat, „accedere ad fratres, implere charitatem, „& corroborare Verbum, & gratum ſe ex„hibere vivificanti Patri, & Filio, & Spi„ritui Sancto in ſæcula. Amen.

HOMILIA XLI.

Profunda valde ſunt penetralia animæ, quæ paulatim incrementa gratiæ aut vitiorum accipit.

Gratia paulatim creſcit. 1. „Particulatim incipit divina gratia ad„ventare in animam, quæ vel unius „horæ momento poſſet hominem expurga„tum perfectum reddere. Verum ut probet „intentionem hominis, an dilectionem erga „Deum integram conſervet, nullo habito „commercio cum improbo, ſe totum gratiæ „ſeipſum tradat, & ita probatus gratiam in „nulla re contumelia afficiens a modico „ſumpto initio auxilium conſequitur: ipſa „quoque gratia paſtum in anima ſumit, & „ad profundiſſimas usque cogitationes radi„ces mittit, donec anima tota a gratia „abſorbeatur.

2. „Quodſi

2. „Quodſi vero quis non ſtuduerit ſum- *Ope humilitatis.*
„mæ humilitati, denudatus divina gratia
„tentatur multis afflictionibus, & tunc ma-
„nifeſtatur ejus exiſtimatio, quod ærumno-
„ſus ſit. Debet ergo locuples divina gratia
„in multa humilitate verſari, & velut pau-
„perem ſe exiſtimare; alienum enim eſt,
„quod habet, & alius ſibi dedit, & quan-
„do vult, illud aufert; qui hoc pacto ſe
„humiliat, tam apud Deum, quam apud
„homines poteſt conſervare collatam ſibi
„gratiam, & Deo ſummopere placet, & vi-
„vificatur per Chriſtum, cui gloria in ſæ-
„cula. Amen.

HOMILIA XLII.

Non externa ſed interna promovent, aut lædunt hominem, veluti Spiritus gratiæ, aut Spiritus nequitiæ.

1. „Animæ exornatæ ſcientia, & intelle- *Interna hominem lædunt.*
„ctu, & ingenio acutiſſimo velut
„magnæ ſunt urbes: cæterum quærendum,
„an munitæ ſint virtute Spiritus, nequando
„hoſtes irruentes deſolentur eas; ſapientes
„enim hujus mundi Ariſtoteles, Plato &c.
„Inſtar magnarum erant urbium, verum va-
„ſtati erant ab hoſtibus, quia non erat Spi-
„ritus Dei in ipſis. Quicunque ex idiotis
„participes ſunt gratiæ velut urbes parvæ
„ſunt munitæ virtute crucis: excidunt vero
„a gra-

„a gratia duplici de cauſa, & pereunt, aut „quod illatas afflictiones non ſuſtineant, aut „quod voluptatibus peccati ſe deliniri per„miſerint. Intus ergo eſt in anima repens, „& progrediens Spiritus malitiæ, vetus ni„mirum homo, quem oportet confugientem „ad Dominum exuere, & novum, qui Chri„ſtus eſt, induere. Nihil eorum, quæ ex„terna ſunt, lædere poteſt hominem, niſi „qui vivit, operatur, & habitat in corde Spi„ritus tenebrarum: quocirca unusquisque in „cogitationibus ſuis debet certamen inire, „ut illuceſcat cordi ejus Chriſtus, cui glo„ria in ſæcula. Amen.

HOMILIA XLIII.

De progreſſu viri Chriſtiani, cujus tota vis ex corde dependet.

Viri Chriſtiani progreſſus.

1. „Similes ſunt Chriſtiani ex parte lucer„nis habentibus oleum in ſe, id eſt „fructus juſtitiæ, &, niſi accendatur lucerna „in eis a lucerna divina, nihil ſunt. Item „Chriſtianus nullo non tempore debet me„moriam Dei habere, ut ubique Deum amo„re proſequatur. Rurſus veri Chriſtiani li„ceat in ſe habeant proſperum ventum San„cti Spiritus flantem, nihilominus metuunt, „ne ventus contrariæ poteſtatis inſurgat, „& tempeſtatem excitet in animabus eorum. „Item quicunque ſuſceperunt ſemen divini„tatis, hi inviſibili modo obtinent illud, & „propter inhabitans ſibi peccatum in tene-

„bri-

„bricoſis, & timendis locis occultant. Si „ergo muniant ſeipſos, & conſervent ſe„men, iſti debito tempore producunt in „lucem, & in diſſolutione corporis superni „chori læto vultu illos excipiunt. Siquis „vero ſuſceptis armis Chriſti, ad bellum „fortiter gerendum ſocordia diffluxerit, in „diſſolutione corporis in tenebras, & inte„ritum pergit. Eodem modo hortum non „bene munitum Spiritus erroris devaſtant. „Similiter ſicuti in oculo varia objecta pul„chra, & turpia effinguntur, ita & in ani„ma cuncti virtutum & vitiorum theſauri „exiſtunt. Et ſicuti publicani concutiunt „prætereuntes, ita dæmones detinent ani„mas, qui in carne verſantur, cum econtra „qui per honeſtam converſationem quieve„runt, ad Dominum proficiſcentur, uti pol„licitus eſt: *Ubi ego ſum, illic & miniſter „meus erit. Joan.* 12. *v.* 26. Et per infinita „ſæcula regnabunt cum Patre, & Filio, & „Spiritu Sancto nunc & ſemper, & in ſæ„cula ſæculorum. Amen.

HOMILIA XLIV.

Quantam in homine Chriſtiano mutationem, & renovationem faciat Chriſtus, qui animæ affectiones, & morbos ſanavit.

1. „Qui accedit ad Deum, ideo accedere „debet, ut convertatur, & trans„mutetur a priori ſtatu, & novum hominem de- *Mutatio Chriſtiano neceſſaria.*

„demonſtret, qui nihil veteris hominis ge-„ſtet; Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus „propterea venit, ut naturam converteret, „ac rurſus conderet animam everſam affe-„ctionibus propter transgreſſionem. Porro „ſolus Chriſtus verus paſtor perditam & ſca-„bioſam ovem hominem a ſcabie peccati cu-„rat, & niſi curata fuerit rationalis ovis „homo, in Eccleſiam cœleſtem non ingre-„ditur.

Qualis. 2. „Oportet ergo animam, quæ vere „Chriſto credit, mutari a pravo ſtatu in bo-„num, & novam effici virtute Spiritus San-„cti, ſine quo acerbum mare peccati traji-„cere non poterit: & ſicut qui ſunt in navi, „e mari non bibunt, nec ex eo veſtimenta „vel victum accipiunt, ſic animæ Chriſtia-„norum non ex hoc ſæculo, ſed e cœlo „cibum cœleſtem & indumenta ſpiritualia „accipiunt. Cum vero navis gubernatore in-„digeat, & temperato vento ad feliciter „navigandum, hæc omnia eſt ipſe Dominus „in anima fideli degens, & perferre eam „faciens feroces malitiæ fluctus; & qui-„dem fortiter, ferventer, ac ſcite. Qua-„propter decet diligere Dominum, atque „contendere in omnibus virtutibus, & aſ-„ſidue petere, ut conſequamur promiſſionem „Spiritus ejus, qua vivificentur animæ no-„ſtræ, quippe qui adhuc in carne ſumus; „niſi enim in hoc ſæculo anima particeps fa-„cta fuerit divinæ naturæ permixta gratiæ, „cujus beneficis omne mandatum pure per-„ficere poterit, non eſt apta ad regnum cœ-

„lorum:

„lorum: quidquid enim boni quis jam hinc „obtinuerit, hoc ipſum in illa die erit ejus „vita per Patrem, & Filium, & Spiritum „Sanctum in ſæcula. Amen.

HOMILIA XLV.

Solus Chriſti adventus ſanare hominem poteſt, cujus maximam cum Deo cognationem hæc homilia explicat.

1. „Qui vitam ſolitariam elegit, univer- „ſa, quæ in hoc ſæculo ſunt, a ſe „aliena exiſtimare debet. Qui enim vere „proſequitur crucem Chriſti omnibus abne- „gatis, ipſius etiam anima fixam mentem in „amorem Chriſti habere debet, anteponens „Dominum parentibus, fratribus, ſororibus, „uxori, liberis, & cognatis. *Luc.* 14. *v.* 26. „Similis eſt enim mundus homini diviti poſ- „ſidenti aurum, argentum, & poſſeſſiones „varias; verum cum graviter morbis diſti- „neretur, aſtiterunt ei cognati cuncti cum „omnibus opibus non valentes eum a mor- „bo expedire. Nullæ ergo divitiæ, nec alia „ſæculi bona demerſam in peccato animam „eripiunt a peccato, ſed ſola Chriſti appa- „ritio. Quidam enim vir prudens cum de- „ſideraret curam gerere ſui ſtudii, conten- „dit experiri omnia, quæ volvuntur in hoc „mundo, ſi forte emolumenti quid invenire „poſſet, cumque hoc non inveniret, tan- „dem recedens ab his requirebat ſibi Deum, „qui ſanat morbos animæ: & cum poſtea

Solus Chriſtus homines ſanat.

„ſeipſum conſideraret, deprehenſa eſt mens „ejus, a quibus rebus receſſerat, easdem „odiſſe.

Cognatio hominis cum Deo. 2. „Nulla eſt talis familiaritas, & opi„tulatio, ac eſt animæ erga Deum & Dei „erga animam: condidit enim aves, mun„dum, cœlum, terram, ſolem, lunam, ar„bores, & varia animalium genera, in nul„lo tamen horum requieſcit Deus; univerſa „Creatura ſub ejus eſt Imperio, nec tamen „conſtruxit in ea thronum, neque ſocieta„tem injit, nonniſi in homine ſolo complaci„tum eſt ei, ac ſocietatem cum eo contra„xit, & in eo requieſcit. Videsne hic cog„nationem Dei cum homine, & hominis „cum Deo? Prudens ergo anima pertran„ſiens cunctas creaturas non invenit ibi re„quiem, niſi ſolum in Domino, nec Domi„no in ullo eſt complacitum, niſi ſolum in „homine. Tu vero non reverteris ad cœ„leſtem tuam cognationem, quæ eſt Domi„nus, ſed perverſis aſſentiris cogitationibus „adjutor peccati factus, ejusque ope bellum „tibi ipſi infers, & eſcam hoſtis te conſti„tuis: cum econtra anima aptata in ſpon„ſam cœleſti ſponſo non quieſcit, donec „conſequatur plenam ſocietatem, hoc eſt, „dilectionem Dei, cui gloria in ſæcula. Amen.

HOMI-

HOMILIA XLVI.

De differentia inter verbum Dei, & verbum mundi, & inter filios Dei, & filio hujus mundi.

1. „Verbum Dei Deus eſt, & verbum mun„di mundus eſt: magnum vero di„ſcrimen eſt inter verbum Dei & verbum mun„di, & inter filios Dei, & filios mundi, „utraque enim proles ſuorum ſimilis eſt pa„rentum. Si voluerit ergo propago Spiri„tus tradere ſe verbo mundi ac rebus ter„renis & gloriæ hujus ſæculi, mortificatur „& perit, quippe quæ veram requiem vi„tæ conſequi non poſſit, & ſiquid de Deo „audierit, animi tædio afficitur; nam *ani„malis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiri„tus.* 1. *Cor.* 2. *v.* 14. Si vero tradat ſe„ipſum ad conſequendam mutationem car„nalis homo, moritur priori in pravitate „traductæ vitæ, Deus vero in anima ad „eum accedente, & ejus deſiderio detenta „fit hæreditas ejus, & anima fit hæreditas „Domini; & quando ſublata eſt ab ea ve„lamen tenebrarum, & illuminati ſunt in„tellectuales ejus oculi lumine cœleſti, & „liberata eſt ab afflictionibus obſcænis, & „mundanis, beneficio gratiæ reddita tota in „Spiritu in cælis miniſtrat Domino. Mag„num ergo & divinum opus revera eſt ani„ma: cum enim crearet illam, talem con„didit Deus, ut in natura ejus nullum in„ſereret vitium, ſed ad imaginem virtutum *Diſcrimen inter filios Dei & mundi.*

„Spiritus condidit illam; poſuit in ea leges „virtutum, diſcretionem, ſcientiam, pru„dentiam, fidem, dilectionem, & cæteras „virtutes ad imaginem Spiritus, ut unus „cum illo Spiritus fiat, ut inquit: *Qui ad„hæret Domino, unus Spiritus eſt*, 1. *Cor*. 6. „*v*. 17. Cui gloria in ſæcula ſæculorum. „Amen.

HOMILIA XLVII.

Explicatio allegorica quorumdam ſub lege factorum.

Gloria Moſis quid, & vera circumciſio.

1. „Gloria Moyſis, quam gerebat in fa„cie, typus erat veræ gloriæ, „quam in animis lucis recipiunt Chriſtiani. „Porro populus Dei ex circumciſione olim „agnoſcebatur, modo vero ſignum circum„ciſionis intus populus Dei peculiaris ſuſce„pit in corde, & gladius cœleſtis amputat „præputium peccati: apud illos erat Baptiſ„ma carnem ſanctificans, apud nos Baptiſ„ma Sancti Spiritus, & ignis. *Matth*. 3. *v*. 11.

Tabernaculum, & columbæ quid.

2. „Ibi tabernaculum interius & exte„rius, in prius ingrediebantur ſacerdotes, „in ſecundum ſemel in anno ſolus Pontifex „cum ſanguine, quia nondum Sanctorum „via eſt manifeſtata: hic vero qui merue„runt, ingrediuntur in manufactum taber„naculum, quo pro nobis Chriſtus introivit. „Scriptum etiam eſt in lege, ut ſacerdos „accipiat duas columbas, & alteram ma-

„ctet,

t, vivam vero ſanguine ejus aſpergat, avolare permittat. Chriſtus enim immolatus, & ſanguis ejus nos aſpergens de- : nobis alas Spiritus Sancti ad volanm in aerem divinum.

3. „Illis data eſt lex in tabulis ſcripta lapideis, nobis vero leges ſpirituales tabulis rdis inſcriptæ ſunt carneis. *Jer.* 31. *v.* 31. illa quidem abolebantur, nunc autem interiori homine perficiuntur; ſic libetio Iſraelitarum ex ſervitute Ægyptiaca yſterium eſt animæ per adventum Chriſti demptæ; Iſrael enim interpretatione redur animus videns Deum. Liberatur ergo ſervitute tenebrarum ab Ægyptiis ſpiriius per ſpiritualem Moſen tempore ve, quando anima pulchros juſtitiæ ramos nittit; ubi etiam præcipit aboleri ex unaaque domo omne fermentum antiquum, tiones nimirum, & conſilia veteris hoinis, perverſasque ac ſordidas cogitatioes abjicere. Mactari etiam oportet agım, & immolari, ejusque ſanguinem illire foribus; Chriſtus enim immaculatus gnus mactatus eſt, & ſanguine ejus una limina cordis, qui animæ vita, Ægypis vero dæmonibus mors, & luctus fiat. ıbet item ad veſperam comedere agnum, azima cum lactucis agreſtibus circumnctos renibus, calceatos ſandaliis, & teentes baculos in manibus; niſi enim præarata ſit anima per bona opera, non conceditur illi, ut comedat de agno, & licet

Lex Dei in cordibus inſcripta.

Liberatio ex Ægypto.

„ſuavis ſit agnus, & bona azima, amar
„tamen ſunt lactucæ. Cum afflictione ergo
„ſumma edit anima de agno & azymis af-
„fligente eam, quod illam inhabitat, peccato.
„Et ad veſperam jubet edere illam: nam
„anima in ipſa conſtituta redemptione me-
„dia eſt inter lucem & tenebras, aſſiſtente
„virtute divina, nec permittente tenebras
„inſurgere in animam, & abſorbere illam.

4. „Educit igitur animam ex Ægypto
„primogenitis ejus interfectis: Jubet mutuo
„accipere ab Ægyptiis vaſa aurea, & ar-
„gentea, ſcilicet ſuas probas cogitationes,
„quas dæmones prius diſſipaverant; abeunt-
„que filii Iſrael celebrato paſchate; profic
„enim anima, quæ accepit vitam Sancti Spi-
„ritus, deguſtavit agnum, ejusque ſanguine
„uncta comedit verum panem, verbum vi-
„vum. Columna ignis & nubis illos præ-
„cedit cuſtodiens, Spiritus Sanctus ſuffulci-
„eos fovens, & dirigens in intelligentia ani-
„mam. Pharao & Ægyptii feſtinanter cur-
„ribus ſuis junctis cum omni populo ad eos
„interficiendos impellebantur, jamque futu-
„rum cum eſſet, ut permiſcerentur eis, in-
„terceſſit nubes in medio, quæ hos qui-
„dem tenebris obrutos impediebat, illos ve-
„ro luce ducebat. Quam primum enim ani-
„ma Ægyptios effugit, accedens divina po-
„tentia opitulatur deducens eam ad verita-
„tem: ubi vero ſpiritualis Pharao intelle-
„xit, animam omnino evitare ſuam tyran-
„nidem, ne prorſus effugiat, perſequitur

„eam

„eam afflictionibus, tentationibus, ac bellis „inviſibilibus. Hic probatur, hic tentatur, „hic apparet amor, quo eum, qui eduxit ex „Ægypto, complectitur, ſiquidem traditur, „ut variis modis tentetur: videt enim facul„tatem hoſtis volentem interficere, nec ta„men poſſe; medius enim inter eam, & „Ægyptios Spiritus conſiſtit Dominus, ſpe„ctat autem ab interiori parte mare afflictio„nis aut deſperationis, videns mortem ante „oculos poſitam, ſed manu valida, Sancti „Spiritus illuminatione, dirumpit vim tene„brarum, tranſiens mare tenebrarum & ig„nis omnia devorantis, canens Deo canti„cum novum tympano corporis, & citha„ræ ſeu bonis animæ cogitationibus, & ple„ctro divinæ gratiæ.

5. „In lege animalia ratione deſtituta of„ferebantur in ſacrificium, quæ niſi macta„rentur, non erant gratæ oblationes: nunc „quoque niſi mactetur peccatum, non eſt „grata & vera oblatio apud Deum. Venit „populus in Maran, ubi aqua amara inje„cto ligno dulcis effecta eſt. Eodem mo„do anima peccatrix effecta amara, immiſ„ſo a Deo ligno vitæ dulceſcit, & utilis „fit in obſequium Domini ſui. Virga item „Moyſis duplicem gerebat figuram. Hoſtibus „velut ſerpens occurrebat mordens & inter„ficiens, Iſraelitis vero erat baculus, quo „fulciebantur: ſic lignum crucis, quod eſt „Chriſtus, Spirituum malitiæ eſt mors, ani„marum vero noſtrarum eſt baculus, ſedes

„tuta

„tuta & vita, in qua conquieſcunt. Quæ-
„cunque ergo fiebant in Iſraelitico populo,
„in lege Moyſis, & prophetarum temporibus
„propter animam facta ſunt, quam Deus
„cum ſit ſponſus perfectus aſſumit ſponſam
„perfectam in ſanctam, arcanam, & impollu-
„tam ſocietatem nuptiarum, tuncque ſimul
„regnat cum eo in infinita ſæcula. Amen.

HOMILIA XLVIII.

De perfecta fide in Deum.

Perfecta fides quæ. 1. „Dominus in Evangelio ſuos diſcipulos „ad perfectam fidem deducere vo„lens dixit: *Qui in modico infidelis eſt, & in multo infidelis eſt; & qui in minimo fidelis eſt, & in multo fidelis eſt. Luc.* 16. *v.* 10. „Modicum ſunt promiſſiones hujus ſæculi, „quæ promiſit credentibus, victum, veſti„tum, & reliqua, præcipiens non ſollici„tum eſſe de his, hæc vero a Deo ſperare: „*multum* autem ſunt futuri ſæculi dona, quæ „credentibus & a ſe poſcentibus promiſit. „*Matth.* 6. *v.* 31. Examina ergo teipſum, „num forte detineant te adhuc curæ terre„næ de corporis victu & amictu & cœte„ris; nec credis teipſum Deo & Verbo il„lius, ſcito, te, quod æterna bona conſecu„turus ſis, nondum credere.

An medicinis utendum. 2. „Dicis: utique credo. Verum ſcrutare „teipſum, num aliquando morbi corporei ad „medicos terrenos te deducant, perinde ac ſi

„Chri-

iſtus nequeat te curare. Vide, quo-
lo teipſum decipias, & necdum vere
las; ſi enim æterna & incurabilia im-
talis animæ vulnera & affectiones vi-
as credidiſſes a Chriſto curari, crede-
quoque eum poſſe curare temporaneos
bos, & ad eum confugeres, neglecta
licorum cura. Verum quidem eſt, ad
lendum corpori dedit Deus herbas ter-
pharmaca, & medicorum officia, ſed
a excidiſſet homo a mandato accepto,
judicio iræ factus erat obnoxius, in af-
iones & morbos carnis incidit, qui
is omnis morbi expers erat. Conceſſit
o Deus infirmis & infidelibus pro ſua
ıma clementia ad curandum corpus
ırmaca, quibus eos uti permiſit, qui
ıdum totos Deo ſe credere poſſunt: tu
o, qui ſolitariam agis vitam, qui ac-
ſiſti ad Chriſtum, qui filius Dei eſſe de-
ras, qui peregrinus hujus mundi fa-
s es, novam & peregrinam fidem &
ıverſandi rationem præter hujus mundi
mines obtinere debes. Gloria Patri, &
io, & Spiritui Sancto in ſæcula. Amen.

HOMI-

HOMILIA XLIX.

Non ſatis eſt, hujus ſæculi delitias reliquiſſe, niſi quis alterius ſæculi beatitudinem conſequatur.

Beatitudo cœleſtis quærenda.

1. „Siquis huic mundo renuntiet, & deli„tiis hujus ſæculi, & poſſeſſioni„bus, & patre, & matre Domini gratia relictis „ſe crucifigendo egenus fiat, pro quiete au„tem hujus ſæculi requiem divinam in ſeip„ſo non inveniat, & pro delitiis tempora„neis delitias Spiritus in ſua anima non ſen„tiat; hic factus eſt ſal inſipidum & miſe„rabilior eſt, quam cuncti homines: nam & „ſæcularibus privatus eſt, & divinis non „fruitur. Propterea enim alienus mundo fieri „quis ſolet, ut *converſatio ejus in cœlis ſit* „*Philip.* 3. *v.* 20. Si igitur receſſeris a cun„ctis, quæ ſunt in vita, rebus, & in ora„tione perſeveraveris, potius hunc laborem „quietis plenum arbitraberis propter tanta „bona, quæ Deus credentibus largitur. Tan„tis igitur bonis propoſitis, & promiſſioni„bus factis, tantaque benignitate a Domino „nobis exhibita ne cunctemur ad vitam æter„nam proficiſci, & nos ipſos penitus Do„mini beneplacito tradere, & obſecremus „Dominum, ut ſua divina virtute liberet „nos e carcere tenebrarum ignominioſarum „affectionum, & imaginem ſuam, ac figmen„tum vindicet, ac ſplendidum reddat, ac „ſalvam ac puram conſtituat animam, ut „hac ratione digni habeamur ſocietate Spi-

„ritus,

„ritus, glorificantes Patrem, Filium, &
„Spiritum Sanctum in ſæcula. Amen.

HOMILIA L.

Deus eſt, qui per ſanctos ſuos, & creaturas edit miracula.

1. „Quis clauſit portas cœlorum? Elias: *Deus per ſanctos miracula edit.*
„an Deus erat in eo, qui impera-
„bat pluviæ? puto eum, qui poteſtatem ha-
„bet in cœlum, inſediſſe in animo illius, &
„per linguam ejus prohibuiſſe, ne deſcende-
„ret pluvia. Iterum locutus eſt, & deſcen-
„dit pluvia. Similiter Moyſes ponebat vir-
„gam, & fiebat ſerpens, & reliqua. *Exod.*
„7. *ſeqq.* Ad hunc modum in umbra legis
„virtus divina indeſinenter aderat juſtis
„edens manifeſta miracula, atque intus in
„ipſis habitabat divina gratia. Itidem quo-
„que in Prophetis operabatur, atque ſuppe-
„ditabat animis eorum Spiritum prophetan-
„di, & loquendi mundo res ingentes ne-
„ceſſitate id poſcente: non enim ſemper lo-
„quebantur, ſed quando volebat, qui in
„ipſis erat, Spiritus; nihilominus facultas
„ſemper aderat. Si igitur in umbram tan-
„topere eſt effuſus Spiritus Sanctus, quanto
„magis in novum teſtamentum, in crucem,
„in adventum Chriſti, quando facta eſt ef-
„fuſio Spiritus. *Act.* 2. *v.* 16. Subminiſtra-
„tione ergo & inſtructione Spiritus Sancti,
„& divini glorificamus Patrem, & Filium, &
„Spiritum Sanctum in ſæcula. Amen.

S. MA-

S. MACARII ÆGYPTII OPUSCULA ASCETICA.

Monitum.

Opuſcula aſcetica a Poſſino & Pritio i vulgus emiſſa eumdem S. Macariu Ægyptium auctorem habere, cum illo, a qu homiliæ conſcriptæ ſunt, Tillemontius me Eccl. l. 1. c. 8. Oſtendit ex eo, quod res ipſa quæ utrobique differuntur, unum Scriptore prodant; cui accedit magna mſſ. codicis au „ctoritas, quo uſus eſt Poſſinus, ut ip „teſtatur in *Proleg. ad Theſau. aſceticum* „qui etiam notat, homilias, & ſeptem op „ſcula Aſcetica S. Macarii Ægyptii Mag „titulum in codice Turriano præferre.

S. MACARII MAGNI DE CUSTODIA CORDIS LIBER.

Homo interior emendandus. 1. „Quomodo poteſt dicere quilibet jeju „nans, peregre degens diviſis om „nibus bonis meis, ſanctus ſum? an ill „ſanctus eſt, qui nondum emundavit inte „riorem hominem? non enim qualiscun „que abſtinentia a malis, ſed quæ intimo „conſcientiæ ſinus omni inquinamento ex „purgat, perfecta demum emundatio eſt. Er „go ingredere, & vide in occultiſſimis con „ſcientiæ receſſibus reptantem anguem, qu „te occidit veneno ſuo; & ſiquidem eum „interfeceris, tunc aude apud Deum glo-

„riari

„riari de tua puritate, ſin minus humiliatus „coram Deo procide, orans, ut te ab oc„cultis tuis mundet.

2. „Vera mors intus in corde abſcon„dita eſt, qua exterior homo, utcunque ſpi„rare videatur, revera eſt mortuus. Siquis „igitur in arcano cordis a morte ad vitam „tranſit, is vere vivit vita perenni, nec „amplius moritur, ſed ſoluto etiam corpore „reſurget cum gloria: ideo ſomnum voca„mus mortem Sanctorum. *Mors vera ſpiritualis.*

3. „Totum adverſarii certamen in eo „diffundat, ut queat mentem noſtram a Dei „recordatione, & amore abſtrahere illece„bras ad id adhibens terrenas. Quodcunque „enim homo bonum facit, polluere impro„bus conatur, maximeque contendit, eum, „quem videt legi obſervandæ operam dan„tem, operi bono vanæ gloriæ labem in„ſpergere, ne Dei ſolius cauſa, & ex bono „propoſito, quod exterius bene fit, inte„rius geratur. *Diaboli certamen.*

4. „Contentione multa, & labore opus „eſt in ſcrutatione cogitationum facienda, & „in hebetatis animæ ſenſibus acuendis ad „diſcretionem boni & mali. Hoc autem „certamen occultum, & meditationem Do„mini ac laborem diu noctuque neceſſe eſt „nos habere, ad omnem ſtudioſam execu„tionem mandati præſcribentis quidquam „ſive orantibus, ſive comedentibus, ſive „aliud *Omnia ad Dei gloriam.*

„aliud quidvis agentibus, ut quodcu
„opus bonum in Dei gloriam fiat.

Humilitatis neceſſitas. 5. „Niſi humilitas, & ſimplicitas, &
„nignitas exornet nos, habitus orati
„nihil nobis proderit: non ſolum aute
„de oratione dicimus, ſed & de quovis
„labore, ſive in virginitatis cuſtodia,
„alia laborioſa functione virtutis cauſa
„ſcepta. Niſi fructus charitatis, pacis,
„dii, manſuetudinis, humilitatis, ſimp
„tatis, ſinceritatis, fidei, longanimi
„candide in nobis reperiamus, in va
„noſtri labores ſuſcipiuntur: omnis enim
„exercitatio & contentio propter hos fru
„ſuſcipi debet. Bonum eſt jejunium, b
„vigilia, bona fuga patriæ & converſa
„nis humanæ in ſolitudine, ſed hæc
„ſunt bonæ converſationis, ceterum c
„Chriſtianorum interior his eſt, & non
„bet quis inniti ſolis ad confidentiam. C
„tingit autem quosdam eſſe, in quibus
„litia inſidioſe latere ſatagit, male per
„dens mentem ſuam eſſe purgatam: at d
„talis miſer in arrogantiam inflatur, op
„mitur ab irruente in eum latrone, qui
„hil minus opinantem tentatione vehem
„adoriens vincit, & deprimit in terræ
„fima.

Humilitas fundamentum Chriſtianiſmi. 6. „Fundamentum Chriſtianiſmi hoc
„ne homo poſt quantalibet bona opera
„ipſis acquieſcat, aut ſe magnum put
„ſed perſeveret eſſe pauper Spiritu; ac c
„gratiæ particeps factus fuerit, ne exi
„m

„met, & putet, ſe eſſe aliquem, incipiatque „magiſtrum agere, etiam cum ſeceſſerit in „ſolitudinem, multum jejunaverit, pie ora„verit: imo tunc magis ſollicite laboret, ſit„imque monſtret ulterioris profectus. Non „debent ergo fratres exteriori converſatio„ne, & diſciplina niti magnopere, nec præ„fidentia niti, quaſi jam comprehenderint, „nec putent, quod adveniens gratia omnes „animæ partes occupaverit, planeque ac ra„dicitus extirpatum ſit peccatum; cum ta„men pleraque animæ membra adhuc a pec„cato detineantur, unum tantum ex his „quodpiam gratia poſſidente, neſciente ipſo „homine, & ſupine ſinente ſibi imponi.

7. „Qui vult accedere ad Dominum, & „vita æterna dignus haberi, ſic debet inci„pere. Primum credere Domino firmiter, „& dare ex toto corde ſe verbis manda„torum ejus, & renuntiare mundo per om„nia, ita ut in nullo apparentium mens oc„cupetur, & obfirmare ſemper ſe ad per„ſeverantiam in oratione, & non deſperare „expectans cum fiducia Domini auxilium „ubique. Deinde urgere ſe cum conten„tione ad omne bonum & ad executionem „omnium Dei mandatorum, adigendo etiam „ſeipſum ad humiliter ſentiendum, & ſe „cunctis minorem & pejorem exiſtimandum „non quærendo honorem ab ullo, ſed ſo„lum Dominum præ oculis habendo, eique ſoli „placere ſtudendo. In manſuetudinem quo„que ſe per vim inclinet, ſicut ait Domi- *Quomodo ad Deum accedendum.*

 „nus:

„nus: *Diſcite a me, quia mitis ſum*
„*Matth.* 11. Item eſſe miſericordem, be
„num, compatientem, bonum, quantum
„teſt, ſicut Pater cœleſtis. Semper au
„Domini humilitatem & converſationem
„beat præ oculis uti exemplar: conte
„autem, quantum habet virium, in aff
„orando, nusquam non credens & pet
„ut veniat Dominus & inhabitet in ipſo
„corroboret eum in cunctis ejus mand
„& tunc Dominus facit cum eo miſeri
„diam, & liberat eum ab inimicis ſuis
„ab inhabitante in ipſo peccato, rep
„eum Spiritu Sancto, cujus ope citra l
„rem cuncta Domini mandata exequi
„Cogere etiam ſeipſum debet ad miſera
„alios, corque in omnes egentes benefi
„habendum, item ad longaniniter tole
„dum quid durum, nec ægre ferend
„quando vilipenditur, vim etiam ſibi fa
„ad orandum, quando nondum accepit
„num orandi per Spiritum; videns e
„Deus ſic contendentem dat illi oratio
„Chriſti veram, & confert illi totum
„ctum Spiritus. Quodſi quis deſiderans
„tionis donum, ſolum ſibi ad orandum
„facit, non item ad reliquas virtutes,
„tinget interdum dari huic orationis do
„etiam cum quiete & lætitia, moribus
„men ſimilis eſt ei, cui prius. Oportet e
„unumquemque, ſicut ad orationem ſe e
„pellit, ita ſe pariter in reliquas virt
„urgeat, ut ſic Dominus viſo ejus ſt
„det ipſi citra laborem & vim, quæ a

„l

„laborioſo conatu tenere vix poterat prop„ter inhabitans in eo peccatum.

8. „Si vero quispiam ad orationem fun„dendam ſibi vim infert, donec aliquam „gratiam a Deo impetret, in humilitatem „vero & reliquas virtutes non incumbit, „vim ſibi inferens, numquam ipſi ſe in„dulget divina gratia oranti, quia talis non „præparavit ſe, neque aſſuefecit ad alias „virtutes: hinc perdit gratiam, aut accipit „& cadit, aut non proficit in ſuperbiam „elatus, quoniam mandatis Domini ſe to„tum non tradit. Debent igitur, qui volunt „in veritate placere Deo, ac ſe perficere in „Sancto Spiritu, ſe cogere ad exercenda offi„cia omnium virtutum, ſicut dictum eſt: „*Ad omnia mandata tua dirigebar. Pſ.* 118. „*v.* 116. Quoad ex conſuetudine bonum ha„bitum paret; ſic enim, quod perſeveranter „petierit a Domino, conſecutus, plena optati „poſſeſſione gaudebit, creſcente in illo gra„tia Spiritus Sancti, quæ requieſcit in hu„militate ipſius, & ſic ad ipſum perfectio„nis culmen erectus hæreditate regni cœlo„rum dignus cenſetur. Humilis enim num„quam cadit; quo enim caderet, qui infra „omnia eſt? Magna exaltatio humilitas eſt, „ſummus honoris apex, excelſa dignitas ſui „demiſſio. Aſſuefaciamus ergo nos ad ſub„miſſe de nobis ſentiendum. Gloria Patri, „& Filio, & Spiritui Sancto in ſæcula ſæ„culorum. Amen.

S. MACARII MAGNI
DE PERFECTIONE IN SPIR
LIBER.

Perfectio quæ. 1. „*Interrogatio.* Quæ ſit voluntas
„quam hortatur Apoſtolus,
„cat unumquemque contendere.

„*Reſponſio.* Perfecta peccati purg
„a paſſionibus ignominiæ libertas,
„virtutis apicis comprehenſio, quod
„gatio & ſanctificatio cordis, quæ
„terventum divini Spiritus fit: *Be*
„ait *mundi corde, quoniam ipſi D*
„*bunt. Matth.* 5. *v.* 8. Et: *Eſt*
„*perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis*
„*eſt. Ib. v.* 48.

Quomodo anima purganda. 2. „Quomodo vero occulta ani
„ganda ſint, Spiritus Sanctus per
„oſtendit dicentem: *Ab occultis m*
„*me Domine Pſ.* 18. *v.* 13. Per q
„innuit, unam earum ſanandarum
„eſſe rationem, perfectam cum m
„ac fide converſionem ad Deum c
„ne Spiritus, ſed tamen & nobis
„toto conatu annitentibus, & on
„dia, cor noſtrum ſervantibus, n
„cordis noſtri virtus & malitia ſi
„reutur, ſed virtus ſola.

Ab occultis peccatis abſtinendum. 5. „Deinde non ab externis pe
„lum, puta homicidio, fornication
„ejusmodi, præſtare ſe puram opo

animam, quæ Deo ſe conjungere de-
rit, ſed & multo magis ab occultis,
ſt, a vanæ gloriæ ambitu, a ſimula-
, a dolo, odio, invidia, ſimilibusque
us; novit enim, ait Scriptura, occul-
ec animæ peccata pari loco cum ex-
censere.

„Item eos, qui charismata Spiritus
iti ſunt, nondum autem per pleniſſi-
& efficacem charitatem Spiritus ſum-
a paſſionibus libertate ſunt dignati,
dit Apoſtolus, nondum ſecuritatem
ſſe, ſed in periculo adhuc & timore
orum ſtare propter ſpiritualia nequi-
iſtam enim menſuram haud extra di-
en lapſus conſtitutam eſſe oſtendit,
talem eſſe, cui linguæ Angelorum,
hetia, omnis ſcientia, & curationum
sma comparata nihil ſint. Per hoc
ctionis declaravit ſcopum, ut unus-
ue egenum ſe tantarum divitiarum re-
oſcens ferventi Spiritu usque ad ulti-
feſtinet, & ſpirituale ſic percurrat
m, donec comprehendat, ſicut di-
eſt: *Sic currite, ut comprehendatis.*
r. 11.

In perfectione progredi.

„Porro abnegare ſeipſum hoc puta
promptum ſe ad omnia fraternitati
ere, & in nullo prorſus voluntati pro-
obſequi, nec ullius ſe præter ſolam
m Dominum putare, ut undique ex-
us in procinctu ſtet, ad quidvis Im-

Abnegatio ſui.

„peratum cum gaudio exequendum, ut manci„cipium ſe habet adverſus omnes: maxime „autem præpoſitis obſequatur, Chriſto ob„temperans dicenti: *Qui vult inter vos pri„mus eſſe & magnus, ſit omnium miniſter ul„timus & ſervus. Matth.* 20. *v.* 27. Nec „honorem & laudem venans, non ad ocu„lum ſerviens, aut placere hominibus ſtu„dens, ſed debitorem ſe per omnia repu„tans miniſterii in charitate & ſimplicitate „fratribus exhibendi.

Præpoſitorum officium. 6. „Præpoſitos fraternitatis operi magno „admotos contra malitiæ artificia decertare „per humilitatem oportet, ne vitio ſuper„biæ ut in fratres ſubditos dominantes vice „lucri damnum nobis procuremus; ſed ut mi„ſericordes patres, qui propter Deum ſe „fraternitati ad ſerviendum corporaliter & „ſpiritualiter dediderunt, eorum ut Dei fi„liorum diligentem curam gerant, arguen„do, ubi convenit, ubi oportet, conſolan„do, ne obtentu humilitatis & manſuetudi„nis in confuſione monaſteria ſint, congruum „ordinem præſidentium & ſubjectorum non „ſervantia; in ſecreto autem mentis ſervos „indignos omnium fratrum ſe reputantes, „& ut boni pædagogi, quibus ſpirituales „filii concrediti ſunt, cum omni benevolen„tia & Dei timore unumquemque fratrum „promovere ad omne bonum ſtudentes, non „ignari, magnam laboris excedentem me„ritum repoſitam eſſe mercedem. Qui vero „curam ſuſcipiunt regendorum & inſtituen„dorum

„dorum adoleſcentum, diſciplina eos ſalubri „imbuant, & mores ipſorum honeſtos for„ment, nec cunctentur, eos interdum pla„gis etiam magna libertate impoſitis caſti„gare. Sed oportet & Præpoſitos non iræ „perturbatione, aut faſtu ſuperbiæ, neque „ut ſeipſos ulciſcentes afficere poena merita „eos ex fratribus, qui correctione indigent „aliqua: verum id faciant benignis viſceri„bus, & ſcopum intuentes unum ſpiritualis „ipſorum utilitatis, ut operentur ipſorum „converſionem.

Dilectio proximi.

7. „Multo ſtudio poſſumus charitatem in „Deum acquirere gratia Chriſti: ex hoc quo„que primo impleto mandato ad ſecundum „facilis eadem ope nobis continget tranſi„tus, ad dilectionem inquam proximi; nam „prima præponantur aliis, & plus in iis ſtu„dii ponatur, ac tunc ſecunda adjungentur. „Siquis primo mandato dilectionis Dei ne„glecto, quæ dilectio ex interiori noſtra „diſpoſitione conſcientiaque bona & ſanis de „Deo cogitationibus concurrente auxilio gra„tiæ elicitur, mandato ſecundo dilectionis „proximi exteriori tantum tenus miniſterii „accuratione defungi voluerit, nequaquam „illud poterit ſane ac pure exequi; nam ra„tio impugnantis nos malitiæ, memoriæ, „amoris, & Dei inquiſitionis vacuam men„tem reperiens, aut efficit, ut moleſta ni„mis ipſi Dei præcepta videantur, unde in „murmurationes, dolores, & querelas con„tra miniſterium erga fratres animam inci-

„tat, aut miniſtrantem inflat, ut ſe m
„num exiſtimet, & ſumma perfectione c
„cta Dei efficientem mandata.

Seipſum nemo perfectum judicet.

8. „Cum homo ſeipſum exiſtimat,
„curate mandata exequi, hoc ipſo pro
„manifeſto indicio, errare ſe, & a p
„cepti obſervatione deviaſſe, utpote,
„præoccupet, judicium de ſeipſo ferre, n
„expectans vere judicantem: quando en
„*teſtimonium reddit Spiritui noſtro Dei Sp*
„*tus. Rom.* 8. *v.* 16. Tunc ſolum vere
„lii Dei ſumus, non autem quando prop
„opinionis arrogantia juſtos nos ipſi dec
„raverimus: *non enim qui ſeipſum comm*
„*dat, ille probatus eſt, ſed quem Deus co*
„*mendat.* 2. *Cor.* 10. *v.* 18. Quandoquid
„cum memoriæ & timoris Dei expers re
„ritur homo, fieri non poteſt, quin ve
„tur laudem ab iis, quos miniſterio ſuo j
„vat; talis porro fide carere a Domino co
„victus eſt. *Joan.* 5. *v.* 44.

Charitati Dei ſtudendum.

9. „Certamine multo per ſanctas cogit
„tiones, & continuam pro omnibus bo
„rebus ſollicitudinem charitas in Deum
„prout fas eſt, poteſt exerceri: unde adv
„ſarius impedit mentem noſtram, ne p
„memoriam bonarum rerum amori divi
„vacet, ſed terrenis deſideriis ſenſui abbla
„diatur. Nam mors, ut ſic dicam, ſuſpe
„dium diaboli eſt, quando in Dei charita
„& memoria indivulſe commorans mens h
„mana reperitur; hinc in fratrem facile r
„du

dundat charitas, manſuetudo, cunctarumque corona virtutum, per dilectionis Dei ,mandatum perfectionem accipit, & mens noſtra continue Deo affixa coaleſcet in unum cum Domino Spiritum.

10. „Hanc autem interiorem contentionem conferre oportet virtutis amatores ad ,omnem obſervationem mandati, ſive orantes, ſive miniſtrantes, ſive comedentes, ,ut quodcunque demum bonum ab ipſis fiet, ,in gloriam Dei & non in noſtram fiat, ,amore Dei omnia alleviante, & quod laborioſum eſt, in ipſis diſſolvente. Contendendum igitur eſt, ne nos adverſarius ,a Dei memoria timore & amore avellat; ,quia & aliæ virtutes, ſicuti jam alibi dictum eſt, connectuntur, & mutuo inhærent, ſicuti e contrario vitiorum quoque ,unum ex altero dependet, & omne bonum, quod homo facit, inquinare nititur „diabolus immixtione vitiorum: unde contingit, quod bonum non bene fiat, puta „ſi fiat negligenter, aut contemtim, aliove vitio ſubmiſto, & non mere propter „Deum, ex quo evenit, ut gratum id & „acceptum Deo non ſit. *Omnia in honorem Dei dirigenda.*

S. MACARII ÆGYPTII

DE ORATIONE LIBER.

I. „Caput omnis boni ſtudii & vertex „operum bonorum aſſiduitas orationis eſt, per quam in poſſeſſionem alio„rum *Oratio a deceptione cuſtodienda.*

„rum bonorum Deo auxiliante inducim
„etenim communicatio arcanæ efficaciæ,
„lætitiæ & conſolationis in oratione di
„obveniunt, *dediſti* enim ait, *lætitia*
„*corde meo. Pſ.* 4. *v.* 7. Ut autem præſ
„tius eſt cæteris opus orationis, ita ma
„opus habet ſollicitudine, qui in id inc
„bit, nequa illi ſubrepat a malitia de
„tio. Nam quo quis majoris adipiſc
„boni curam concipit, eo majori diab
„conatu ei obſtare contendit: quare m
„tam eum adhibere neceſſe erit vigi
„tiam, ut fructus charitatis, humilita
„& bonitatis e patienti orationis cultura
„uberes progerminent, ipſiusque in div
„profectum demonſtrent, & alios ad p
„æmulationem ſtudii provocent.

Sine intermiſſione orandum.

2. „Sine intermiſſione orandum, &
„ſeveranter orationi inſiſtendum eſſe, &
„vinus Apoſtolus. 1. *Theſſ.* 5. *v.* 17. E
„ſius Domini oraculum præcipit. *Matth.*
„*v.* 41. Oportet ergo ubique orare, &
„remittere. Quanto autem capitalius
„eſt perſeverans in oratione, tanto plus
„taminis ſuſcipere oportet; eoquod perſ
„rantiæ orationis multa objicit impedim
„ta pravitas, uti ſomnum, acediam,
„dus corporis, cogitationum averſion
„mentis inſtabilitatem, & reliqua mal
„ſtudia. Præterea afflictiones & malo
„dæmonum inſultus vehementer nos im
„nant, ne appropinquare Chriſto va
„Deum poſt veritatem inceſſanter quæ
„anima.

3. „P

3. „Præterea omni ſtudio oportet oran- *Attente*
„tem viriliter agere & vigilare, nihil remit- *& ferven-*
„tentem de ardore, nec cedentem diſtra- *ter oran-*
„ctionibus cogitationum, aut ſomno, aut *dum.*
„torpori, aut inordinatæ confuſioni actionum
„temere immixtarum; non utendum turbu-
„lentis aut indecentibus clamoribus, aut ef-
„fluere animum ſinendo in quidvis ejus-
„modi, ſed defigendo ſe ſoli patienti ſtatio-
„ni, & flexioni genuum, & cohibitis eva-
„gationibus, flagranti ſemper deſiderio ſe in-
„time ad Deum admovendi.

4. „Niſi humilitas, charitas, & bonitas *Fructus*
„arcte nobis conglutinent orationem, ipſa *Spiritus*
„oratio, ſeu potius inane ſimulacrum ora- *cum ora-*
„tionis minime juvare nos poterit; quod *tione jun-*
„etiam de omni genere arduorum operum *gendi.*
„dicimus, puta de virginitate, jejunio, vi-
„giliis, pſalmodia, ſimilibusque virtutum
„officiis, in quarum exercitio, niſi fructus
„charitatis, pacis, manſuetudinis, humili-
„tatis, fidei in nobis experiendo videamus,
„inutiliter laboraverimus. Labores ſiquidem
„iſtos ſpe aſſequendæ fructuum utilitatis ſu-
„ſcipimus: ſi ergo poſt eos in nobis non re-
„periantur fructus charitatis, ſupervacanea
„illa omnis opera fuerit. Seorſim itaque
„reputentur & labores & fructus, prout in
„ſe diviſi ſunt. Siquis vero propriam ope-
„rationem, & laborem fructus Spiritus eſſe
„crediderit, is per ignorantiam videtur ſe-
„ipſum decipere, & dum ita ſe adulatione
„noxia habet, vere magnis ſemetipſum Spi-
„ritus

„ritus fructibus privare. Aſt his inſtr
„omne genus virtutum jucunditate multa
„rituali de cœtera ſine labore exequi
„non jam contra paſſiones nequitiæ de
„nans; utpote qui perfecte a Domino l
„ratus, & a bono Spiritu plenam Chriſti
„cem, & exultationem in corde adeptus
„Talis eſt intime Domino adhærens, &
„unum cum eo coalitus Spiritum.

Oratio per miniſterium fratrum ſuppleri poteſt.

5. „Illis, qui nondum valent ob rudita
„ſe totos addicere amori, ſummo animæ
„exercendo convenit, ſeipſos impendere
„niſterio fratrum, illud cum fide & tin
„divino amplectendo, tamquam Dei man
„in negotio ſpirituali obſequentes, non
„tem ab hominibus mercedem honorem
„gratiarum actionem expectantes; nec
„tes locum murmurationi, negligentiæ
„ſuperbiæ, ne bonum illud opus maci
„contingat, cum alias porrectio etiam
„cis aquæ frigidæ mercede non ſit carit
„*Matth.* 10. *v.* 42. Ergo nec qui ſine
„termiſſione perdurat in orationibus, ide
„extollat ſuper eum, qui hoc facere non
„teſt, nec qui miniſterio ſe addixit de
„qui orationi vacat, murmuret. Ete
„ſi ejusmodi ſimplici ac bona diſpoſit
„animi erga ſe invicem affecti fuerint, q
„abundat in perſeveranter orantibus, re
„dabit in ſupplementum ejus, quod m
„ſtrantibus deeſt, & viciſſim ſiquid lu
„buntur miniſtrantes, explebit, in quo
„ficient attenti orationibus: tunc enin

ei voluntas ſicut in cœlo & in terra, ‑uando nos nobis invicem non prætulerimus, & cum mutua exhibitione charitas connexi invicem fuerimus, unoquoque i viciſſim proximi profectum velut proprium, & alterius defectum jacturam propriam reputantes. Cæterum in oratione pi‑r, & in miniſterio fratrum negligens, c ab Apoſtolo ipſo quoque pane indig‑is pronuntiatur.

6. „Dicentes fieri non poſſe, ut homo l perfectionem pertingat, & ad plenam ‑erationem ab affectibus, & participatio‑em boni Spiritus, tribus modis maximum nimæ damnum important; primum qui‑em, quod divinitus inſpiratis negare vi‑entur Scripturis fidem. *Matth.* 5. *Eſtote vos perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis rfectus eſt.* Deinde quod majorem & per‑ctum non præſtituunt Chriſtianiſmo ſco‑um, neque ad illum contendentes, famem ſitim juſtitiæ habere poſſunt, ſed exter‑s & ſuperficialibus moribus, & tralati‑e virtutis officiis contenti a ſpe perfectio‑s abſolutæque pravarum affectuum pur‑tionis excidunt. Poſtremo quod exhibi‑one paucarum vulgarium virtutum inflan‑r, quaſi jam apicem teneant, in quem mmum eniti vis humana queat; ideoque terius aſpirare deſinunt, & quaſi jam mprehenderint, creſcere quotidie, pro‑overique in melius ceſſant, & indigni dicantur introitus in terram promiſſionis. *Perfectio obtineri poteſt.*

7. „Ora‑

Oratio miniſterio jungenda.

7. „Orationis & verbi opus rite exe
„tum ſupra omnem virtutem & mandat
„excellit; cum enim Dominus in Mart
„& Mariæ divertiſſet domum, & Martha
„ca miniſterium occupata, interim dum M
„ria ad pedes Domini ſedens ambroſia d
„næ linguæ fruebatur, quereretur de ſor
„quod ipſam non adjuvaret, ille princip
„acceſſorio præferens, *Martha*, inquit,
„*licita es, & turbaris erga plurima, p*
„*unum eſt neceſſarium: Maria optimam*
„*tem elegit, quæ non auferetur ab ea. Luc.*
„Hoc autem dixit, non ut miniſterii o
„reprobaret, ſed ut majus minori præpo
„ret: qui enim videri poſſit, male eum
„ſiſſe de miniſterio, cujus auctorem &
„emplar ſeipſum exhibuit, pedes diſcipu
„rum lavans, & diſcipulis præcipiens, id
„erga ſeſe mutuo exercere? Quin & i
„invenies Apoſtolos prælato huic pot
„opere orationis ſcilicet & verbi dixi
„*Non eſt æquum, nos derelinquere Verl*
„*Dei, & miniſtrare menſis, ſed præmiſſa*
„*tione viros plenos Spiritu Sancto conſti*
„*mus ſuper hoc opus, nos vero orationi*
„*miniſterio verbi inſtantes erimus. Act.* 6.
„des, ut prima ſecundis prætulerint, ut
„que non ignorarent, unius utraque b
„radicis eſſe germina.

S. M

S. MACARII MAGNI
PATIENTIA ET DISCRETIONE
LIBER.

Eos, qui volunt obedire Dei Verbo, & „bonum fructum faciunt, hæc ſequuntur ſigna: ſuſpirium, planctus, quies, io, ſilentium, conſtantia in loco, labor ietate. Hæc vero opera: vigiliæ, jeum, continentia, manſuetudo, longaitas, oratio non intermiſſa, meditatio narum Scripturarum, fides, humilitas itas, bonitas, honeſtas, & omne lu, quod eſt Dominus. Eorum autem, non faciunt fructum vitæ, ſigna hæc, incuria, transgreſſo ultra terminos, ctus in omnes partes, murmuratio. ra vero voracitas, ira, obtrectatio, or, loquacitas, incredulitas, pecuniæ iditas, contentio, pertinacia, & omnes ebræ, quæ ſunt Satanas. *Signa & opera probi & improbi.*

„Per arcanum divinæ providentiæ conum non ſtatim in decretam ipſi gehen impius mittitur, ſed interim ſinitur vivere, ut vexet, & vexando homiprobet, & ita non volens efficiat, ut ti creſcant in juſtitia per patientiam, per hoc majoris ipſis gloriæ cauſa ſit, que viciſſim per ſuam voluntariam obationem in peccatis, & malitioſas maationes in ſanctos tanto juſtius poenam „ſibi *Cur impius non ſtatim puniatur.*

„ſibi infligendam probet. Cum ſit
„diabolus ſervus & Creatura Dei, non
„tum ipſi libet, tentat, nec, quam
„ac graves vult afflictiones, immitti
„quantum herilis nutus permittit perm
„limitata: ſane Deus exactiſſime ex
„tum habet, quantum cuique inf
„rium, & ad eum modum probation
„admoveri permittit, ſicuti ait Apo
„1. *Cor.* 10. *v.* 13.

Deus noſtras preces exaudit.

3. „Quærens & pulſans juxta D
„vocem, & usque ad finem petens
„quitur, quæ petit; tantum curet, ut
„te & lingua indeſinenter quærat, &
„poreo miniſterio enixim incumbat,
„ſæcularibus negotiis implicetur, nec
„vitatis delectetur affectibus; verax
„eſt, qui dixit: *Omne, quodcunque pe*
„*me in oratione, credentes accipietis. M*
„21. *v.* 22. Qui autem dicunt, quo
„ſervatis omnibus præſcriptis expect
„gratiam non conſequantur, male lo
„tur; non enim injuſtitia eſt apud D
„ut iis, quæ noſtri ſunt officii, perfectis,
„quæ ſuarum ſunt partium, negligat.
„tum curæ tibi ſit, ut reperiaris
„quando anima tua ex hoc ſolvitur cor
„fortiter decertans, expectans promiſſio
„perſeverans, credens, in diſcretione
„rens: & ego tibi dico, cum gaudio
„ducia abibis, & regno dignus videber

4. „

4. „Illis, qui anxio animo æſtuantes di- *Paſſiones cur nos infeſtent.*
„cunt, an erit umquam dies, qua non ſen-
„tiam averſionem a fratre, aut ſimiles pra-
„vas affectiones, quas invitus patior, hæc
„reponenda ſunt: homini certamen in hoc
„eſſe conſtitutum, ut diabolo & pravis co-
„gitationibus ſemper obluctetur, vitari au-
„tem non poſſe, quin caligo perturbatio-
„num & mors inſidens ſapientiæ carnis non
„producant fructum malitiæ, vel occulte,
„vel palam. Ut enim vulnus non plane ob-
„ductum quantalibet adhibita diligentia ſem-
„per tabis effluxu madens ſordeſcit, negle-
„ctum vero corruptionem corpori infert: ita
„affectiones animæ omni etiam cura tabo
„ſuo corrumpuntur, donec tandem per Chri-
„ſti gratiam perfecte ſanentur, & anima per
„immaculatas perpeſſiones Salvatoris Sancto
„Spiritu ignita, & percuſſa ab omni pravo
„affectu purgetur.

5. „Homini virtutis ſtudioſo multa cura *Diſcretio neceſſaria.*
„ſatagendum eſt, ut diſcretione polleat, ut
„differentiam boni & mali exploratam ha-
„beat, & varias diaboli verſutias ſoliti per
„ſpecioſas imaginationes plurimos pervertere
„diſcutiat & intelligat. Ne igitur levitate
„mentis cito teipſum præbe credulum ſpiri-
„tualium poteſtatum impulſibus ad te deci-
„piendum forte comparatis, etiamſi, qui lo-
„quuntur, cœleſtes ſint angeli: ſed ſta in gra-
„du tardus, examini exactiſſimo iſta ſubji-
„ciens, quod bonum eſt, amplectens, quod
„malum, rejiciens; non enim ſunt ignoti

„modo non incomparabiliter optanda magis „viſio fuerit imortalis regis, quorum cor di„vino amore Spiritus bonus vulneraverit; „quapropter hi omni mundi amicitia ſe ex„ſolvunt, ut amorem hunc ſemper in corde „habere poſſint, & pro illo nullum alium: „ſed hi valde pauci ſunt, qui usque ad ex„tremum perſeverent: multi compunguntur, „ſed ob propoſiti languorem & infirmitatem „in mundi voragine demerguntur. Sed us„que ad finem curſum inoffenſe perferentes, „hi ſunt, qui mundi cupiditates omnino odio „habent, quod eſt abnegare ſeipſum: quare „propria voluntate unusquisque regnò ejici„tur, quia Dei amori ita ſervire cupit, ut „ſimul delectari rebus mundi poſſit.

Res terrena amata deorſum trahit & gravat.

10. „Quam quivis ex mundi rebus amat, „ea gravat illius mentem, & vertere ſurſum „oculos non ſinit, utpote apud quem ju„gum arbitrii cordis ſublatum eſt, & om„nem ſuum amorem Deo non addixit, „quam enim aliquis animi ſui pravam affe„ctionem non generoſe oppugnat, ea tan„dem delectatur, & trahit eum deorſum „negato illi libero ſuſpectu ad Deum, & „propter hunc affectum ad aliquid ex mun„danis contingit illum perire: ſicuti aliquis „qui domo incendio conflagrante amore cu„jusdam vaſis, ut id flammæ ſubtractum ſe„cum efferat, moratur, inque illa mora „circumventus a prævalente undique igne „corripitur, & comburitur.

11. „Pauci ſunt, qui perfectam ad Deum „charitatem habeant, & omnes voluptates „mundi nihili ducant, ac omnes maligni „tentationes patienti longanimitate perfe„rant, ſed non ob hoc deſperandum eſt; „etſi enim multæ naves naufragium patian„tur, non paucæ tamen portum tenent. Ideo „fide nobis, patientia, attentione, generoſo „in certamine animo, fame & ſiti bonita„tis, prudentia & diſcretione, quin & im„pudentia in petendo opus eſt: nam pleri„que ſine labore conſequi regnum cœlorum „volunt, & honorem Sanctorum concupi„ſcunt, parium vero laborum conſortes fieri renuunt; ſed hoc omnes & meretrices cupiunt. Tu vero afflictionibus patientia & fide abſconditas eſſe Dei promiſſiones puta, ipſamque gloriam ac bonorum cœleſtium fruitionem: quanta enim unusquisque veſtrum fide & diligentia dignus fuerit habitus Sancti Spiritus fieri particeps, tanta ipſi menſura gloriæ continget in illa reſurrectionis die corpus ejus coronari. *Non deſperanda ſalus.*

S. MACARII MAGNI
DE ELEVATIONE MENTIS
LIBER.

„Quibus curæ eſt Chriſtianæ vitæ offi„cia omnia optime exequi, eos „ante quidvis aliud oportet partis animæ ſu„perioris intellectualis & diſcretivæ diligen„tem habere rationem, ut accurate boni ma- *Partis ſuperioris animæ cura habenda.*

 „lique

„lique diſcrimen facientes inoffenſum vitæ „curſum habeant: eſt enim voluntas ani„mæ, membra corporis a noxa errantium „ſenſuum incorrupta ſervari, & cuſtodire „cor, ne in mundum extendat membra ſua„rum cogitationum, ſed ea reſtricta conti„neat a voluptate coercens: enimvero ubi „Dominus aliquem id ſedulo agentem vide„rit, cum metu & tremore ipſi ſervire pa„ratum, ſuggeret ipſi ad ulteriora gratiæ „auxilium. Unde quinque animæ ſenſus, „qui ſunt, prudentia, intelligentia, diſcre„tio, patientia & miſericordia, ſi ſupernæ „gratiam & ſanctificationem Spiritus acce„perint, fient virgines vere prudentes: ſi „autem in natura ipſarum relinquantur, fa„tuæ reperiuntur, & filiis hujus ſæculi ac„cenſentur.

In primam innocentiam redeundum.

2. „Sicuti hoſpitem naturæ noſtræ ma„litiam per primi transgreſſionem hominis „in nos peregre intruſam admiſimus, novam „quaſi naturam operatam, ita per naturæ „noſtræ bonum, donum ſcilicet Spiritus cœ„leſtis ejicere convenit peſtem illam, & in „primævam nos reſtituere puritatem; ſine „multa vero oratione, & a rebus mundi „averſione non conſequemur, ut polluta im„mixtione malitiæ natura noſtra, ab illa „charitate, quæ Deus eſt, ſanctificetur, & „niſi ad finem usque ſine offenſa perman„ſerimus in exacta divinorum obſervatione „mandatorum, cœleſtis regni compotes eſſe „non poterimus. (Quæ autem hic addit S. Maca-

arius de ſubtili corpore, quo animam
s & dæmones præditos putat in Inſtit.
jam refutavimus).

„Porro anima Dei dignatione id con-
a, ut divinum ignem intra ſe dome-
n habeat, perfectum amorem obtinens,
mundani amoris expeditur nexu, &
lo malitiæ ſolvitur, prava omnia mun-
reputans, & ut vilia contemnens;
anc aio vel ſi quosdam fratres cha-
ıos habeat, ſenſeritque aliquid impe-
nti objicere exercitio ſuæ in Deum
tatis, amori ipſorum nuntium extem-
emiſſuram.

Amor conſanguineorum corrigendus.

„Benignus Deus multa patientia ex-
t cujusque peccantis pœnitentiam in
m cœleſte inſtituens reſipiſcentis con-
onem. *Luc.* 15. *v.* 10. Siquis vero
Dei bonitatem negligat peccata pec-
accumulans, is ſane peccatorum im-
terminos; & de cætero in tali depre-
itur lapſu, ex quo non amplius illi
ngit in integrum reſtitui. Sic Sodo-
accidit igne Divinæ ultionis abſump-
ſic & in diebus Noe tam gravem ſu-
ſe molem peccatores exaggerarunt de-
rum, ut ſecum terram univerſam in
um pertraherent: haud diſſimilia Ægyp-
evenerunt, quos impœnitentes Deus
emo exitio mactavit. Iſraelitas pariter
divinam in miſſo ad eos Dei Filio re-
os majeſtatem damnatos abjecit in om-

Dei patientia non abutendum.

Perfectio a ſolis expertis doceri poteſt.

8. „Cuilibet quidem in promptu eſt, de
„affectuum vacuitate & perfectione diſſerere,
„experientia vero capeſſere negotium, hoc
„eſt reipſa, & in veritate methodum per-
„fectionis percipere. Unde quicunque de
„ſpirituali doctrina ſine guſtu & experientia
„diſputant, eos aio eſſe ſimiles homini, qui
„cum mel numquam guſtarit, tamen aliis
„declarare conatur, quanta ſit ejus ſuavi-
„tas. Tales profecto ſunt, qui reipſa & in-
„timo in ſe ipſis experimento eorum, quæ ad
„perfectionem, & perturbationum abolitio-
„nem pertinent, non ante præparati, aliis
„de his docere volunt: etenim ſi dederit
„his Deus, ut vel exiguum aliquem ho-
„rum, quæ inexperti prædicant, ſenſum
„percipiant, tunc demum clare intelligent
„veritatem & ipſas res non ſecundum eo-
„rum expoſitionem, ſed multo aliter ſeſe
„habere. Evangelium quidem diſerte præci-
„pit omni homini, hoc non agere, hoc
„agere: at Apoſtolus diſtincte & minutatim
„exequens partes ſingulas rerum præcepta-
„rum, qua ſenſim ratione adminiſtrari opor-
„teat purgationis opus, cum patientia nimi-
„rum edocet: primum quidem lacte paſcens,
„ut infantes, deinde promovens in augmen-
„tum, poſtremo ad perfectionem perducens.

Sanctitas in puritate interna conſiſtit.

9. „Sunt quidam a fornicatione apparen-
„te, & aliis ſimilibus delictis abſtinentes,
„ac propterea ſe ſanctis accenſentes, a cu-
„jus tamen veritate appellationis longe ab-
„ſunt; habitat enim in mente & ſenſibus
„eo-

nam ſecuritatem, vivis abhinc vita æterna in præſenti Chriſto conquieſcens: ſi nondum hæc percepiſti, neque profeciſti, ut poſſideas, plora vehementer, & ſit oratio pro tua mendicitate.

7. „Novimus quosdam ex fratribus ſæpe tam uberi ſuperfuſione gratiæ ditatos, ut quinque ac ſex totis annis in ipſis penitus veluti extinctæ fuerint cupiditates, deinde tamen veluti ex inſidiis tam vehementibus ipſos inſultibus malitiam pulſaſſe, ut pavorem ipſis incuteret. Nemo igitur eorum, quibus acutius cernere lumen ſacræ prudentiæ dedit, auſit dicere: ex quo præſentem in me ſentio gratiam, liberatus ſum in omne tempus ab omni malitia; duo enim inter ſe adverſa in mente agunt gratia & concupiſcentia. Quare multa diſcretione opus eſt ad experientiam rerum talium perfectiſſimam parandam cum efficaci Dei auxilio; audeo enim dicere, ne ipſis quidem ſancto paracleto repletis Apoſtolis contigiſſe, ut liberi prorſus a curis eſſent, ſed ineffabile eorum gaudium & timor aliquis conſequebatur ex ipſa gratia, ne forte pejoris partis tentarentur occaſionibus. Nam quantumlibet perfectis libertas arbitrii inerat; non enim verum eſt, quod quidam inſcite garriunt, poſt acceptam gratiam nil niſi quietem reſtare. Requirit enim Dominus in perfectis quoque voluntatem, animæ in obſequium Spiritus, ut hæc invicem conſentiant; dicit enim Apoſtolus, „*Spiritum nolite extinguere.* 1. *Theſſ.* 5. *v.* 19.

Nemo in omni tempore a malitia ſecurus.

8. „Cui-

„natio eſt Domino, quæ a principio eje
„e paradiſo hominem. Quare conſidera, q
„modo Chriſtus Dei Filius humiliavit ſe ſ
„mam ſervi accipiens, & ſiquidem tu ſa
„propter hoc, quod accepiſti a Deo, d
„meum hoc non eſt, ab alio accepi,
„cum ipſi videbitur, auferet a me, qu
„dedit.

Quomodo alii docendi. 2. „Qui invenit & apud ſe habet cœ
„ſtem Spiritus theſaurum omnem juſtiti
„mandatorum, & omnem præſcriptam o
„rationem non pure ſolum & irreprehe
„biliter, ſed ſine labore & ærumna po
„exequi, quod antea citra multum labor
„facere non poterat. Præterea divinas S
„ritus divitias habentes, quando cum
„quibus miſcent ſpirituales ſermones,
„aliis communicant; qui vero has opes n
„recondiderunt in penetralibus cordis,
„deflorata quædam e libris utriusque te
„menti ſumma in lingua ferunt, aut au
„tores facti ſpiritualium virorum eorum
„ctrina ſe oſtentant, eam tamquam ſu
„proferentes, & partus alienos ſibi ſu
„cientes, hi aliis quidem dictorum ſuor
„facilem præbent fruitionem, ipſi vero p
„dictionem reperiuntur mendicis ſimiles, c
„ad ſuum quæque authorem redeant: u
„debemus primum a Deo nobis veras i
„divitias comparare, & tunc facile pote
„mus aliis prodeſſe, communicantes i
„doctrinas ſpirituales, & myſteria.

3. „C

3. „Qui eo digni habiti ſunt honore, ut „filii Dei fierent, variis modis a Sancto re„guntur Spiritu, & a gratia demulcentur. „Eſt videlicet, quando ſancti videntur qui„busdam veluti excipi epulis opiparis, iis„que jucundiſſime ſaginari; & nunc quidem „ut ſponſa cum ſponſo ſpiritualiter congau„dentes; nunc ut incorporei angeli in tanta „agilitate ſunt, ut putent nullo ſe corpore „veſtiri: aliquando veluti inebriati ebrieta„te ineffabili myſteriorum Spiritus exultant; „aliquando fletu ſquallent, ob hominum ſa„lutem ingemiſcentes. Interdum tanto amo„re inflammati ſunt, ut omnem hominem „intra viſcera ſuæ charitatis colligere & fo„vere cupiant; non numquam adeo, ſe vi„lipendunt, ut poſtremos omnium ſe eſſe „exiſtiment: nunc gaudio Spiritus abſorpti „ſunt, nunc contra hoſtes in bellum deſcen„dunt. Eſt, cum multa eos tranquillitas „& pax beata fovet, rurſus prudentia, di„vina ſapientia & cognitione Spiritus ineffa„bili beantur; eſt, quando non alii, ac unus „e vulgo appareant. Hi autem Spiritus ef„fectus magnorum graduum ſunt, & perfe„ctioni proximorum; quando enim aliquis „ad perfectionem Spiritus pervenerit, totus „gaudium, requies, charitas, compaſſio, „bonitas fit & benignitas, & quaſi abſorp„tus immergitur in virtutes potentiæ boni „Spiritus, cujus fructus omni ex parte in „illis elucent. Eſt etiam, quando ſimul ac „incipit aliquis genu flectere, plenum huic „repente divina operatione fit cor, & homo „in-

Varii effectus gratiæ.

„interior ab oratione rapitur, & immenſo „profundo futuri ſæculi tenetur comprehen„ſus; obleſtat autem illum ineffabilis vo„luptas, ita ut obſtupeſcat mens tota ſu„ſpenſa, & in ſublime rapta, oblivioque in„ternis ſenſibus ſubrepat terrenæ ſapientiæ, „utpote digniori objecto repletis.

An homo ſemper in extaſi durare queat.

4. „Ad interrogationem autem, an poſ„ſibile homini ſit, in eo ſemper ſtatu du„rare? Sic reſpondendum eſt. Numquam „quidem gratiam non ineſſe homini, in quo „eſt, non uno tamen modo, ſed prout vult „& convenire videt ad hominis utilitatem, „varias viciſſitudines diſpenſat, nam ali„quando languidiorem flammam ſubjicit. „Quando igitur fulgentiori radiat lumine, „homo totus dulcedine divina abſorptus non „amplius in ſeipſo eſt: ſed ſi hæc eodem „modo ſe ſemper haberent, non eſſet ipſi „poſſibile, ut diſpenſationem hanc gratio„ſam ſuſtineret, neque enim audire, nec „curare quidlibet rerum humanarum poteſt; „unde perfecti ipſi gradus menſura non in„dulgetur, ut & fratrum curam habere, „& miniſterio verbi vacare poſſit.

Piæ lacrimæ donum Dei.

5. „Cum audiendo ſermones de regno „Dei ad pias lachrymas movemur, non ac„quieſcamus illis tamquam noſtris; divinus „enim Spiritus eſt audiens, flens, orans, „& cognoſcens, voluntatemque in veritate „divinam faciens, *deducens nos in omnem ve„ritatem. Joan.* 16. *v.* 22. Quando ergo „nobis

nobis audientibus Verbum Dei in lachrymas reſolvi contigerit, oremus Chriſtum, ut veniat ad nos, certo ſperantes, ſuum Spiritum auditurum, & oraturum in nobis ad ipſius voluntatem.

6. „Cum audire tibi contigerit de communicatione ſponſi cum ſponſa, de choris cantu & feſtis, nil terrenum cogitaveris; etenim in exemplum duntaxat per condeſcentionem hæc aſſumuntur: quoniam illa quæ his deſignantur ſpiritualia ſunt. Reverenter igitur de hujusmodi rebus audi, quoad tibi contingat credenti, ut fruitione harum rerum dignus habearis. *Parabolæ ſponſæ ſpiritualiter ſumendæ.*

7. „Ipſa eſt illa pauper Spiritu anima, quæ cognoſcit quidem ſua vulnera, cognoſcit vero etiam eas, quibus circumambitur, perturbationum tenebras, & a Domino continuo liberationem petit; quæ tolerat quidem labores, de nullo autem terreno bono gaudet, ſed in bono tantum Medico, & ejus curatione confidit. Nam ſi iis, quæ habet, vulneribus paſſionum non delectatur, venit Dominus, & curat eam: beata talis anima. Væ autem illi, quæ ſenſum non capit vulnerum ſuorum; talem enim non ſanat bonus Medicus, utpote quæ ſe vigere ſanitate exiſtimat. *Anima pauper Spiritu.*

8. „Beati, qui per ferventem fidem & vivendi uſum ad virtutum normam exactum ſupercœleſtium myſteriorum ſenſu & expe- *Beatorum excellentia.*

„rien-

„[illegible] & [illegible]
„[illegible]. [illegible]
„[illegible]. [illegible]
„[illegible] & [illegible]
„[illegible]. & [illegible] Spiri[illegible]
„[illegible]
„[illegible]
„[illegible]
„[illegible]. [illegible]
„*Verbo*. & [illegible],
„[illegible]. [illegible]
„ſatibus & [illegible]

Neceſſitas gratiæ ad perfectionem. 9. „H[illegible] per ſe ipſam i
„[illegible] eſt, [illegible] perfectos
„[illegible], [illegible] ad id opera ſpir
„[illegible] agricolæ [illegible] noſtrarum. q
„Spiritus Chriſti, ut excolendis arte ſibi
„pria fidelium cordibus, iis. quæ ſe
„voluntate ſpirituali colono præbent,
„ciat ea feracia perfectorum Spiritus
„ctuum, & lumen eis ſplendeat in obu
„brata perturbationibus affectuum animæ
„ſtræ domo, quæ duplex bellum hab
„contra voluptates corporis, & mundi
„teſtates, quæ abactis affectuum tene
„diffugiunt.

Deum amanti terrena deſpiciunt. 10. „Ei, qui veritatem & Deum am
„& cœleſtem dulcedinem guſtavit, & g
„tiam poſſidet, totumque ſe arbitriis gra
„permiſit, omnia ſæculi exoſa ſunt; ſu
„r[illegible]or quippe hic eſt omnibus rebus mun
„auro, dignitatibus, & nullo horum ca

„p

„poteſt: quia aliarum longe divitiarum & „alterius excellentioris dignitatis guſtum ex„periendo percepit, ejusque voluptate frui„tur. Hujus tanta eſt ſuper vulgares homi„nes excellentia, quantum ratione præditus „paſtor enimet ſupra brutas pecudes; tan„tum nimirum antiſtat ſapientia, ſcientia, „diſcertione; quippe qui alium Spiritum, „aliam ſapientiam, quam mundi eſt, poſſi„det. Sed non aliter cuiquam contingere „ſanctiſſimi hujus Spiritus participatio po„teſt, quam ſi plane peregrinus factus huic „ſeculo totum ſe addicat inquiſitioni cha„ritatis Chriſti, ita ut omnibus materiali„bus curis ſolutus animus uni huic ſcopo „vacet, quo dignus fiat in unum cum Chri„ſto coaleſcere Spiritum.

11. „Veritatis & Dei amantes animæ ne „brevem quidem intermiſſionem admittere „ſuſtinent amoris, quo erga Deum flagrant, „ſed totæ ex toto cruci huic affixæ ſpiritua„lem profectum ſenſu intimo, & arcana in„telligunt experientia: vulneratæ igitur hoc „deſiderio, & famelicæ juſtitiæ omniumque „virtutum, etſi myſteriis divinis dignæ, non „tamen in ſe confidunt, neque eſſe ſe ali„quid putant, ſed quando abundantius ſpi„ritualia dona conſequuntur, tanto avidius „illis inhiant, & ad ea laborioſius ſe diſpo„nunt. Ad hunc autem gradum pertinge„re nec cito nec facile contingit ulli, ſed ne„ceſſe eſt, multa certamina habere cum va„riis tentationibus, usque dum ad perfe *Deus ſine intermiſſione amandus.*

„ctam menſuram quietis perturbationu
„veniatur.

Sacrificium Miſſa. 12. „Porro ſicut in Eccleſia viſibi
„prius fiant ſacræ lectiones, & quæ c
„eccleſiaſtico conſequi debent, proce
„pſalmodiæ & ſacrum ipſum myſterium
„poris & ſanguinis Chriſti peragi a
„dote inconſequens eſt, vel ſi canon
„cleſiaſtico expleto, oblatio myſtica no
„lebretur a ſacerdote, nec Euchariſt
„communio corporis Chriſti adminiſtr
„haud perfecte abſolvitur eccleſiaſticaru
„remoniarum ordo, ac mancus Dei c
„& religio eſt: ſic licet Chriſtianus in je
„quidem & vigilia, & cunctis virtutum
„ciis ſe diligenter exercuerit, nec t
„eo pertingat, ut myſtica Spiritus ope
„in altari cordis ejus a gratia cum ſenſ
„timo, & ſpiritualis quietis experientia
„agatur, imperfecta erit tota præceden
„ries religioſarum obſervationum ſine
„na ſpirituali exultatione. Bonum e
„junium, bona vigilia, verum hæc pro
„ſunt converſationis & ſtatus Deum
„amantium; unde inconſultum eſt,
„magnopere confidere, cum malitia i
„in nobis ſubſidens mentem facile pertr
„in falſam perfectionis adeptæ perſuaſio

S. M

S. MACARII MAGNI DE LIBERTATE MENTIS LIBER.

„Cum audieris, Chriſtum deſcendiſſe „ad inferos, & detentas ibi animas liberaſſe, cogita, ſepulchrum eſſe cor, & ibi defoſſas cogitationes teneri in caligine. Venit igitur Dominus ad animas in inferis eum invocantes, ſcilicet in profundum cordis, & morti imperans eas liberat. Cum ergo tibi Satanas inſuſurrat: ſcis, quot & quanta perpetraſti mala; gravaris fœdiſſimis peccatis: non te lateat, ſuggerentem talia malum dæmonem id agere, ut te in deſperationem humilitatis prætextu detrudat: ſed tu reſponde illi: Ego habeo ſcriptas aſſeverationes Dei dicentis: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur per pœnitentiam, & vivat. Ezech.* 33. *v.* 11. Quam enim aliam potuit habere cauſam deſcendendi, niſi ut peccatores ſalvos faceret. *Non deſperandum.*

2. „Uti adverſaria poteſtas, ita & divina gratia hortatoria non neceſſitatem inducens eſſe oſtenditur, ut vere nobis libertas ſervetur; inde eſt, ut homo eorum, quæ inductus a Satana patravit, malorum pœnas potius luat, quam Satanas, quia non vi adactus, ſed propria voluntate malitiæ aſſenſit. Similiter & in bono propter hoc gloriam aſſequitur, quia ipſe ſibi boni, *Homo libero arbitrio gaudet.*

„*cum gratia*, cauſa fuit: neque enim ejus „voluntatem facit immobilem gratia, ſed „etiam cum præſens adeſt, libero cedit „arbitrio; poſita quippe lex eſt non naturæ, „ſed ſui compoti arbitrio electionis Domino „ad bonum & malum. Unde cuſtodire opor„tet animam, & ab ea unusquisque ratio„nem exigat explorans, ad quænam afficia„tur; & ſi haud conſonans Dei legibus cor „ſuum viderit, omni conatu ſicuti corpus „ita & mentem conſervare incorruptam ſtu„deat, ut ſemen Spiritus in illam incidens „perfectos & multiplices fructus reddat.

Subdolæ fraudes dæmonis. 3. „Undecunque hoſtis machinationes „circumſpicere oportet, qui omnia fit, ut „omnes in interitum propellat; ſic cum „orantibus ſimul orare ſimulat, id ſpectans, „ut oranti arrogantem confidentiam ſubji„ciat: cum jejunantibus jejunat, ut ipſos „inanibus dementet. Scripturarum habenti„bus notitiam ſimilibus dat operam ſub ſpe„cie ſcientiæ cupiens eos ſubvertere: cum „aliqui revelationis lumine beantur, transfi„gurat ſe in angelum lucis, ut opinione fictæ „lucis deceptos ad ſe adducat, ut adeo opor„teat cor ſuum omni cuſtodia ſervare, mul„tamque a Deo prudentiam poſcere, ut det „nobis deprehendere diabolicæ malignitatis „artes, & cogitationes noſtras ad Dei vo„luntatem adaptare, qua nec majus, nec pre„tioſius opus eſt.

4. „Dei

4. „Dei amanti animæ, utcunque omnia „bona faciat, nil ſibi, ſed Deo cuncta ad„ſcribere mos eſt. At Deus viciſſim in con„trarium omnia ipſi imputat, ac velut illa ſola laboraſſet, ſic ei remunerationes admetitur; ſi enim Deus rigido nobiscum judicio vellet agere, nil prorſus homini ab eo debitum reperiretur, cum cuncta bona in ſolidum ejus dominio ſubjaceant. Nam univerſa, ipſam animam, ipſum eſſe homo habet per gratiam; unde juſtum eſt, ut quæcunque facit bona, & propter Deum mala tolerat, quæcunque ſentit & intelligit, uni Deo largitori accepta referat, & nihil ſive parvum ſive magnum oſcitanter faciat, ne Spiritum Sanctum contriſtetur. *Deus bona noſtra remuneratur.*

5. „Quando gratiæ dignationem acceperit anima, tunc ei maxime utiles ſunt ſcientia, prudentia, & diſcretio, quas propterea res Deus illi, dummodo poſtulet, largitur, ut ad beneplacitum Dei poſſit ſervire Spiritui, in quo cavere debet, ne illi ſubrepat inſidians innata malitia, ne labatur per ignorantiam, ne idcirco, quod ſine timore & negligenter vivat, pervertatur ad aliquid. Sicut enim operatio affectuum, quæ eſt Spiritus erroris, tenebrarum & peccati mundum animans in eo domicilium obtinet homine, qui plenus turget dictatis ſapientiæ carnalis; ita econtrario vis & operatio lucidi Spiritus in homine ſanctificato habitat juxta dicentem: *Vivit in me Chriſtus.* *Diſcretionis utilitas.*

Patientia in afflictionibus.

6. „Qui vult imitator eſſe Chriſti & ap-
„pellari filius Dei, eum ante omnia conve-
„nit occurrentes afflictiones, ſive corporei
„morbi ſint, ſive injuriæ ab hominibus, ſeu
„ex inſidiis inviſibilium hoſtium fortiter to-
„lerare. Per divinam Providentiam ſapienter
„& benevole cuncta diſponentem permittun-
„tur advenire animabus ejusmodi probatio-
„nes adverſitatum, ut manifeſtentur, quæ in-
„ter eas ſincere Dominum diligunt. Signum
„id fuit ab omni ævo ſanctis patriarchis,
„prophetis, Apoſtolis, & martyribus, ut per
„anguſtam hanc viam tentationum & affli-
„ctionum tranſirent, & ſic Deo placerent.
„Patientiæ igitur & ſpei opera danda eſt
„animæ Deo placere volenti, & una eſt ex
„artibus diaboli torporem nobis injicere in
„tempore afflictionis, ut avertat nos a ſpe
„in Domino ponenda, qui numquam tan-
„tum fatigari tentationibus permittit animam,
„ut ad incitas redacta omnis inops conſilii
„æſtuet. 1. *Cor.* 10. *v.* 13. Itaque & tenta-
„tiones & afflictiones utiliter immittuntur
„homini, probatiorem & robuſtiorem ejus
„animam reddentes, quas ſi ad finem us-
„que pertulerit cum ſpe ad Dominum, fieri
„non poterit, quin conſequatur promiſſiones
„Spiritus & liberationem a perturbationibus
„pravorum affectuum: & ſanctis Martyribus
„abundatiorem gloriam non in futurum ſo-
„lum recipiet, ſed & hic quoque uberiori
„beabitur Spiritus conſolatione. Et quia in
„confeſſo eſt, anguſtam eſſe viam, quæ du-
„cit ad vitam, omnis diaboli tentatio prop-

„ter

er repoſitam nobis in cœlis ſpem conſtanter ſuſtinenda eſt, ne mori quidem pro noſtro Imperatore dubitantes; cum omnes adverſarii contra nos irritæ fiant machinæ nobiscum Chriſto pugnantibus; hic enim invictus nobis propugnator præſto eſt. Reputemus animo ipſum quoque opprobriis in mundo oneratum, impugnatum, irriſum, denique ignominioſa morte per crucem conſummatum eſſe.

7. „Si autem voluerimus omnem afflictionem, & tentationes facile ſuſtinere, mors propter Chriſtum optetur a nobis; id quippe nobis præceptum eſt, ut tollamus crucem noſtram, & ſequamur ipſum, quod ſignificat paratos nos eſſe debere ad moriendum: ſi ſic affecti fuerimus, omnem afflictionem magna facilitate perferemus; qui enim Chriſtum poſſidere, & tam opimam hæreditatem cernere deſiderat, ejus quoque imitari paſſiones concupiſcat. Quare qui ſe dicunt amare Dominum, in eo demonſtrabunt, ſi omnem afflictionem libenter ob ſpem in eo poſitam perferant. *Modus ſuſtinendi facile afflictiones.*

8. „Eum, qui ad Chriſtum acceſſit, oportet, etiam per vim ad bonum trahere ſeipſum, quamvis reluctante corde. *Matth.* 11. *v.* 13. Opus etiam eſt, ut contendat intrare per anguſtam portam, & vel invitum adigere ſe ad virtutes, quin etiam ad ſuſtinendas æquo animo injurias & deſpectus; quos enim ſic laborioſe certantes Deus *Via anguſta ingrediendum.*

 „vide-

„viderit, illis dat orationem veram, patien-„tiam, & replet eos omnibus fructibus Spi-„ritus. Oportet autem non ſolum ad dicta „ſe urgere, ſed & dijudicare non utilia & „otioſa verba, meditari vero ſemper ore & „corde divina oracula, porro non iraſci, „clamore uti: ſimiliter vitet murmurare de „quopiam, judicare temere, inflari deſpi-„ciendo ſuperbe alios; ſic enim tribuet illi „Dominus, facile ac ſine labore agendi, „quæ prius vix ſumma contentione propter „reluctantem innatam corruptionem poterat „exequi.

Purus amor Dei quis. 8. „Qui Deum vere amaverunt, nec ob „ſpem regni elegerunt ei ſervire, quaſi lu-„crum captantes, ſed neque ob metum præ-„paratæ peccatoribus pœnæ; verum in il-„lum uti Deum ſolum & Creatorem pro-„prium affectu inclinati, ex recta ratione „hoc agunt, cui & parem mentis attentio-„nem merito adjungunt. Etenim illis mul-„ta neceſſaria eſt prudentia, ſi præcavere „velint, ne quotidiana impedimenta ipſis „ſint, placendi Deo hac intentionis puritate; „ſiquidem non egeſtas ſolum, ſed & opes, „honor, & ipſa divina conſolatio tentatio-„nes animæ fiunt, niſi multam adhibeat „cum modica ſui æſtimatione circumſpectio-„nem; quia inſidiator dæmon ſub prætextu „hujus excellentis gratiæ ſolet ſenſim rela-„xare contentionem in ulteriora nitendi, lan-„guoremque & neglectum injicere. Ut ergo „ipſa gratia ſecure poſſideatur, exigit in per-

„cipien-

ꝛiente illam reverentem trepidationem, ia in vigiliam acuatur, circumſpectandi, ; cuncta providenter diſponendi, ut & itum donum, quanti valet, æſtimet, & gnos ejus fructus repræſentare ſtudeat, ios in rebus tam proſperis quam adverſ colligit.

9. „Divinus Apoſtolus Paulus clarius deonſtare volens, quid vere ſit perfectum hriſtianiſmi myſterium in anima creden-, venire eam in hujus experimentum ꝛcet per divinam operationem, quæ eſt percœleſtis luminis in revelatione & virte Spiritus irradiatio, ad quod exemum circumambientis faciem Moyſis Spitus gloriæ ad cognitionis repræſentatioꝛm haud dubie conformem refert. 2. *Cor.* 3. 7. *&* 2. *Cor.* 5. *v.* 12. Spiritus autem radiatio non ſolum intellectualium ſenum revelatio eſt, & illuminatio gratiæ, d ſubſtantialis & ſubſiſtentis lucis in aniabus emiſſio. 2. *Cor.* 4. *v.* 6. Quæ etiam aulum circumfulſit in via. *Act.* 9. *v.* 3. Et ꝛr quam in tertium cœlum elevatus eſt. *Cor.* 11. *v.* 1. Et in magna reſurrectiois die eadem ſupercœleſtis claritatis imaine corpus quoque glorificatum & a Spitu in cœlos raptum, 1. *Theſſ.* 6. *v.* 16. t configuratum corpori claritatis Chriſti ꝛgnum æternum Chriſto ipſi conſors habebit; & quantum quis de cœleſti claritate piritus Sancti participaverit, animamque onis operibus ornaverit, tanto dignis *Perfectus Chriſtianiſmus.*

„cor-

„corpus ſuum glorificatione efficiet, quæ illi „in reſurrectionis diem reſervatur.

Varii modi divitias ſpirituales colligendi.

10. „Qui ſe ab hoc mundo procul tenent, „ex virtutum præſcriptis viventes, adhuc ta„men velamento perturbationum inumbrati, „cui miſeriæ propter inobedientiam proto„plaſti omnes obnoxii ſumus carnali objecti „ſenſui, quem Apoſtolus mortem appellat. „*Rom.* 7. *v.* 27. Hi necdum plene liberati „a tenebris, clare omnia perſpicere non poſ„ſunt, quibus proinde convenit labore ac „fide virtuti attendendo orare Chriſtum ſo„lem juſtitiæ, ut illuminet corda ipſorum, „quo poſſint exacte pervidere cuncta & ſpi„ritualium beſtiarum incurſum, & differen„tes modos, quibus ſpirituales divitiæ col„ligi queant. Alii quippe multiplici exerci„tatione religioſorum varii generis operum, „praxique virtutum & officiorum Dei unius „cauſa obitorum cœleſtes ingenti copia con„gerunt opes: alii locupletantur uſu & ex„ercitio variorum charismatum.

Duæ catenæ, quibus homo lapſus ligatur.

11. „Transgreſſo Dei mandatum homini „& ex paradiſi dejecto ſtatione duabus ex „hoc contigit quaſi catenis ligari. Prior eſt, „qua devincitur cum negotiis ſæcularibus, „carnalibus voluptatibus, divitiis, exiſtima„tione, amicitia, uxore, liberis, & omni„bus viſibilibus, a quibus nos ſermo Dei „abjungi præcipit. Altera eſt catena, qua „anima ligatur a ſpiritibus nequitiæ, ut non „poſſit, neque amare Deum, nec credere,

„nec

nec oratione uti, quomodo vellet, unde lucta interna carnis contra Spiritum oritur, quod bellum per gratiam Chriſti poſſumus vincendo finire, ſine Deo vero adjuvante per ſeipſum ſe liberare impoſſibile eſt.

12. „Innumerabiles hoſti noſtro inſunt nocendi artes, avellere nos a charitate Chriſti conanti; aut enim intus afflictiones immittit in animam, aut cogitationes obſcænas producit, patratorum olim flagitiorum memoriam refricans; interdum ſatagens injicere tædium & ſuggeſtiones deſperationis, ſalute eam potiri non poſſe: aut labores corporeos immittit, aut variis modis procurat contumeliis bonos affici ab hominibus. At quanto acerbius malignus hoſtis hæc in nos jaculatur tela, tanto nos inſtantius in Deo ſperare decet certo perſuaſos, divina nobis talia permitti voluntate, quæ unum id ſpectat, ut amantes Deum animæ ita probatæ monſtrent, ſe eum in veritate diligere. *Diaboli artes nocendi.*

13. „Anni mille hujus ævi æternitati comparati ea illi proportione reſpondent, uti ſiquis ex univerſa arena majus unum granum accipiat. Conſiderationem & hanc inſtitue, conceſſum tibi eſſe totius mundi cum omnibus ejus theſauris Imperium a primo rerum ortu usque ad conſummationem ſæculi: num ergo optione tibi data præoptares terrenum regnum deſiturum, præferens illud cœleſti in æternum permanſu- *Temporalia cum æternis non commutanda.*

„ro?

Ariditas quomodo tollendo. 10. „Vim ſibi facere in orando & aridi-„tatem diu ferre patienter, gignit orare cum „gaudio & quiete, quod eſt munus gratiæ.

ALIA

S. MACARII APOPHTHEGMATA EX COTELERIO MONUM. ECCL. GR. TOM. I.

S. Macarius falſo ſtupri accuſatur. 1. „Sanctus Macarius narrat, quomodo fuerit „in Ægypto falſo ſtupri accuſatus & „ludibrio ac verberibus affectus, & ad alen-„dum ſcortum condemnatus; & quod, cum il-„lud cum maximis cruciatibus parere non poſ-„ſet, Sancti viri innocentiam confeſſa fuerit.

Quomodo quis, monachus fiat. 2. „S. Macarius duos monachos jam qua-„draginta annis in vaſtiſſima eremo ſolos de-„gentes quæſivit, qua ratione fieri poterit „monachus, audivit ab eis: niſi quis renun-„tiaverit omnibus rebus, non poteſt fieri „monachus: ait Macarius, non poſſum, ſi-„cuti vos: reſponderunt: Sede in cella tua, „& peccata tua defle.

Remedia contra teporem. 3. „Theopemto paulo ſegniori in ſpiritu, „hæc monita dabat Macarius: cogitationes „malas confitere: jejuna usque ad veſpe-„ram, exerce te, meditare, & recita memo-„riter ex Evangelio aliisque ſcripturis, cum-„que te ſubjerit cogitatio, non deorſum „ſpectes, ſed ſurſum ſemper, ſtatimque tibi „Dominus præbebit auxilium.

4. „Ve-

4. „Venit Abbas Macarius Magnus ad „Abbatem Antonium in montem, cumque „pulſaſſet oſtium, egreſſus eſt ille, petiitque, „tu quis es? Ille autem, ego ſum Macarius: „& oſtio clauſo intravit relinquens eum, „ſed poſtquam agnovit patientiam ejus, ape-„ruit, hoſpitaliter refecit, & veſpere facto „collocuti de animarum ſalute ramos pal-„marum plectebant. *Macarii patientia.*

5. „Macarius prædixit devaſtationem „Sceteos, quando cella ædificabitur juxta pa-„ludem, vel videbuntur arbores & pueri.

6. „Dæmon confugientes ad S. Maca-„rium retrahit.

7. S. Macarius virum mulieris a mortuis „ſuſcitat, ut locum depoſitæ pecuniæ igno-„tæ indicet.

8. Idem S. Macarius ægroto paſtillum appetenti ab Alexandria attulit.

9. „Ad Macarium cum cunctis fratribus „in ſimplicitate converſantem dixerunt non-„nulli: quare te talem præbes? Ille reſpon-„dit, duodecim annos ſervivi Domino meo, „ut mihi hanc gratiam largiretur, & om-„nes mihi conſilium datis, ut eam depo-„nam? *Simplicitas commendatur.*

10. „Dicebant de abbate Macario, quod „ſi cum fratribus vocatus verſaretur, ita „ſecum conſtituebat: ſi vinum adfuerit prop-„ter *Vino quomodo utendum.*

„ter fratres bibe, & pro uno vini poc
„per unum diem aquam non bibas. Ig
„fratres dabant ei vinum, ſenex autem
„gaudio admittebat, ut ſe torqueret: at
„ſcipulus ejus, cui res nota erat, dicel
„per Dominum, ne præbeatis illi; ali
„in cella confecturus eſt ſeipſum, quo c
„perto non amplius ei porrigebant.

Humilitas vincit diabolum. 11. „Diabolus aliquando Macario di
„adverſus te nihil valeo; etenim quid
„agis, ego quoque facio: tu cibo abſti
„& ego: vigilas, & ego penitus non
„mio. Unum ſolum eſt, in quo vincis
„humilitas tua, ac propterea adverſus
„nihil poſſum.

Timor Dei. 12. „Lignum, quod verſat ſarmenta,
„comburuntur, omnino ab igne conſumit
„ſimili modo ſi mentem ſuam homo in
„more Dei mundaverit, timor Dei ejus
„pus conſumit.

13. „Dixit Abbas Macarius: ſi que
„quam increpando ad iram commoveris,
„fectui tuo ſatisfacis; non enim, ut a
„ſalves, perdes teipſum.

14. „Inveniens Macarius prædonem, q
„ad uſum ſuum poſſidebat, onerans Jum
„tum ejus, cum quiete deduxit eum dice
„*Nihil intulimus in mundum, haud dubi*
„*quod nec auferre quid poſſumus. Job.* 1. *v.*

Quomodo orandum. 15. „In oratione non opus eſt, lo
„multum, ſed extendendæ ſunt manus, p
„fer

„ferendumque: Domine ſicut vis & ſicut „noſti, miſerere: ſi autem ingruerit tenta„tionis impugnatio, dici debet: Domine „adjuva.

16. „Si apud te extiterit contemtus ve„lut laus; paupertas tamquam divitiæ, in„digentia ſicut abundantia, non moreris: „fieri enim non poteſt, ut qui recte credit, „& in pietate operatur, incidat in vitiorum „ſordes ac dæmonum errorem. *Humilitas.*

17. „Si ſalutem conſequi deſideras, mor„tuus fias, nec injurias hominum, nec lau„des eorum cogites inſtar mortuorum, ſic „poteris ſalvus fieri. *Mortuis ſimilis ſit religioſus.*

18. „Revera Dominus noſter dives eſt, „diligitque nos, nec volumus illi obtempe„rare: inimicus autem diabolus pauper eſt, „odioque nos proſequitur, & diligimus ejus „impuritatem.

19. „Si Patres a fratribus non adigantur „ad orationem de re eis utili, non perſe„quuntur ſermonem, ne deprehendantur lo„cuti non interrogati, videaturque eſſe otio„ſa loquela.

20. „Abbas Eſaias percontatus eſt Ab„batem Macarium: profer mihi ſententiam: „& dixit ei ſenex: homines fuge. Rurſus „Abbas Eſaias: quid eſt fugere homines: „ſenex vero: ſedere in cella tua, & deflere „tua peccata. *Homines fugiendi.*

21. „Neminem læſeris, neminem con„demnaveris: hæc obſerva & ſalvus fies.

22. „Dixit Abbas Macarius: noli dor„mire in cella fratris, qui malam famam „habet.

Macarii humilitas.

23. „Si ad Abbatem Macarium accede„bat frater tanquam ad ſanctum & mag„num ſenem, nihil ei loquebatur, ſi vero „tamquam nihili faciens ei diceret: Abba „quando eras Camelarius, & nitrum fura„baris & vendebas, nonne verberabant te „cuſtodes? ſi iſta quis eſſet prolocutus, huic „cum gaudio ad interrogata reſponſum da„bat.

Vita religioſa Martyrium.

24. S. Macarius duos juvenes ad mona„chatum admiſit, qui ad magnam religio„ſam perfectionem pervenerunt, quibus „mortuis Macarius quosdam patres ſe in„viſentes ad eorum cellam duxit cum his „verbis: Venite & videte martyrium mi„norum peregrinorum.

Lachrymarum vis.

25. „Senes rogaverunt Macarium, ut ad „fratres haberet ſermonem: ille ajt, plore„mus fratres, antequam eo abeamus, ubi la„chrymæ noſtræ combuſturæ ſunt corpora „noſtra.

26. „Si retinuerimus memoriam malo„rum, quæ nobis inferuntur ab hominibus, „abolemus vim recordationis Dei: quodſi re„cordati fuerimus malorum, quæ per dæ„mones contingunt, erimus invulnerati.

27. „Ma-

27. „Macarius aliquando invenit calva„riam, quæ illi locuta eſt, ſe eſſe calva„riam Pontificis idolorum, & graviſſimas ig„nis pœnas ſe luere in inferno cum dam„natis, qui tamen, ſi Macarius commotus „fuerit miſericordia, erga eos exiguum ſen„tiunt ſolatium, ſcilicet, quod unus ex „parte ſpectet faciem alterius; de cætero, „ait, nos, qui ignoravimus Deum, modice „miſericordiam conſequimur, qui vero cog„noverunt Deum, & eum negaverunt, ſub„tus nos ſunt.

28. „S. Macarius dixit: Sermo malus „etiam bonos malos facit, & ſermo bonus „etiam malos bonos.

29. „Fuge homines, ſede in cella tua, „& defle peccata tua, nec dilexeris loque„lam hominum, ſalusque tibi obtinget.

Nota. Gallandius in Bibl. Vet. Patr. tom. 7. ex vitis Patrum l. 2. apud Heribertum Rosweidum nonnulla miracula a S. Macario patrata refert. Item ex Galladii hiſtoria Lauſiaca. Excerpta item quædam ex Caſſiano, quæ benevoli lectoris ſtudio relinquimus.

S. MACARII ALEXANDRINI

SERMO

DE EXCESSU JUSTORUM ET PECCATORUM, QUORSUM SCILICET EORUM ANIMÆ E CORPORE DEMIGRENT, ET QUOMODO SE HABEANT.

Monitum.

Macarii Alexandrini geſta. Macarius junior domo Alexandrinus coævus S. Macario Ægyptio, ei tamen ſuperſtes ſub S. Antonio monaſtiæ diſciplinæ ſe addixit, ſerius tamen presbyter ordinatus Celliorum, demum Archimandrita Nitrienſis creatus eſt teſte Palladio in hiſt. Lauſi. *Urbicus* dictus fuit, quod non ita eremum incoleret, ut reliqui aſcetæ, ſed quod partim in ſolitudine, partim in urbe Alexandrina vitam ageret catecheſeon Doctor. Ejus geſta fuſe deſcribit Palladius. Qui tandem omnibus arctioris diſciplinæ exercitationibus perfunctus anno Chriſti 395. grandævus ſu„premum diem objit. Ejus dies feſtus in „Eccleſia Latina die 2. Januarii, in Græca „vero die 19. ejusdem menſis agitur. Extat ſub nomine S. Macarii Alexandrini Sermo de exceſſu juſtorum & peccatorum, quorſum ſcilicet eorum animæ e corpore demigrent, & quomodo ſe habeant. Hunc ſermonem primus edidit Guillielmus Cave e Mſſ. codice Bibliothecæ Lipſienſis Paulinæ

Hen-

Henrico Warthono interprete uſus. Poſtea eumdem evulgavit Jacobus Tollius *in Itiner. Ital.* quem demum ſuæ Bibliothecæ Patrum inſeruit Gallandius tom. 7. Cæterum ſiniſtrum de viſione ibi relata judicium emendatum habetur apud Palladium. *In hiſt. Lauſ. cap.* 23. Aliud ſcriptum S. Macarii Alexandrini eſt regula ad monachos, & Epiſtola ad eosdem, de quibus inferius.

ANALYSIS.

1. „Cum forte in deſerto ambularemus, „vidi duos ſanctos Macarium comi- „tantes, & cum in cadaver incidiſſemus „ejus fœtorem ſenſit Macarius, non vero „comites ejus angeli, qui dixerunt, ſe nul- „lum fœtorem mundanum ſentire, ſed eum „tantum, quem peccatorum animæ exha- „lant. Ad hæc ſenex: quæſo indicare ne „gravemini, an hunc peccatricium animarum „fœtorem in hac vita ſentiatis, an poſt „eam, quidque inter impiarum & fidelium „animarum odorem ſit diſcriminis. Ad quod „angeli reſponderunt. Anima peccatrix etiam „corpori alligata malorum operum fœdum „odorem ſpargit, poſt mortem vero multo „fœdiorem: opera enim mala incubant illi. *Fœtor peccatricis animæ.*

2. „Quomodo vero animæ e corporibus „diſcedant & abducantur tam fidelium quam „infidelium, audi ſis Macari. Quippe angeli „mittuntur, ut animam aliquam excipiant, „ſive illa probi hominis ſive improbi, & pa- *Quomodo animæ e corpore abducantur.*

 „vet

„vet illa terribilium & ſeverorum angelo„rum conſortium. Tunc quam intutilis & „infirma ſit divitiarum, cognatorum & ami„corum copia, animadvertit, & horum qui„dem circumſtantium lamenta audit, ſed „verbum proloqui nullum poteſt, nec vo„cem mittere, utpote, quæ numquam ejus„modi evocationem fuerit experta: ſed ad „immenſam vitæ prolixitatem exhorreſcit, „& tunc eorum, quorum jam in poteſtate „eſt, intuitu perterretur, quos nulla ſui „tangit miſericordia. Adhæc & corporis „eam afficit convictus, ab eoque ſe tam„quam familiari quodam contubernali divul„ſam dolet, neque vero vel unicum ipſi ſuc„currit ſolatium, quod a conſcientia ſuppe„ditari ſolet, niſi ſi forte animus bonorum „ſibi operum conſcius fuerit: iſtiusmodi enim „anima etiam ante ſupremi Judicis ſenten„tiam a conſcientia perpetim judicatur. Porro quæ hic ſubjunguntur de more tertia, nona, & quadrageſima die oblationem pro defuncto faciendi, probant quidem dogma Catholicum de oratione & oblatione pro mortuis; nonnulla tamen immixta habent, quæ ſunt ſubleſtæ fidei.

Oratio pro defunctis.

Improborum poena.

3. „Quodſi vero anima peccatorum rea „fuerit, voluptates conſpicata ſanctorum con„triſtari incipit, & ſeipſam damnare, Hei „mihi, inquiens, quam in terris deſipui, „quæ vitæ voluptatibus tempora mea tri„buens maximam vitæ partem incuriæ me „tradidi, nec Deo ſervivi, ut hujus gloriæ „eſſem

„eſſem particeps. Quid jam me juvant vi„neta, quæ plantavi, divitiæ, quas poſſe„di, voluptas, qua hic fruitus ſum? Verum „audiet, Dominum Jeſum Chriſtum, Filium „Dei vivi, noſſe noluiſti, nec adorare. Vade „igitur ad tui ſimiles impios, & ad eorum „principem diabolum in ignem æternum, „qui diabolo & angelis ejus præparatus eſt, „quos, dum in vivis eras, tamquam deos ad„oraſti. Nos autem laudes dicamus Patri, „& Filio, & Spiritui Sancto nunc & ſem„per, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

S. MACARII ALEXANDRINI ABBATIS NITRIENSIS REGULA AD MONACHOS.

Nota. In codice Regularum a S Benedicto Anianenſi Abbate contexto extat S. Macarii Alexandrini hæc regula, ſed non ſatis conſtat, utrum S. Macario Ægyptio an Alexandrino tribuenda ſit: Holſtenius in cod. Regul. Tillemontius memor. Eccl. tom. 8. & Gallandius Bibl. PP. tom. 7. eam Macario Alex. ſicuti & ſequentem Epiſtolam ad monachos adſcribunt. *Regula S. Macarii Alex.*

1. „Milites Chriſti taliter ſuos componere „greſſus charitatem in ſe perfectiſ„ſimam continentes, & tota anima, toto „corde, & tota virtute diligere decet. *Amor Dei.*

2. „Invicem inter ſe perfectiſſimam ſe„ctantes obedientiam, pacifice, mites, non „ſuperbi, non injurioſi, non ſuſurrones, non „irriſores, non verboſi, non præſumptuoſi, *Amor proximi.*

„non ſibi placentes, ſed Deo: non blaſphe-„miam ſectantes, ſed nil præter bonum di-„centes, ad obſequium non pigri, ad ora-„tionem parati, in humilitate perfecti, in „obedientia præcincti, in vigiliis inſtantes, „in jejunio hilares.

Humilitas. 3. „Nullus ſe alio juſtiorem arbitretur, „ſed unusquisque omnibus ſe inferiorem con-„temnat.

Obedientia. 4. „Præceptum ſenioris audi, ut ſalutem „ſuſcipias: non murmurando ullum opus fa-„cias, non reſponſionem contra præceptum „uſurpes.

5. „Non te extollas, aliquam utilem ope-„ram feciſſe; non in acquirendo aliquid lu-„cri gaudeas, aut in damno contriſteris.

Fuga ſæcularium. 6. „Non te familiaritas ulla ſæcularis tra-„hat, ſed tota delectatio tua in cella tua „demoretur.

Præpoſitus timendus & amandus. 7. „Præpoſitum monaſterii timeas ut „Dominum, diligas ut parentem: ſimiliter „omnes oportet diligere fratres.

8. „Non oderis laborioſam operam, nec „otium ſectatus fueris: in vigiliis & opere „juſto confectus & laſſus ad ſtratum venias, „& Chriſto requieſcere te credas.

Ordo monaſterii ſervandus. 9. „Ordinem monaſterii ſuper omnia di-„ligas; qui vero ſæpius orare voluerit, ube-„riorem inveniet Chriſti miſericordiam.

10. „Ma-

10. „Matutino dicto ita meditationem habeant fratres usque ad horam ſecundam, niſi quid aliud in communi fieri debeat. *Meditatio.*

11. „Poſt horam ſecundam unusquisque ad opus ſuum paratus ſit usque ad horam nonam. *Labor manuum.*

12. „Siquis murmuraverit, vel contentioſus extiterit, ſecundum modum culpæ corripiatur. *Murmurantium pœna.*

13. „Et quicunque ejus errori conſenſerit, culpabilis erit.

14. „Siquis ad horam orationis dato ſigno non ſtatim prætermiſſo omni opere, quod agit, paratus fuerit, foras excludatur, ut erubeſcat: quia nihil orationi præponendum eſt. *Sero venientium ad orationem pœna.*

15. „Operam Deo dabunt ſinguli fratres ‚tempore, quo Miſſæ in vigiliis obſervandis ‚fiunt, ne deficiant, & qui gravatur ſomno, ‚exeat foras, non ſe fabulis occupet, ſed ‚ſtatim redeat ad opus, quo convenitur, & ‚quando legitur, aures ad Scripturas ha‚beant, & ſilentium obſervet.

16. „Frater, qui pro qualibet culpa ar‚guitur, patientiam habeat, & non reſpon‚deat arguenti ſe, ſed humiliet ſe in om‚nibus. *Correptio fratrum.*

17. „Qui vero ſæpius corripitur, & non ‚ſe emendaverit, noviſſimus in ordine ſtare ‚jubeatur, qui, ſi nec ſic ſe emendaverit, ‚extraneus habeatur.

18. „Ad

Silentium ad menſam. 18. „Ad menſam ſpecialiter nullus loquatur, niſi qui præeſt, vel qui interrogatus fuerit.

19. „Nullus ſe in ſua peritia vel voce „exaltet, ſed per humilitatem & obedien„tiam lætetur in Domino.

Hoſpitalitas. 20. „Hoſpitalitatem ſectantes, non in„anem dimittas pauperem, ne forte Domi„nus in hoſpite aut paupere ad te veniat.

21. „Paſſus injuriam taceas, injuriam fa„cere non noſſe, factam poſſe tolerare, decet; „non te inania ſeducant conſilia, ſed te ſpe„cialiter in Chriſto confirma: non tibi æſti„mes proximiores parentes, quam fratres „in cella.

22. „Si ad neceſſaria requirenda e mona„ſterio bini aut terni egrediantur, tales ſint, „qui timorem Dei in ſe habeant, non qui „verboſitatem aut gulam ſectantur.

Admiſſio ad monaſterium. 23. „Siquis de ſæculo ad monaſterium „converti voluerit, regula ei introeunti le„gatur, & omnes actus monaſterii illi pa„teſiant; qui, ſi apte omnia ſuſtinuerit, dignus „a fratribus ſuſcipiatur in monaſterium.

Bona admiſſi. 24. „Si aliquam in cella voluerit inferre „ſubſtantiam, in menſa ponatur coram om„nibus fratribus: & ſi aliquid erogavit pau„peribus, vel in cellam intulit fratribus, „ipſi tamen non eſt licitum, ut aliquid ha„beat in ſua poteſtate.

25. „Et

25. „Et ſi ex qualibet cauſa ſcandali poſt „tertium diem inde exire voluerit, nihil „penitus accipiat, niſi in veſte, qua venit: „quodſi caſu tranſierit, nullus hæredium „ejus adire debeat: quodſi impulſare ſeu ex„citare voluerit, regula ei legatur, & di„ſcedat confuſus, qui & illi, a quo repetit, „fuerat recitata.

26. „Ex qualibet cauſa quis peccaverit „frater, ab oratione ſuſpendatur, & jeju„niis diſtringatur; quodſi coram omnibus fra„tribus proſtratus veniam poſtulaverit, di„mittatur illi.

27. „Si vero in ſua voluerit perſeverare *Deſertorum pœna.* „nequitia & ſuperbia, & dicat; hic ego du„rare non poſſum. Sed accipiam caſulam „meam, & ibo, quo voluerit Dominus, „virgis coram omnibus purgetur, & oratio „fiat, & ſic ad communionem recipiatur; „ut ſiquis non emendatur doctrina, virgis „purgetur.

28. „Quodſi caſu quis frater de monaſte„rio exire voluerit, nihil penitus accipiat, „niſi in notatiſſimo, id eſt, nugaliſſimo, ſeu „ridiculo veſtimento, & extra communio„nem infidelis diſcedat.

29. „Quarta & ſexta feria, qui frangunt *Jejunium 4. & 6. feria.* „jejunium, Judæ æſtimantur participes, qui „Chriſtum tradidit.

30. „Illud etiam attendendum fuit, ut *Artifices monaſterii.* „intra monaſterium artificium non faciat ul-

„lus,

„lus, niſi cujus fides probata fuerit, qu
„ad utilitatem & neceſſitatem monaſterii fa
„ciat, quod poterit facere.

EPISTOLA

BEATI MACARII DATA AD MONACHOS.

Gula caſtitatis inimica. 1. „Lignorum copia ingentem excitat flam
„mam, multitudo autem eſcarum
„emittit concupiſcentiam, peſſima concupi
„ſcentia eſcarum & inobedientia generat mor
„tem. Indigens venter in orationibus vigi
„lantiam præſtat, & coronam animæ ac
„quirit, repletus autem ſomnum inducit gra
„viſſimum. Oculus guloſi convivia ſcruta
„tur, oculus autem ſapientum meditatu
„continentiam. Formidoloſus miles hor
„reſcit ad tubam, quæ bellum ſignificat, &
„guloſus, ſi abſtinentiam prædicantem audie
„rit, non libenter auſcultat. Flamma cum
„marceſcit, eluceſcit iterum, ſi lignum ac
„ceperit; & libido ſopita creſcit in ſaturi
„tate, concupiſcenti gulæ mater eſt libidi
„nis. Oleum nutrit lampadem, & ignem con
„fabulatio mulieris. Qui repleverunt ven
„trem, & promiſerunt caſtitatem, mentiun
„tur. Forma pulchritudinis pejus quam pro
„cella ſubmergit. Species mulieris ſi men
„tem contriverit, eam contemnere perſua
„det, & memoria mulieris ſuccendit concu
„piſcentiam.

2. „Ut cumulata navis undarum ictu ob- „ruitur, ſic multa poſſidens monachus non „ſalvabitur: nihil poſſidens monachus athle- „ta inſuperabilis, curſor levis velociter ad „bravium vocationis pervenit. Avarus mo- „nachus operari negligit; nihil poſſidens „poſt opus moderatum orationibus & lectio- „nibus vacat. Avarus monachus theſauri- „zat ſibi iram in die ultionis; nihil poſſi- „dens theſaurizat in cœlo, & dabit laudem „cum angelis Deo. *Monachi paupertas.*

3. „Gloriatio monachi patientia in tribu- „lationibus ejus. Gloriatio monachi lon- „ganimitas cum charitate. Gloriatio mo- „nachi nullas res præſentis vitæ poſſidere: „gloriatio monachi vigiliæ & fletus in ora- „tionibus: gloriatio monachi manſuetudo & „cordis ſilentium. Gloriatio monachi, quan- „do Dominum ex toto corde dilexerit, & „proximum ſuum tamquam ſeipſum: gloria- „tio monachi abſtinenria eſcarum, & a multi- „loquio linguæ: gloriatio monachi, quando „verba ejus operibus conſonant: gloriatio „monachi, quando in loco ſuo permanet, „& huc illucque non vagatur: gloriatio mo- „nacho longanimitas. Sicut pondus ſolis de- „primit virum infirmum, ſic ſomnus mona- „chum: ſicut ſpinæ in agro opimo, ſic co- „gitationes turpes in corde monachi: ſicut „tinea exterminat veſtimentum, ſic diſtra- „ctiones animam monachi. Monachus ſa- „piens ſuis manibus operatur, & victum „ſibi quotidianum acquirit, & lucratus eſt *Gloriatio monachi.*

„ora-

„orationes, & jejunia ſua; ſi autem ab alio „acceperit victum, quid prodeſt, quod orat „& vigilat? ſicut mercenarius malus nu„dus evadit, quia ſcriptum eſt: *Melius eſt* „*dare quam accipere. Act.* 20. *v.* 35.

SANCTORUM PATRUM

SERAPIONIS, MACARII, PAPHNUTII, ET ALTERIUS MACARII REGULA AD MONACHOS.

Regula S. S. Serapionis &c. Hæc regula in horum quatuor ſolitariorum cœtu fuit compoſita, qui ſedentes in unum enixe Deum rogarunt, ut ipſis Spiritum ſuum mitteret, qui illos inſtrueret, qualiter fratrum converſationem regere, iisque regulam vitæ præſcribere poſſent, quæ ſedecim capita continet, quæ ex Regulis S. Antonii, S. Pachomii tom. 9. hujus Analyſis relata, & ex regulis fuſioribus & brevioribus S. Baſilii tom. 12. ejusdem Anal. ut plurimum deſumpta ſunt: unde hujus & ſequentium regularum epitomen dare ſufficiet.

2. Tria igitur prima capita Abbatis Serapionis, quatuor ſequentia Abbatis Macarii, quatuor alia Abbatis Paphnutii, quatuor ultima Abbatis Macarii Secundi ſunt fœtus. Jubent 1. concordiam fratrum; 2. præſtandam Abbati obedientiam. 3. Bonum exemplum præpoſitorum. 4. Modum ſuſcipien-

candidatos ad monaſterium. 5. Modum ſcipiendi hoſpites. 6. Jejunium usque ad ram nonam excepta Dominica & quinageſima Pentecoſtes. 7. Opus manuum a ra tertia usque ad nonam. 8. Culparum rreptionem, & curam infirmorum.

ALIA PATRUM REGULA AD MONACHOS.

Hæc regula orditur a præfatione, in qua dicitur, quosdam ſolitarios ſedentes ſe.l in unum juxta S. S. Patrum traditiom maximi momenti duxiſſe, regulam conibere, quæ uſui eſſe poſſet & ſuperioribus inferioribus, qui monaſticam vitam pro.ntur ad dirigendam ipſorum agendi ration, & eorum dubia auferenda, ut amo& concordiæ vinculo unanimiter colli.i mandata Dei jugi obſervatione cuſtoent. Septem tantum complectitur capita is compendioſa de tempore & modo offi divini recitandi, de labore manuum, de antum ſubmiſſione, de vitanda murmuratne, & correctione fraterna. *Alia Regula Patrum.*

TERTIA PATRUM REGULA AD MONACHOS.

Tredecim in hac regula inveniuntur capita, quæ de Abbatis officio, illiusque miſſione ad Epiſcopi correctionem tractant, *Tertia Regula Patrum.*

ſtant, ſicut & de veſtimentis fratrum, quorum cucullæ nigræ eſſe debent: de vitanda familiaritate cum mulieribus, & virginibus Deo ſacratis. Præſcribitur item, ut a noctis vigiliis usque ad horam Diei ſecundam Religioſi lectioni vacent, deinde operi incumbant. Nullus inter veſcendum loquatur. Et qui e monaſterio egreſſus fuerit inſcio Abbate, quique gulæ aut actis a gravitate religioſa alienis animum intenderit, triginta diebus excomunicetur ex canonum præſcripto, aut virgis puniatur. Et ſi monachus e monaſterio vult egredi, & profeſſionem ſuam deſerere, ridicula & inſulſa veſte induatur, & ut excommunicatus habeatur.

Abbates omni tempore cum fratribus ſe reficiant. Nullus monachus in infirmitate conſtitutus relicto monaſterio parentum ſuorum curæ commendetur, ut ſolatium ab eis recipiat. Siquis monachus furtum fecerit, quod potius ſacrilegium dici poteſt, ſi junior, virgis excipiatur, & clericatus officium numquam recipiat; ſi jam Clericus, nominis ipſius dignitate privetur, nec ipſi concedatur communio niſi adimpleta pœnitentiæ ſatisfactione. Monachus ſine Abbatis ſui permiſſu in alio monaſterio ſuſcipi non poterit, ſi vero Abbas ſemel permiſſerit, nulla ratione ei inde egredi licebit.

REGU-

REGULA ORIENTALIS

EX PATRUM ORIENTALIUM REGULIS COLLECTA EST A VIGILIO DIACONO.

Vigilius diaconus quinto ſæculo florebat, & regula ab eo ex Patrum orientalium regulis collecta a S. Benedicto Abbate Anianenſi in ſua Regularum concordia non raro laudatur, ſicut etiam a Smaragdo S. Michaelis in Lotharingia Abbate in ſuo in Regulam S. Benedicti commentario. Regula hæc quadraginta ſeptem articulos complectitur, quibus includit, quidquid ad bonum monaſterii regimen pertinet. Regula hæc orientalis maximam habet connexionem cum Regula Sancti Pachomii, ex qua perſæpe ipſiſſima verba deſumuntur, quam cum tomo IX. hujus Analyſis jam retulerimus, eam hic repetere ſuperfluum foret. *Regula orientalis a Vigilio collecta.*

SANCTI PACIANI
EPISCOPI BARCILONENSIS
OPUSCULA.

Monitum.

Paciani ſcripta. Sanctus Pacianus eximium Hiſpaniarum decus ex uno tamen inter veteres Hieronymo *de vir. illuſt. c.* 106. nobis compertus eſt, qui hæc de eo refert, S. Pacianum Barcilone in Pyrenæi jugis Epiſcopum caſtitate, & eloquentia floruiſſe, & ſub Theodoſio Principe in ultima ſenectute vitam cum morte commutaſſe circa annum Chriſti 370. Alibi vero S. Hieronymus de Paciani illuſtri genere, vitæ integritate, Epiſcopalis officii adminiſtratione, & doctrinæ laude ac litterarum monumentis *de vir. illuſt. cap.* 106. tractans ait: Scripſit Pacianus varia opuſcula, de quibus eſt *Cervus*, quod opuſculum penitus interiit, & *contra Novatianos tres Epiſtolas*; *Parœneſin ſeu libellum exhortatorium ad pœnitentiam*, & *ſermonem de Baptiſmo.* Quæ omnia S. Paciani opera ex Tilliana editione Gallandius in ſua Bibliotheca P. P. recenſuit, in ſectiones diſtinxit, & depravatum textum ad priſtinam integritatem reſtituit.

SAN-

SANCTI PACIANI EPISCOPI BARCILONENSIS. EPISTOLÆ TRES AD SYMPRONIANUM NOVATIANUM.

EPISTOLA I.

De Catholico nomine.

1. „Si non carnalis intentio, ſed vocatio „ſpiritualis eſt, quod ex nobis fidem „catholicæ veritatis examinas, tu potiſſi„mum, quæ vel quam diverſa ſequereris, „indicare debueras, & aperire, quænam „cauſa te de unitate corporis noſtri Eccleſiæ „ſolviſſet, ut quæ membra nobis curanda „ſint, videremus: tantæ enim a capite „Chriſtiano hæreſes extiterunt, ut nominum „ipſarum ſit volumen immenſum. Quis er„go mihi primum per litteras refutandus „ſit, non video, niſi quod ſcriptis tuis pœ„nitentiam damnantibus ſecundum Phrygas „te aſſenſiſſe pronuntias. Verum his ipſis „tam multiplex & diverſus eſt error, ut non „hoc unum in illis, quod contra pœniten„tiam ſapiunt, ſed quaſi quædam capita „Lernæa cædenda ſint. *Hæretici negantes pœnitentiam.*

2. „Interea quod ad præſentes pertinet, „ante omnia te rogamus, ne dicas, quod „per orbem totum nemo perſuadere tibi poſ„ſet, contra quam crederes; nam perſua„dere quis aliquid poſſit invito? Quare & *Catholici nomen a traditione.*

 „nos

„nos non ea fiducia ſcripſimus, qua repug-
„nanti aliquid perſuadere poſſimus, ſed ea
„fide, qua volenti bonæ pacis adytum non
„negemus, quæ ſi tibi cordi eſt, de Catho-
„lico nomine nullum debet eſſe luctamen:
„ſi enim per Deum id populus noſter adi-
„piſcitur, nec interrogandum eſt, præce-
„dente auctoritate divina; ſi per hominem,
„quando uſurpatum, detegendum eſt. Tunc
„ſi bonum nomen eſt, non recipit odium;
„ſi malum, caret invidia. Novatianos au-
„dio de Novato aut Novatiano vocari, ſe-
„ctam tamen in his, non nomen accuſo.
„Sed ſub Apoſtolis, inquies, nemo Catho-
„licus vocabatur. Eſto, ſic fuerit. Cum
„poſt Apoſtolos hæreſes extitiſſent, diver-
„ſisque nominibus reginam Dei lacerare ni-
„terentur, nonne cognomen ſuum plebs
„Apoſtolica poſtulabat, quo incorrupti po-
„puli diſtingueret unitatem? Ego hodie in-
„greſſus populoſam urbem, cum Marcionitas,
„Apollinarios, & cæteros ejusmodi compe-
„riſſem, qui ſe Chriſtianos vocarent, quo
„cognomine congregationem meæ plebis ag-
„noſcerem, niſi Catholica diceretur? Age
„quis ceteris plebibus nomina tanta largitus
„eſt? Cur tot urbibus ſua quæque deſcrip-
„tio eſt? certe non eſt ab homine mutuatum,
„quod per tanta ſæcula non cecidit. Catho-
„licum iſtud nec Marcionem, nec Apel-
„lem, nec hæreticos ſumit auctores: multa
„nos Spiritus Sanctus edocuit. Quid? par-
„va nobis de Apoſtolicis viris, parva de
„primis ſacerdotibus, parva de beatiſſimo
„Cy-

„Cypriano Martyre atque doctore currit au„ctoritas ? an volumus docere doctorem ? „quem æterni Dei teſtem nobilis cruor pro„duxit ? Quid tot ſacerdotes, quos per to„tum orbem cum Cypriano pax una ſolida„vit ? quid tot annoſi Epiſcopi, Martyres „& Confeſſores ? Si illi uſurpando nomini „huic auctores idonei non fuerint, nos ido„nei erimus negando ? Et noſtram potius „authoritatem Patres ſequentur, & emen„dando ſanctorum cedet antiquitas ?

3. „Nec tamen æſtues frater: Chriſtia„nus mihi nomen eſt, Catholicus vero cog„nomen: Illud me nuncupat, iſtud oſtendit: „hoc probor, inde ſignificor. Et ſi redden„da Catholici vocabuli ratio eſt, & expri„menda de Græca interpretatione Romana, „Catholicus, ubi unum, vel, ut doctiores „putant, obedientia omnium nuncupatur „mandatorum Dei. Ergo qui Catholicus, „juſti obediens, qui obediens, idem eſt „Chriſtianus; ita Catholicus Chriſtianus eſt. „Quare ab hæretico nomine noſter populus „hac appellatione dividitur, cum Catholicus „nuncupatur. Si rationem nominis quæris, „apparet. *Catholici nominis ſignificatio.*

4. „De pœnitentia vero Deus præſtet, „ut nullis fidelibus neceſſaria ſit, & nemo „poſt ſacri fontis auxilium foveam mortis „incurrat, nec tarda ſolamina ingerere ſa„cerdotes, aut docere cogantur, ne peccandi „iter aperiant, dum peccanti remediis blan- *Pœnitentia admittenda.*

„diuntur. Quod ſi nihil in baptizatos poſſunt
„nequitiæ ſpirituales, ſi nullum oculis, ma-
„nibus & mentibus crimen obrepit, abjicia-
„tur hoc Dei donum, nulla exomologeſis,
„nulli gemitus audiantur; ſed ſi Deus ja-
„centibus remedia largitus eſt, deſinite di-
„vinam accuſare pietatem, qui dicit *conver-
„timini ad me, &c. Joel.* 2. Habetne tam
„diutinum ſerpens venenum, & Chriſtus
„non habet medicinam? Quid illa tot ſimi-
„litudinum Dominicarum argumenta drach-
„mæ perditæ & cum gaudio inventæ, pa-
„ſtoris ovem reportantis erraticam; Filii
„prodigi revertentis blande a patre recepti;
„vulnerati a Samaritano ad curam admiſſi.
„Revolve, quæ Spiritus dicat Eccleſiis.
„*Apoc.* 2. Epheſios deſertæ dilectionis ac-
„cuſat; ſtuprum Thiatirenis imputat, Sar-
„dos in opere ceſſantes, Pergamenos do-
„centes diverſa reprehendit; Laodicenorum
„divitias inurit, & tamen omnes ad pœni-
„tentiam invitat. Quid Apoſtolus ad Corin-
„thios lugens non pœnitentes de peccatis.
„2. *Cor.* 12. *v.* 21. Et ad Galatas *cap.* 6.
„*v.* 1. Et numquid paterfamilias in magna
„domo argentea tantum & aurea vaſa cu-
„ſtodit, nonne & fictilia? Et 2. *Cor.* 7. *v.* 9.
„Gaudet de pœnitentia Corinthiorum Apo-
„ſtolus.

[S]acerdo[te]s peccata [r]emittunt.

5. „Sed dicis, ſolus Deus ignoſcere po-
„terit pœnitenti. Verum eſt, ſed & quod
„per ſacerdotes ſuos facit, ipſius poteſtas
„eſt: nam quid eſt, quod Apoſtolis dicit:
„*Quæ*

ſ ligaveritis in terris, erunt ligata & in ...is, & quæcunque ſolveritis in terris, ...ta erunt & in cælis. Matth. 16. *v.* 19. ... tantum hoc ſolis Apoſtolis licet? Ergo baptizare ſolis licet, & Spiritum San...m dare ſolis, & ſolis gentium peccata ...rgare: quia totum hoc non aliis quam ...oſtolis imperatum eſt. Denique & Epi...pi Apoſtoli nominantur, ſicut de Epa...rodito Paulus ediſſerit. *Philip.* 2. *v.* 25. ... ergo & lavacri & chriſmatis poteſtas ... Epiſcopos inde deſcendit, ligandi quo...e jus adfuit atque ſolvendi. Recorde...ur etiam, quod Petrus Apoſtolus Domi...m noſtrum Epiſcopum nominarit. 1. *Pe*... 2. *v.* 25. Quid Epiſcopo negabitur, ... quo Dei nomen operatur? reddet illi ...idem rationem, ſiquid perperam fecerit, ...l corrupte judicarit, interea ſi pia illa ...miniſtratio eſt, adjutor Dei operum per...verat. Scio frater hanc ipſam pœniten...e veniam non paſſim omnibus dari, nec ...tequam aut divinæ interpretatio volun...tis aut forſitan viſitatio fuerit, relaxari; ...agno pondere & libramine poſt multos ...mitus, effuſionemque lacrymarum, poſt ...tius Eccleſiæ preces ita veniam veræ pœ...tentiæ non negari, ut judicaturo Chriſto ...mo præjudicet.

EPISTOLA II.

De Symproniani litteris.

Catholici nomen antiquum. 1. In hac Epiſtola conqueritur de ſtylo acu
leato Epiſtolæ Symproniani ad ſe ſcrip
tæ, & nomen Catholici contra ejus falla
cias vindicat. At quia Symprononianus gravi
ter iratus exclamat: „ Numquid Cyprian
„Sancto viro hoc obeſt, quod populus ejus
„Apoſtolicum nomen habet vel Capitolinum
„vel Syndreum; ita ad hoc reſpondet S. Pa
„cianus: conviciaris: horumne aliquid ap
„pellati ſumus? Interroga ſæculum, an no
„men hoc nobis hæſerit, an Cypriani popu
„lus aliter quam catholicus nominatus ſit.
„Numquam nomen ullum ex his audivi. Cy
„prianum Sanctum vocas, & populum ejus
„Apoſtolicum. Verum egone apoſtolicus,
„an Novatus? Novatus, inquam, patre pro
„dito, Eccleſia derelicta, partu uxoris effuſo.
„Egone Apoſtolicus an Novatianus, quem
„abſentem Epiſtola Epiſcopum finxit, quem
„conſecrante nullo linteata ſedes accepit.
„Verum iſta poſterius: interim ipſi vos di-
„cite, quid vocemini, negatiſne Novatia
„nos a Novatiano vocari? quodlibet nomen
„imponas, ſemper iſtud hærebit. Nec ta-
„men ego Novatiani tui nomen accuſo, quod
„toties operto ſinu claudis: fatere ſimplici-
„ter, nihil eſt ſceleris in nomine, meo in-
„vides nomini, & tuum vitas? Vide, quid
„ſit pudoris in cauſa, quæ refugit, quod
„vocatur.

2. „Cum

2. „Cum plures hæreticos nominaſſem, addidi: *Et quos fama recondit obſcura.* Et hoc tu de Virgilii verſu tractum putas, qui Virgilium omnino non noveras. Sed dicis: Poeticum verſum Epiſcopus dixit. Verum quid Paulus Apoſtolus? qui non erubeſcit, cum Athenienſem illum verſum & dixit, & comprobat: *Hujus namque* Dei *genus ſumus. &c. Act.* 17. *v.* 28. Et rurſum ad Titum dixit: *Cretenſes ſemper mendaces. Tit.* 1. *v.* 12. Sic peccamus exemplo, dum quamcunque vocem copiam Dei credimus. *Poetas S. Paulus citat.*

3. „Jam quale illud eſt, quod Catholicis imputandum putas, ſiquando vos Reges & Imperia perſecuta ſunt? Ergo e contrario vobis debuit imputari, quoties regum impietatem & perſecutionem Catholici pertulerunt: atque noſtros pagani principes perſecuti ſunt; vos Chriſtianorum odia pertuliſtis: ſed noſtri magis queri debuerunt. Nec tu querelam putes fuiſſe noſtrorum, ſed cum per noſtram fidem Chriſtiani principes eſſe cæpiſſent, ipſi Principes Catholicæ parti faventes proprio dolore commoti ſunt. Reliqua hæc Epiſtola ſpectat particulares quasdam contentiones circa perſonas Novatiani, S. Cypriani, & S. Cornelii: hos duos poſteriores defendit & laudat Pacianus, Novatianum vero ſuperbiæ & ſchiſmatis inſimulat. *Perſecutio Novatianorum juſta.*

EPI-

EPISTOLA III.

Contra tractatus Novatianorum.

Pœniten-tia datur. 1. „Tractatus omnis Novatianorum, qu „ad me deſtinaſti Sympróniane, „continet: quod poſt baptiſmum pœniti „non liceat. Quod mortale peccatum E „cleſia donare non poſſit, imo, quod ip „pereat recipiendo peccantes. Quis hoc vi „dicat, Moyſes, Paulus, an Chriſtus? „Moyſes deleri e libro pro blaſphematorib „optat. *Exod.* 32. *v.* 32. Et Paulus *anat* „*ma eſſe pro fratribus. Rom.* 9. *v.* 5. Et ip „Dominus pro injuſtis pati mavult: nu „lus horum, inquies. Quis ergo? Novati „nus hoc præcepit. At quibus temporibus „Statim poſt Domini paſſionem? Poſt De „principatum, id eſt, poſt trecentos pro „annos dominicæ paſſionis. Quid ergo tunc „Prophetas ſecutus eſt ut Cataphryges, a „Philumenam aliquam, ut Apelles, an ip „tantum auctoritatis accepit? Linguis loc „tus eſt? Prophetavit? Suſcitare mortu „potuit? Horum enim aliquid habere debu „rat, ut Evangelium novi juris induceret „etſi contra clamet Apoſtolus: *Licet nobis a* „*angelus de cœlo evangelizaverit, præterqua* „*quod evangelizavimus vobis, anathema ſ* „*Gal.* 1. *v.* 8. Novatianus ſic intellexit „inquies, ſed Chriſtus hoc docuit. Erg „a Chriſti adventu uſque ad Decii princip „tum nullus intelligens? Omnes Epiſco „diſſoluti, qui ſe miſcere perditis mallent „qui alieno vulnere vulnerari?

2. „Se

2. „Sed age, inquies, certemus exem„plis & ratione. At ego hucusque ſecu„rus, ipſa Eccleſiæ antiquæ ſerie & pace „contentus: tu ab Eccleſiæ corpore ſegre„gatus, ut rationem facti tui redderes, totos „librorum receſſus inquiris, noſtri nihil ul„tra diſputavere majores. Ego neſcio, quid „Novatianus egerit, quid Novatus admiſe„rit, quid Evariſtus tumuerit, quid Nico„ſtratus nuntiaverit: arma veſtra dum de„ſpicio, non novi, vide, ſi cum inermi ve„ritate confligis. *Traditionis auctoritas.*

3. „Sed expectemus, quid objicias: pro„ponis, & recte quidem, *Eccleſiam eſſe po„pulum ex aqua & Spiritu Sancto renovatum* „*ſine* negatione nominis Chriſti. Sed age: „quis fontem Dei clauſit? quis Spiritum „rapuit? Quinimo apud nos aqua viva eſt, „quæ ſalit a Chriſto: Tu a fonte perpetuo „ſeparatus unde generaris? Spiritus quoque „Sanctus a principali matre non abiit, ſed „ad te unde pervenit? *Eccleſia eſt populus „ſine negatione nominis Chriſti.* Nulline apud „nos confeſſores, quos catenæ, ignes, gla„dii probaverunt? fuere, inquis, ſed pecca„tores recipiendo perierunt. Sed cui per„ſuadere poteris, quod lapſis receptis Ec„cleſia tota conciderit? quod admiſſis pœni„tentibus admittentium populus negator ef„fectus ſit? Etſi remiſſior etiam plebs ali„qua fuerit, an Chriſtianum nomen amiſit? „Et tu ſolus ex omnibus in tua fruge paleas „non habes? *Eccleſia non rejicit pœnitentes.*

Eccleſia quomodo ſine macula.

4. „Sed age, dic reliqua: *Eccleſia eſt cor-*
„*pus Chriſti.* Corpus utique non membrum,
„1. *Cor.* 12. Solidum ſcilicet corpus toto or-
„be diffuſum, ſicut civitas, cujus partes in
„unum, non ut vos Novatiani quædam in-
„ſolens portiuncula tuberque collectum a re-
„liquo corpore ſeparatum. Eccleſia eſt *tem-*
„*plum Dei*, ſed amplificum; *domus magna*
„habens vaſa aurea & fictilia. Eccleſia eſt
„*virgo ſancta, caſtiſſimis ſenſibus, ſponſa*
„*Chriſti.* Virgo, verum eſt, ſed & mater:
„ſponſa, ſed & uxor, & conjux, & multi
„illi partus & proles innumera per totum
„orbem; honorantur boni, caſtigantur ſu-
„perbi, curantur ægroti, nullus perit, ſe-
„curi fœtus ſub indulgentia matris retinen-
„tur. *Eccleſia eſt non habens maculam neque*
„*rugam;* hoc eſt, hæreſes non habens, in
„his ſunt enim quidam ſinus maculoſi & ru-
„goſi. Cæterum peccator & pœnitens non
„eſt Eccleſiæ macula; quia quamdiu peccat,
„*peccato hæreſis*, & non pœnitet, extra Ec-
„cleſiam conſtitutus eſt. Ubi deſinit peccare,
„jam ſanus eſt; hæreticus vero veſtem Do-
„mini Eccleſiam Chriſti ſcindit, vitiat, ir-
„rugat: hæc eſt macula unitatis, hæc ruga.

5. „*Eccleſia eſt integra Evangeliorum jura*
„*cuſtodiens.* Integra utique, quia tota, quia
„plena, ubi præmium fidelibus datur, ubi
„miſeris lachrymæ non negantur, ubi cu-
„rantur ægroti, ubi ſollicita in omnibus cha-
„ritas perſeverat, ubi onera ſua ſuſtinet tota
„fraternitas, mutuo dolens, mutua pietate ſe-

„cura.

ıra. Neſcio, ais; an remitti peccatum ab piſcopis poſſit, cum dixerit Dominus: *'ui me negaverit coram hominibus, negabo* *m coram Patre meo, qui in cœlis eſt.* *latth.* 10. *v.* 33. Cur ergo Novatianus ıus, ne falſo adhuc quidem Epiſcopatu cerdos, antequam Cornelius Romæ Epiopus fieret, hæc ſuaſit. Habes Cypriateſtimonium, quem nec vos infamare poiſtis, qui ad Antonianum ſcripſit, Novaınum ſcripſiſſe, ut lapſis infirmis in exitu ıx daretur.

6. „At in hæreſin Novatiani quando labi eperunt, audite. Cornelius jam Romæ Epiopus a ſedecim Epiſcopis factus crebras rſecutiones ab irato Principe ſuſtinebat: nc forte quidam presbyter Novatus ex frica fraudatis viduis, ſpoliatis pupillis, cunia Eccleſiæ denegata, patre ex domo ecto, fame mortuo, nec ſepulto, uxoris avidæ utero percuſſo, ejusque partu effu- Romam venit, ut judicium Carthaginſe ſubterfugeret. Nec multo poſt Notianum Pontificatum Romanum jam amentem impellit, & ut magnum aliquid eret, hortatur, & invenit aliquos, qui mpeſtatem perſecutionis evaſerunt, apud ıos hanc de lapſis receptis Cornelio conıret invidiam. Dat eorum Epiſtolas ad Notianum, ille ex auctoritate Epiſtolarum dente jam Romæ Epiſcopo alterius Epiopi ſibi nomen aſſumit, Cornelium lapſis mmunicaſſe aſſerit, ſe vindicat innocenm. Contra hunc mihi reddenda ratio eſt. *Ortus Novatianæ hæreſis.*

7. „Sed

Objectiones ſolvuntur.

7. „Sed & vos, dicis, Epiſcopi cur ta-
„lia probatis? Verum dicat hoc alius, tu
„Novatianum defende. Negantem dicis Do-
„minus negat, ſed ſi non pœniteat. At pœ-
„nitenti, ais, peccata dimittis, cum tan-
„tum in baptiſmate tibi liceat relaxare pec-
„catum. Non mihi plane, ſed Deo ſoli,
„qui & in baptiſmate donat admiſſum, &
„pœnitentium lacrymas non repellit. Cæ-
„terum quod ego facio id non meo jure,
„ſed Domini; nam *Dei adjutores ſumus*,
„1. *Cor.* 3. Quare ſive baptizamus, ſive ve-
„niam pœnitentibus relaxamus, Chriſto id
„auctore tractamus.

8. „Ais: ſi pœnitentibus remiſſio pecca-
„torum dari potuit, baptiſma non fuit ne-
„ceſſarium. Inſulſiſſima comparatio! Baptiſ-
„mus enim Sacramentum eſt Dominicæ paſ-
„ſionis, pœnitentium venia, meritum confi-
„tentis. Illud omnes adipiſci poſſunt, quia
„gratiæ Dei donum eſt, labor vero iſte pau-
„corum eſt, qui poſt caſum reſurgunt, poſt
„vulnera reconvaleſcunt. Fruſtra etiam me
„poſuiſſe aſſeris illud: *Malo pœnitentiam pec-
„catoris, quam mortem. Ezech.* 33. Quid ſi
„illud adjeciſſem: *Cum converſus ingemueris,
„tunc ſalvaberis. Iſ.* 30. *v.* 15. Et illud:
„*Age pœnitentiam. Apoc.* 2. *v.* 5. Hæc in-
„quies gentibus dicta ſunt ante baptiſmum.
„Audi Apoſtolum: *Scimus autem quoniam
„quæcunque lex dicit, iis, qui in lege ſunt,
„dicit. Rom.* 3. *v.* 19. Dicis: Ergo Judæi,
„qui ante baptiſmum pœnituerunt, poſt bap-
„tiſmum

num pœnitere non poſſunt. Sed nolo laris; Judæi enim propterea prius pœnuerunt, quia vetus baptisma corrupet; & quaſi poſt fidem fide prodita pœebant, de quo baptismo loquitur Apoius. 1. *Cor.* 10. *v.* 1.

„Videamus deinde, quid dicas: ſi Deus pius jubet hominem pœnitere, ſæpius ccare permittit. Ergo & medicus cum at, aſſidue vulnerari docet. Deus nec ccare vult hominem ſemel, & tamen erat a peccato, nec cum liberat, peccum docet, ſicut nec qui ab incendio erat, incendium monſtrat. Aliud eſt, periculo liberari, aliud ad periculum gi; & forte poſſet hoc credi, ſi pœnitendelitiæ putarentur, cui labor tantus ponitur, & gemitus ſempiterni. Volet go ſanatus iterum ſecari? Volet peccare rum, & iterum pœnitere, cum ſcriptum : *Noli adjicere peccatum. Joan.* 5. *v.* 14. iodſi ad peccatum cogitur, cui Medicipœnitentiæ monſtratur, quid facturus, cui pœnitentia præcluditur, cui derato vitæ adytus denegatur? In baptmo, dicis, ſemel morimur, *Rom.* 6. *v.* 3. d docebat Apoſtolus, quod eſſemus novi, nemo peccaret, ſequebatur tamen, ut i peccaverat, pœniteret: hic integer, e curatus viveret, innocens coronam, enitens veniam ſubiret. *Pœnitentia ad peccandum non invitat.*

10. „Re-

10. „Reſponde, an famulos Dei diabolus „poſſit opprimere, & annon Chriſtus poſſit „abſolvere. Petri pœnitentiam dicis ante „Domini paſſionem fuiſſe, & tamen Petrus „jam baptizatus erat. *Joan.* 13. *v.* 10. Ac„cepit tamen poſtea remedium Chriſti, ſed „ante pœnituit, nec pœnitentia ejus in me„moriam ſcriberetur, niſi profuiſſet aliquid „pœnitenti. Et Thomas anne erubuit pœ„nitere? Nonne humiliatus eſt, Deum ſuum „confitetur, & exomologeſis eum commen„dat?

Solvi etiam baptizati poſſunt.

11. „Jam argute datam Epiſcopis pote„ſtatem ligandi & ſolvendi vis ſolum ad ca„techumenos ſolvendos per Baptiſmum per„tinere, uti colligitur ex Evangelio S. Joan„nis. *cap.* 20. *v.* 27. Qui S. Matthæum ſup„plevit, & illud ſolvere & dimittere ad gen„tes baptizandas. *Matth.* 28. *v.* 19. Spe„ctare oſtendit. Verum præterquam quod „hæc explicatio frivola ſit & temeraria, „nonne apud Matthæum ante paſſionem ſuam „hoc Dominus prædixerat nulla facta gen„tium mentione. *Matth.* 16. *v.* 19. Ubi om„nino nihil excipit, quæcunque ait, vel „magna vel modica.

Drachmæ ſignificatio.

19. „Jam nunc oſtendis drachmam & „ovem perditam & filium prodigum rever„tentem, ad publicanos & peccatores, non „vero ad Chriſtianos pertinere. Verum quid„quid de publicanis & peccatoribus dictum „eſt, ad ægros omnes & miſeros pertinet, „quorum dicta figura ſunt. Sed ais, de ſo-

„lis

„lis ſcriptum eſſe martyribus: *Beati lugen-*
„*tes.* Verum nemo ergo præter illos pec-
„cata plangit? Nonne David clamat: *Lavabo*
„*per ſingulas noctes lectum meum. Pſ.* 6. *v.* 7.

13. „Poſt hæc proponis, ſcriptum eſſe per *Peccatum*
„Dominum: *Omne peccatum & blaſphemia in Spiri-*
„*remittetur hominibus: qui autem in Spiritum tum S.*
„*peccaverit, non dimittetur ei neque hic, ne-*
„*que in futuro.* (*Matth.* 12. *v.* 32. Sed hoc
„exemplum contra te valet; nam ſi omne
„peccatum & blaſphemia relaxabitur, vides
„veniam pœnitentibus non negari. Ergo
„omne peccatum: Ergo ipſa quoque blaſ-
„phemia: habes additum ſecundum Lucam.
„*Et ſi in filium hominis peccaverit, remittetur*
„*ei. Luc.* 12. *v.* 10. In Spiritum Sanctum
„autem delinquit, qui in ea blaſphemat, quæ
„per Sanctum Spiritum gerebantur, uti ex-
„pulſio dæmonum: in ceteris enim pecca-
„tis aut errore labimur, aut metu frangi-
„mur, aut carnis infirmitate ſuperamur:
„hæc cæcitas eſt, Sancti Spiritus opera dia-
„bolo deputare; hoc ergo, quod non di-
„mittitur (*quia ordinarie juſto judicio ejus-*
modi peccatores Deus deſerit, & in repro-
bum ſenſum tradit) reliqua bonis pœniten-
„tibus donantur.

14. „Poſt hæc de ſarmentis & vite pro- *Peccatum*
„ponis, nam ait Dominus: *Omne Sarmen- ad mor-*
„*tum, quod non affert fructum tollet illud, & tem.*
„*omne fructiferum purgabit illud. Joan.* 15.
„*v.* 1. Vides ergo in ſarmento fructum re-

 „quiri,

„quiri, id eſt, bona opera pœnitentiæ.
„*Matth.* 3. *v.* 8. Vides ſarmenta purgari
„per actus pœnitentiæ, quæ Deus non per-
„dit. Eli ſacerdos, ais, dicit: *Si vir in*
„*Deum peccaverit, quis orabit pro illo.* 1.*Reg.* 2.
„*v.* 25. Et Joannes ait: *Eſt peccatum, quod*
„*ad mortem ducit, non pro illo dico, ut de-*
„*preceris.* 1. *Joan.* 5. *v.* 16. Vides hoc totum
„ad peccata manentia pertinere, non ad eos,
„qui aliquando peccaverint, & cœperint pœ-
„nitere, antequam quisquam pro illis roget.
„Quodſi non proderit juſto in tempore ini-
„quitatis ſuæ præterita juſtitia, non oberit
„impio in tempore juſtitiæ ſuæ iniquitas de-
„relicta. *Iſ.* 55. *v.* 7. Si Deus etiam pec-
„cata præterita punivit, annon habet in ſua
„poteſtate mutare ſententiam? Nonne Ra-
„hab, Nabuchodonoſor, Ninivitas pœniten-
„tes a præſenti interitu liberavit? Nonne
„pœnitentibus ad Dominum converſis miſe-
„ricordiam promittit. *Joel.* 2. *v.* 12.

Malum permanens auferendum.

15. „Ais, adhuc ſcriptum: quodſi *manus*
„*tua ſcandalizat te, abjice eam abs te. Matth.* 5.
„*v.* 29. Verum hoc non de pœnitentibus
„dictum, ſed de perſeverantibus in peccato
„& nos ſcandalizantibus dictum eſt, qui quan-
„tumlibet nobis chari relinquendi ſunt. Pro-
„ponis adhuc, dixiſſe Apoſtolum: *Auferte*
„*malum ex vobis.* 1. *Cor.* 5. *v.* 13. Malum
„utique perſeverans; cæterum pœnitentia
„malum non eſt, cum David dicat: *Bonum*
„*eſt, exomologeſin facere Deo. Pſ.* 91. *v.* 2.
„Sed dicit Apoſtolus: *Siquis frater nomine-*
„*tur*

„*tur & ſit fur, aut fornicator. — Cum ejusmodi*
„*nec cibum ſumere.* 1. *Cor.* 5. *v.* 11. Si ni-
„mirum adhuc *ſit* & necdum pœniteat. Et
„quod per Eſaiam Deus clamat: ſimul ini-
„qui & peccatores peribunt, non pœniten-
„tes, quibus apud eumdem Eſaiam Deus
„dicit: *Etſi fuerint peccata veſtra ut phœni-*
„*cium, ut nivem dealbabo. Iſ.* 1. *v.* 18.

16. „Attamen, ais, Apoſtolus condem-
„navit errantem Corinthium, & ſatanæ tra-
„didit. 1. *Cor.* 5. *v.* 3. Sed ad emendan-
„dum, ad pœnitendum, quem etiam acta
„pænitentia abſolvit. 2. *Cor.* 2. *v.* 6. Sed di-
„cis: unum ex mandatis ſolvere non licere,
„nec communicare lupis agnos, nec luci
„tenebras, nec templo Dei idola. Verum
„hæc omnia Novatianos tangunt hæreticos
„malis ſeſe ſociantes. Ais: perdita Hieri-
„cho, & Achar propter furtum veſtis oc-
„ciſus eſt. Quid inde? Cogitate, quod
„etiam Rahab, & adultera in Evangelio
„a morte liberata ſit. Quid vobis prodeſt,
„vultus torquere a miſeris? Nullane in ve-
„ſtris mentibus macula eſt? Intrate ergo jam
„cœlum, quæ ſi ſe longe aliter habeant,
„intelligite, Deum poſſe miſereri miſeris
„fratribus de præterito confitentibus. Nos
„credimus Eccleſiam Dei columbam non
„felle amaram, puteum aquæ vivæ, hor-
„tum concluſum plenum oleribus vilibus &
„pretioſis, arcam Noe, in qua etiam Cham
„fuit, & animalia munda & immunda; nec
„promittimus libertatem, ſed crimina con-

Corinthii pœnitentia.

Eccleſia bonos & malos habet.

Confeſſio.

„feſſi reliquos etiam, ut fateantur, hortamur, & credant in eum, *qui juſtificat impium ex fide. Rom.* 3. *v.* 26. Attendimus „quoque a vobis falſis prophetis, Joannem „vero & Mambrem ſic reſtitiſſe Moyſi, ſicut „vos Catholicis arbitramur. 2. *Tim.* 3. *v.* 8.

Pro peccatoribus oratio bona.

17. „Dicis: *Qui baptizatur a mortuo*, „*nihil proficit. Eccli.* 34. *v.* 30. Utique qui „hæretico fonte dilutus & corrupto Baptiſmo ablutus eſt. Dum vero Cyprianum „mihi pro contrario teſte proponis, qui in „Epiſtola de lapſis Moyſen & Danielem & „Job oraſſe pro peccatoribus dicit, nec impetraſſe. *Ezech.* 14. *v.* 20. Ille cum lapſos „ad pœnitentiam cogeret, qui pœnitere nolebant, dicentes a Martyribus accepiſſe ſe „pacem, docuit, & oſtendit, quod nec Patriarchæ illi pro non pœnitentibus impetrarent; etenim quis liberare poſſit invitum? Sane Moyſes lenivit iram Dei. *Exod.* „32. *v.* 33. Et pro populo non rogavit niſi „pro pœnitente. Noe domum ſuam a ruina „liberavit, Daniel inſtantem Babyloniæ ſapientibus gladium oratione decuſſit; Loth „pro ſalute oppidi oravit: ſic abſolvuntur „a juſtis, qui pœnitere noverunt. Poſtremo vel illud aſpicio: *Ipſi ſoli ſalvi erunt.* „*Ezech.* 14. *v.* 14. Ipſi utique, qui pro peccatoribus deprecantur, impune pro talibus poſtulabunt. Et cur Eccleſiam damnas? cur pro pœnitentibus prohibes deprecari, ſi etiam pro his petere licet, pro „quibus non licet impetrare? Lege diligen-

„tius

„tius Cyprianum meum, lege totam de „lapſis Epiſtolam, lege aliam, quam ad An„tonianum dedit, ubi exemplis omnibus No„vatianus urgetur. Tertullianum etiam poſt „hæreſin (nam multa inde ſumſiſtis) ipſam „Epiſtola ſua, quam Catholicus edidit, au„dies confitentem, poſſe Eccleſiam peccata „dimittere.

18. „Vides ergo Eccleſiam eſſe *reginam* „*in veſte aurata*, *&* *variegata. Pſ.* 44. *v.* 10. „Non eſt coloris unius iſta pictura, quædam „purpuræ martyrum comparatur, aliqua ſe„rico virginali, & tamen una in omnibus „regina componitur: fœcunda vitis eſt; aſpe„rior eſt gemma palmitibus, iſta fortior, „illa ſincerior, hæc ſe diffundit in fructus, „hæc in ſolas exuberat frondes. Vitis ta„men ubique formoſa. Jam & illud atten„dite, num ædificata ſit *in fundamentis Pro„phetarum & Apoſtolorum ex ipſo angulari „lapide Jeſu Chriſto. Eph.* 2. *v.* 20. Si ante „Novatianum cæpit, ſi ante credidit, ſi „a fundamentis prioribus non receſſit, a Chri„ſto non receſſit. Ubi unus, inquis, ibi & „ego, & ubi duo, ibi Eccleſia: ubi unus, „tamen concors, ubi duo, pacifici: ubi „unus, & Eccleſia, quanto magis ubi plu„res? audi David: *Pſallam nomini tuo in „Eccleſia multa. Pſ.* 34. *v.* 18. 'Dominus te „frater Sympronianе in æternum cuſtodire „& protegere dignetur, & Chriſtianum vi„vere faciat ad concordiam ſpiritualem. Amen.

Eccleſia Catholica vera.

S. PACIANI

BARCILONENSIS EPISCOPI PARÆNESIS SIVE EXHORTATORIUS LIBELLUS AD POENITENTIAM.

De criminibus caute loquendum.

1. „Etſi aliquoties de pœnitentium cura„tione non tacui, memor tamen „dominicæ ſollicitudinis errantem unam ovi„culam ad gregem humeris ſuis reportantis „tantæ virtutis exemplum imitabor; unum „illud vereor, ne inculcando, quæ fiunt, ad„moneam magis peccata, quam reprimam, me„liusque fuerit tacere de magnis ſceleribus, „quam cavere, eo usque progreſſis noſtra„tium moribus, ut admonitos ſe exiſtiment, „cum vetantur: hoc enim proxime *cervulus* „ille (ſeu liber contra laſcivam ethnicorum „ceremoniam a S. Paciano ſcriptus & modo „deperditus) perfecit, ut tota illa reprehen„ſio dedecoris expreſſi ac ſæpe repetiti non „compreſſiſſe videatur, ſed erudiiſſe luxuriam. „Me miſerum! quid ego facinoris admiſi? „Puto, neſcierant cervulum facere, niſi illis „reprehendendo monſtraſſem. Verum ſit „illud. Dei refugæ aut extra Eccleſiam con„ſtituti etiam exaſperati ſunt caſtigationis „injuria, indignati ſunt mores ſuos ab ali„quo poſſe reprehendi.

Pœnitentia ad omnes ſpectat.

2. „Vos autem dilectiſſimi mementote „ſcriptum: *Argue ſapientem & amabit te*, „*atque ſtultum & odio te habebit. Prov.* 9. *v.* 8.

„Nul-

illus vero exiſtimet, hunc ipſum de pœ-
entiæ inſtitutione ſermonem ſolis pœni-
ntibus ordinatum, ne dicta velut in alios
ſtinata faſtidiat, cum in hanc quaſi fi-
lam totius Eccleſiæ diſciplina coarctetur,
ando & catechumenis, ne in hoc tran-
nt, & fidelibus, ne in hoc redeant,
ovidendum ſit, ipſis vero pœnitentibus,
celeriter ad hujus operis fructum per-
niant, laborandum. Sermonum autem
orum hic ordo ſervabitur. Primum ut
modo criminum ediſſeram, nequis exi-
net, omnibus omnino peccatis ſummum
crimen impoſitum. Secundo de his fi-
libus dicam, qui remedium ſuum eru-
ſcentes male verecundi ſunt, & inqui-
to corpore & polluta mente communi-
nt in conſpectu hominum timidiſſimi,
te Dominum vero impudentiſſimi; profa-
s manibus & polluto ore contaminant
nctis quoque & angelis altare metuen-
m. Tertio de his erit ſermo, qui con-
ſis bene apertisque criminibus remedia
enitentiæ actusque ipſos exomologeſis ad-
niſtrandæ aut neſciunt aut recuſant. Po-
emo illud apertiſſimum enitemur oſten-
re, quæ pœna ſit aut non agentibus
enitentiam, aut etiam negligentibus, at-
e ideo in vulnere ſuo morientibus; &
æ rurſus ſit corona & præmium con-
entiæ maculas recta & ordinaria confeſ-
ne purgantibus.

Modi peccantium. 3. „Primum igitur de modo peccantium „retractemus, ſedulo requirentes, quæ ſint „peccata, quæ crimina, nequis exiſtimet, „propter innumera delicta, quorum fraudi„bus nullus immunis eſt, me omne homi„num genus indiſcreta pœnitendi lege con„ſtringere. Apud Moyſen & veteres mini„mi quoque peccati rei in eodem infelici„tatis æſtuario volutati ſunt, ſed his car„nalibus & legalibus vitiis nos ſanguis Do„mini liberavit redemtos a ſervitute legis, „& libertate fidei emancipatos, uti ait Apo„ſtolus. *Gal.* 5. *v.* 13. Unde donata ſilva „delictorum in pauca concluſi ſumus & ne„ceſſaria, quæ ſervare facillimum eſſet cre„dentibus, & cavere. Unde poſt Domini „paſſionem Epiſtolam tradiderunt his, qui „ex gentibus crediderant, perferendam Apo„ſtoli in hunc ſenſum: *Viſum eſt Sancto „Spiritui & nobis, nullum amplius imponi „vobis pondus, præterquam ut abſtineatis vos „ab idolothitis, & ſanguine, & fornicatione.* „*Act.* 15. *v.* 24. Hæc eſt novi Teſtamenti „tota concluſio: reliqua peccata meliorum „operum compenſatione curantur; hæc tria „crimina animam intercipere noverunt: qua„re tenacitas humanitate redimetur, & „quæcunque contrariis emendata proficiunt. „Quid vero faciet contemtor Dei? Sangui„narius? fornicator? Numquid aut placare „Dominum deſertor ipſius poterit, aut con„ſervare ſanguinem ſuum, qui fudit alie„num, aut redintegrare templum Dei, qui „illud fornicando violavit? Iſta ſunt capi„talia crimina, iſta mortalia. 4. Er-

4. „Ergo, inquiet aliquis, perituri ſumus? *Occulta etiam peccata ante communionem confitenda.*
:t ubi miſericors Deus? Verum accipite
emedium, ſi deſperare cœpiſtis: ſi miſe-
os vos agnoſcitis, ſi timetis. Vos ergo
rimum appello, qui criminibus admiſſis
œnitentiam recuſatis, poſt impudentiam ti-
iidos, poſt peccata verecundos, qui pec-
are non erubeſcitis, & erubeſcitis confi-
eri, qui cum mala conſcientia Dei San-
:a contingitis, & altare Domini non time-
s. Audite, quid fecerit Dominus. Ozas
itus Arcæ attingens occiſus eſt, & tamen
on ut aliquid ex ea ſumeret, ſed ut de-
linantem ad lapſum contineret. 2. *Reg.* 6.
'lamat item Dominus: *Omnis mundus man-
ucabit carnem. Lev.* 7. *v.* 12. Sed anti-
uum fit iſtud, evolvite Apoſtolos, & no-
ella cognoſcite. In prima Corinthiorum
ap. 11. Paulus hæc intulit: Quicunque
ianducaverit, aut biberit calicem Domini
idigne, reus erit Corporis & ſanguinis
)omini. Intremuiſtisne? annon?

5. „Rogo ergo vos fratres etiam pro *Peccata non reticenda.*
ericulo meo per illum Dominum, quem
cculta non fallunt, deſinite vulneratam
egere conſcientiam: prudentes ægri me-
licos non verentur, ne in occultis quidem
orporum partibus etiam ſecaturos, etiam
eruſturos. Meminimus quosdam remota
tiam & verecunda membrorum non eru-
eſcentes, in ferro & cauterio, & graviſ-
ima illa pulveris mordacitate perduraſſe;
k peccator timebit & erubeſcet, perpe-

„tuam

„tuam vitam præſenti pudore mercari? Et „offerenti manus Domino vulnera male te„cta ſubducet? Et habet aliquid, quod in „illo erubeſcat, qui Dominum læſit? An „ſic melius illi eſt perire, ne pudore mo„riatur? Quodſi fratrum oculos erubeſcitis, „conſortes caſuum veſtrorum timere nolite; „nullum corpus membrorum ſuorum vexa„tione lætatur, pariter dolet, & ad reme„dium conlaborat: & ideo, qui fratribus „peccata ſua non tacet, fratrum ſeu Eccle„ſiæ lachrymis adjutus Chriſti precibus ab„ſolvitur.

Pœnitentia quomodo agenda.

6. „Nunc ad eos ſermo ſit, qui bene vul„nera ſua pœnitentiæ nomine confitentes, „nec quid ſit pœnitentia, nec quæ vulnerum „medicina, noverunt; unde additur morbus „ad cauſam, & vulnus adjungitur, contra„ria imponuntur, & pernitioſa potantur: „quo maxime malo fraternitas hæc laborat „delictis veteribus nova adjungendo pecca„ta. Quid ergo faciam nunc ſacerdos, qui „curare compellor? Serum eſt in ejuſmodi. „Verumtamen ſiquis eſt veſtrum, qui ſecari „& exuri ſuſtineat, adhuc poſſum: ecce Scal„pellum Propheticum: *Convertimini ad Do„minum Deum Veſtrum in jejunio & fletu, & „planctu, & ſcindite corda veſtra. Joel.* 2. „*v.* 12. Nolite hanc ſecturam timere. Su„ſtinuit illam David, jacuit in cinere ſor„denti, ſacco horrente deformis, texuit in „jejunio animam ſuam, lachrymis oculos „conſumpſit. Rex ille Babylonius exomo„loge-

„logeſin deſertus operabatur, & ſeptenni „ſquallore decoquebatur. Ecce ſectio, qui „potuerit tolerare, ſanabitur. Admovebo ad„huc ignes de cauterio Apoſtolico, *judica„vi*, inquit, *tradere ejusmodi hominem Sata„næ in interitum carnis, ut Spiritus ſalvus „ſit in diem Domini.* 1 *Cor.* 5. *v.* 3. Quid „dicitis pœnitentes? Ubi eſt veſtræ carnis „interitus? An quod in ipſa pœnitentia lau„tiores ſemper inceditis, convivio farti, bal„neis expoliti, veſte compoſiti? Hæc non „ſunt pænitentium, ſed flere in conſpectu „Eccleſiæ, perditam vitam ſordida veſte lu„gere, jejunare, orare, provolvi; ſiquis ad „balneum vocet, recuſare delitias, ſiquis „ad convivium roget, dicere: iſta felicibus, „ego deliqui in Dominum, & periclitor, in „æternum perire, quo mihi epulas, qui „Dominum læſi? Tenere præterea paupe„rum manus, viduas obſecrare, presbyte„ris advolvi, exoratricem Eccleſiam depre„cari, omnia prius tentare, quam pereas.

Pœnitentiæ fructus; & impœnitentiæ.

7. „Conſiderate nunc fratres, quis fru„ctus hæc opera, vel contra quis exitus „conſequatur. Peccatoribus delicatis & pœ„nitentiam non agentibus Spiritus Domini „comminatur: In *quantum clarificavit ſe, & „delitias exercuit, tantum date ei tormentum „& luctum. Apoc.* 18. *v.* 7. Et Apoſtolus „Paulus: *Secundum duritiam tuam theſauri„zas tibi iram in die iræ & revelationis juſti „judicii Dei. Rom.* 2. *v.* 4. Timete igitur „juſta judicia, damnate delitias, properat „jam

„jam tempus extremum, tartarus & gehen-
„na laxatos ſinus pandunt: mementote,
„quia apud inferos exomologeſis non eſt,
„nec pœnitentia tunc tribui poterit con-
„ſumpto tempore pœnitendi, feſtinate, dum
„in vita eſtis: ſæculares ignes timemus,
„comparate cum his apices flammarum nulla
„ætate morientium. Rogo vos per Eccleſiæ
„fidem, ne pudeat in hoc opere, ne pigeat
„opportuna quamprimum remedia ſalutis ar-
„ripere, dejicere mœroribus animum, ſacco
„corpus involvere, cinere perfundere, ma-
„cerari jejunio, multorum precibus adjuvari:
„in quantum pœnæ veſtræ non peperciſtis,
„in tantum Deus vobis parcet, *qui ſenten-*
„*tiam flectat adverſus malitias irrogatam. Joel.* 2.
„*v.* 13. Ecce promitto, ſi ad patrem veſtrum
„vera ſatisfactione redeatis, nihil ulterius
„errando, nihil priſtinis adjiciendo peccatis;
„dicendo, peccavimus in conſpectu tuo, pa-
„ternus vos iterum complexus excipiet,
„ecce ipſe ait: *Nolo mortem peccatoris.*
„*Ezech.* 18: *v.* 23. Apocalypſis etiam ſep-
„tem Eccleſiis, niſi pœnitentiam egerint,
„comminatur, nec utique non pœnitentibus
„comminaretur, niſi ignoſceret pœnitenti-
„bus: nec quisquam adeo peccatricis ani-
„mæ vilitate deſperet, ut ſe jam non ne-
„ceſſarium Deo credat. Neminem noſtrum
„perire vult Dominus, etiam modici & mi-
„nimi inquiruntur; ſi non creditis, intue-
„mini. Ecce in Evangelio Drachma inqui-
„ritur, & vicinis inventa monſtratur: ovi-
„cula ſuppoſitis reportanda cervicibus non
„eſt

„eſt oneroſa paſtori: ſuper unum peccato„rem pœnitentiam agentem in cœlis angeli „gaudent, & chorus cœleſtis exultat. Heus „tu peccator, rogare non deſinas, vides, „ubi de tuo reditu gaudeatur. Amen.

S. PACIANI

SERMO DE BAPTISMO.

1. „Aperire deſidero, qualiter in Baptiſ„mo naſcamur, & qualiter innove„mur. Aperiam igitur, quid fuerit ante „gentilitas, quid fides præſtet, quid Bap„tiſmus indulgeat. Accipite ergo, homo „ante Baptiſmum in qua morte ſit poſitus: „ſcitis certe illud antiquum, quod Adam „terrenæ origini reſtitutus ſit, quæ utique „damnatio legem illi æternæ mortis impo„ſuit, & omnibus ab eo poſteris, quos lex „una detinebat; hæc mors in omne genus „dominata eſt ab *Adam usque ad Moyſen*. „*Rom*. 5. *v*. 14. Per Moyſen vero unus „tantum populus electus eſt, ſemen ſcilicet „Abrahæ, ſi mandata juſtitiæ ſervare po„tuiſſet: interea nos omnes ſub peccato te„nebamur, ut fructus eſſemus mortis, ſi„liquarum eſcis & pecorum cuſtodiæ deſti„nati, id eſt, operibus immundis per ma„los angelos, quibus dominantibus nec fa„cere licuit nec ſcire juſtitiam; parere enim „his Dominis res ipſa cogebat.

Status ante Baptiſmum.

2. „Ab

Fidei effectus. 2. „Ab his poteſtatibus, & ab hac n
„qualiter liberati ſimus, attendite. A
„poſtquam peccavit, addictus eſt morti,
„addictio in genus omne defluxit. *Rom*
„*v.* 12. Hoc vero peccatum ante legis
„pora non intelligebatur, ſicut Apoſ
„dicit *l. c. v.* 13. donec enim lex por
„tur, peccatum in mundo non habeb
„hoc eſt, non videbatur, ſed ad legis
„ventum revixit. Verum fruſtra, qui
„prope nemo ſervabat: dicebat enim
„non mœchaberis, &c. non concupiſce
„tamen concupiſcentia cum vitiis omn
„permanebat.

3. „Quis ergo hominem ab interitu
„tuit liberare? Audite Apoſtolum: *G*
„*per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Ro*
„*v.* 25. Quid eſt gratia? peccati rem
„Chriſtus ergo adveniens, hominemque
„ſcipiens, ipſum illum hominem de pote
„peccati purum & innocentem Deo pri
„exhibuit. Sub hoc innocentiæ patroc
„ut primum defenſionem nominis aggr
„eſt Chriſtus in ipſa carne peccati, c
„nuo peccati parens, qui primos hom
„deceperat, feſtinare incepit, æſtuare,
„pidare: vincendus enim erat ſoluta l
„qua ſola hominem vel obtinuerat, vel
„tinere poterat. Armatur ergo adv
„immaculatum, & tentat in deſerto. *Mat*
„Verum ſuperatur inimicus, & cœleſti
„tute diſſolvitur: necdum tamen deſ
„Scribas & Phariſæos ſubornat, qui poſt

s artes & mendacia, quibus Dominum
cipere cogitarunt, poſtquam nihil profi-
bant, noviſſime eum crudeliſſimo genere
ſſionis aggreſſi ſunt, ut vel indignitate
rum vel dolore pœnarum aliquid inju-
m aut faceret, aut diceret, & ita ho-
nem perderet, quem gerebat, & relin-
eretur anima ejus apud inferos, quibus
a lex fuit, ut peccatorem tenerent. Per-
it ergo Chriſtus, *& peccatum non fecit.
Petri.* 2. *v.* 22. Hoc fuit vincere, ſine
cato condemnari; diabolus enim in pec-
tores acceperat poteſtatem, quam ſibi ille
er immaculatum vindicavit, ac ſic ipſe
eratus eſt, id decernens ſuper juſtum,
od illi per legem acceptam non licebat.
que ita *traductis poteſtatibus Chriſtus con-
nnavit peccatum in carne affigens illud cru-
Coloſſ.* 2. *v.* 14. Unde calcatis mortis
leis die tertia reſurrexit in carne, re-
cilians illam Deo, & reſtituens æterni-
i victo eraſoque peccato. Sed ſi ſolus
e vicit, quid ceteris contulit? Breviter
dite: peccatum Adæ in genus omne tran-
rat. *Rom.* 5. *v.* 12. Ergo & juſtitia Chri-
, neceſſe eſt, ut in genus tranſeat, ac
ut ille per peccatum ſtirpem ſuam per-
lit, ita Chriſtus per juſtitiam genus ſuum
me vivificet. *Ibid. v.* 19.

4. „Dicet mihi aliquis: ſed peccatum *Baptiſmi effectus.*
æ merito tranſivit in poſteros, quia ex
ſo geniti erant, & numquid nos a Chri-
„ſto

„ſto geniti ſumus, ut propter ipſum ſa
„eſſe poſſimus? Carnalia cogitare noli
„jam videbitis, qualiter Chriſto parente
„neremur. Noviſſimis temporibus anim
„cum carne accepit Chriſtus ex Mària; h
„venit ſalvam facere, hanc apud inferos r
„reliquit, hanc Spiritui ſuo conjunxit.
„hæ ſunt nuptiæ Domini, ubi fierent d
„in carne una Chriſtus & Eccleſia. Ex
„nuptiis Chriſtiana plebs naſcitur venie
„deſuper Spiritu Domini, noſtrarumque a
„marum ſubſtantiæ ſuperfuſo & admixto p
„tinus ſemente cœleſti viſceribus matris i
„leſcimus, alvoque ejus effuſi vivificamur
„Chriſto. Unde Apoſtolus: *Primus Ad*
„*in animam viventem*, *noviſſimus Adam*
„*Spiritum vivificantem.* 1. *Cor.* 15. *v.* 47.
„generat Chriſtus per ſuos ſacerdotes in E
„cleſia, ut idem Apoſtolus ait: *In Chri*
„*autem ego vos genui.* 1. *Cor.* 4. *v.* 15.
„ita Chriſti ſemen, id eſt, Dei Spiritus
„vum hominem partu fontis exceptum n
„nibus ſacerdotis effundit fide tamen p
„nuba: neque enim aut inſertus in Ec
„ſiam videbitur, qui non credidit, aut
„nitus a Chriſto, qui Spiritum ipſum
Confirmatio. „recepit. Hæc autem compleri nequeu
„niſi lavacri & chriſmatis & antiſtitis
„cramento; lavacro enim peccata purg
„tur, chriſmate Sanctus Spiritus ſuperf
„ditur, utraque vero manu & ore Anti
„tis impetramus, atque ita totus homo
„naſcitur & innovatur, dum depoſitis v
„veteris erroribus, idolorum ſervitute, ſ

„ni

itione ceteriſque vitiis carnis & ſangui-
novos per Spiritum mores ſequamur
Chriſto, fidem, pudicitiam, innocen-
n: quod agentes jam non moriemur
plius, ſed etiamſi in hoc corpore re-
'amur, vivemus in Chriſto, ſicut ait
: *Qui in me crediderit, licet moria-
, vivet. Joan.* 11. *v.* 25. Certi enim
ıus ipſo teſte Domino, Abraham, Iſaac
Jacob, & omnes Sanctos Dei vivere.
. 20. *v.* 38.

. „Soluti itaque de vinculis, ubi per *Baptiſmi gratia cuſtodienda.*
ptiſmi Sacramentum ad ſignum Domini
venimus, diabolo & omnibus angelis ejus
ıntiamus; quodſi quis poſtea oblitus
& redemtionis ignarus ad infirma &
na mundi elementa tranſierit, antiquis
cati vinculis alligabitur, & *fient noviſ-
ı ejus deteriora prioribus. Luc.* 11. *v.* 26.
a & diabolus eum quaſi per fugam vi-
n vehementius illigabit, & Chriſtus jam
eo pati non poterit, quia *qui reſurre-
a mortuis, jam non morietur amplius.
n.* 6. *v.* 9. Igitur ſemel abluimur, ſe-
liberamur, ſemel in regnum immor-
ſuſcipimur. Tenete ergo fortiter, quod
epiſtis, ſervate feliciter, amplius pec-
e nolite, puros vos ex eo & immacu-
ıs in diem Domini reſervate; grandia
nfinita ſunt prœmia fidelibus præſtituta,
*nec oculus vidit, nec auris audivit, nec
ır hominis cor ingreſſa ſunt.* 1. *Cor.* 2.
). Hæc ut accipere poſſitis, juſtitiæ

„laboribus & votis ſpiritualibus obtinete.
„Amen.

B. ISAIÆ ABBATIS SCRIPTA.

Monitum.

B. Iſaiæ Abb. ſcripta.

Iſaias Abbas anachoreticam vitam egiſſe in Sceti traditur, & celebratur a Palladio in *hiſt. Laus. cap.* 15. *& ſeqq.* Reliquit ſermones XXIX. quos ex codice, quem Antonius Gibertus vetuſtis characteribus ſcriptum ipſi commodavit, interpretatus eſt Petrus Franciscus Zinus Veronenſis, inſcriptosque Petro Contareno Paphi Epiſcopo latine vulgavit Venetiis an. 1574. Extat praeterea ejus Regula ſeu praecepta LXVIII. pro Tynonibus, quae Latine Lucas Holſtenius in codice Regularum Romæ an. 1661. edidit. Item capitula XIX. de religioſa exercitatione & quiete, quæ Græce & Latine vulgavit Petrus Poſſinus in theſauro aſcetico Pariſiis an. 1684. Quæ omnia opera D. Gallandius in ſua Biblioth. Vet. P. P. Tomo VII. collegit.

B. ISAIÆ

B. ISAIÆ ABBATIS ORATIONES.

ORATIO I.

Præcepta ad fratres, qui cum ipſo vivebant.

I. „Qui mecum manere vultis, audite: in *Præcepta*
„cella ſua quisque degat, cum ti- *pro fra-*
„more Dei. Opus manuum veſtrarum prop- *tribus.*
„ter Dei mandatum ne contemnatis, Ora-
„tionem aſſiduam ne negligatis: cor a ter-
„renis cogitationibus cuſtodite: ſemper quæ-
„rite, quomodo progrediamini, & vos emen-
„detis cum animi dolore. Mors vobis quo-
„tidie ante oculos verſetur, & dies judicii.
„In menſa nihil loquamini. Noli inveſti-
„gare, quæ ceteri opera fecerint. Si ne-
„ceſſitas poſt menſam colloquium exigat,
„pauciſſima cum humilitate & religione tan-
„quam Deo præſente colloquimini; nec ulla
„de re contendite, aut cuiquam detrahite,
„aut ullum judicate, vel contemnite, aut
„de quoquam quid mali ſuſpicamini, & men-
„dacium odium & invidiam vitate: unum
„in ore promptum, aliud in animo clauſum
„ne habeatis: cogitationes veſtras omnes
„Abbati indicate. In eo virtutem ſitam exi-
„ſtimate, ſi a contentionibus temperetis, res
„adverſas æquo animo patiamini, humilita-
„tem excolatis, voluntatem propriam abne-
„getis, juſtitiæ veſtræ minime confidatis, pec-
„cata veſtra ſemper ob oculos habeatis. Re-

„creatio, mihi credite, & relaxatio, & in-
„nis gloria omnem monachi fructum ex-
„cutiunt.

ORATIO II.

De mente ſecundum naturam.

Mentis renovatio. 1. „Qui vult in illum redire naturæ sta-
„tum, in quo fuerat in Paradiſo
„a Deo conſtitutus, is omnes carnis ſuæ
„amputat voluntates, ut mentem ſuam in
„ſtatum priſtinum redigat. Proinde æmu-
„latio & invidia erga proximum in æmula-
„tionem ad dona præſtantiora & profectum
„in Deum; ira adverſus ſemina mala in nobis
„ab inimico ſparſa, in odium in peccatum;
„animi elatio in humilitatem commutanda
„eſt. Hæc ergo mala ex animis noſtris de-
„leamus, & colamus ea, quæ nobis in
„Sancto corpore ſuo Dominus noſter Jeſus
„Chriſtus oſtendit: Sanctus ille eſt, & in
„Sanctis habitat. Attendamus nobis, &
„operam demus, ut Deo pro viribus placea-
„mus bonis operibus incumbentes; omnia
„ſtudia & curas noſtras ponderemus, & ad
„rectam naturæ normam redigamus, ut in-
„veniamus miſericordiam in die tentationis.
„Dei benignitate ſemper indigemus, quæ in-
„firmitati noſtræ ferat auxilium, & liberet
„nos ab inimicis noſtris; quoniam ejus eſt
„potentia in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORA-

ORATIO III.

Ad fratres juniores inſtitutio.

1. „Humilitas inprimis eſt neceſſaria, quod „in omni ſermone dicendum eſt; „humilitate enim omnes adverſarii artes „ſuperantur. Omnia agenda diligenter ex- „pende, ut in verbis conſtans inveniaris. „Serva gravitatem in vultu, & erga hoſpi- „tes utere manſuetudine. Si cum fratribus „iter ſuſceperis, cura, ut taceas, medite- „ris, & Deo in corde preces fundas: ubi- „cunque diverteris, arrogantiam vita, & „modeſtum & verecundum te præbe. Ad „id, quod appoſitum fuerit, manum quaſi „edere coactus extendito. Si junior es, ne „audeas corpori alterius manum adhibere: „inter dormiendum pallio te & alium ne „cooperias. Sub menſa peccata tua in men- „tem revoca, ne comedas cum voluptate. „Manum ante te ſolum protende. Pallium „tegat pedes tuos, & genua inter ſe con- „juncta ſint. Hoſpitibus comedentibus hi- „lari vultu neceſſaria miniſtra, & cum ede- „re deſierint, dic illis tertio: comedite adhuc „pauxillum. Inter veſcendum oculos tuos „in alium huc & illuc ne conjeceris, nec „ſtulta verba protuleris. Ad nihil quod „velis, manum extende, niſi prius dicas: „benedicite. Cum aquam bibis, guttur tuum „ne ſinas ſonum edere. Si in fratrum con- „ſeſſu pituita tibi moleſta fuerit, eam in eo- „rum conſpectu ne projice, ſed foras egre- *Inſtitutio ad fratres juniores.*

„dere, ibique te expurga. Si oſcitandi te
„cupiditas invaſerit, os clauſum contine,
„nec aperias os tuum, ut rideas. Si in ali-
„qua re erraveris, mendacio ne tegas erro-
„rem tuum, ſed pœnitens veniam pete. Si-
„quis durius te compellarit, ſatisfacias illi,
„antequam animus tuus indignetur. Si ab
„aliquo reprehenſus fueris, ignoſce, dic,
„non amplius faciam. Cum opus aliquod
„diſcis, magiſtrum ſæpius conſule, & ora,
„ut videat, an recte ſe habeat. Si te in
„opere occupatum vocaverit frater tuus, vi-
„de, quid velit, & opere intermiſſo illum ad-
„juva. Quodſi de Deo ſenes colloquantur,
„abbatem roga, utrum tibi audiendum ſit:
„ſi te aliquo miſerit, ne plus minusve fa-
„cias: quæ foris audiveris, revertens nemi-
„ni dixeris.

Hoſpites quomodo exci- piendi.

2. „Hoſpitio exceptus a fratre nequid
„illi præcipias. In eorum ſermones, qui-
„buscum habitas, ne te intrudas. Siquid
„tibi committatur, quod nolis, pugna cum
„voluntate tua, donec eam ſuperes. Si fra-
„ter abs te quid petierit, quod poſſis, id
„facito cum timore Dei. Mane ſurgens an-
„tequam ad opus te conferas, quæ Dei ſunt,
„meditare. Si ad te frater peregrinus ac-
„cedat, læta facie eum ſaluta, ejusque ſar-
„cinam ſuſcipe: cave, ne eum de rebus in-
„utilibus interroges, ſed ad orationem in-
„vita, & libellum ei ad legendum præbe;
„feſſo requiem offer, & pedes lava. Si va-
„gus eſt, in conſpectu aliorum ne eum ad-
„duci-

ducito, ſicut nec, ſi verba inconvenientia protulerit; ſi mendicus eſt, vacuum abs te ne dimittas.

3. „Si peregre proficiſcens apud aliquem diverteris, & ille te ſolum relinquat, ejus ſupellectilem & libros ne curioſe perſpicias. Incognita ne laudes; audita velut certa non affirmes: neminem propter habitum contemne. Si orationi vacas, cave, id facias negligenter, & in hora ſacrificii reſiſte malis cogitationibus: cave, ne corpus ſordidum relinquens ab inani gloria ſeducaris. Junior pulchrum non induat veſtimentum: ad tertium usque cyathum, ſi valetudo poſtulat, vinum bibat: dentes in riſu non aperiat: faciem humi demiſſam teneat. Iturus cubitum zona ſua præcinctus ſit: ſi cum majoribus iter facias, ne præcedas: ingreſſus in civitatem deorſum aſpice: ſi in aliquo loco cibum capturus intelligas mulierem affuturam, ne ibi conſideas, neo ejus veſtes aſpicias, ſi fieri poteſt. *Peregrinantes quomodo ſe gerant.*

ORATIO IV.

Quid in itinere obſervandum.

„Si de cogitationibus tuis ſenem interrogas, & eum fidelem cognoveris, animum illi tuum libere patefacito: ſi fratris peccatum audiveris, nemini communicaveris; eſt enim mors tua. Siquis coram te loquitur adverſus fratrem ſuum, *Alia præcepta.*

„ris, ne forte animo tuo virus infundant.
„Si librum inveneris hæreticorum, cave ne
„illum legas, ſed in doctrina Eccleſiæ per-
„ſiſte, & nihil addas nihil detrahas. Si ju-
„nior es, & corpus nondum in ſervitutem
„redegiſti, ad Patrum virtutes non ita con-
„tendas, ut eas in otio conſequi poſſe con-
„fidas.

Tentationes vincendæ. 4. „Ab inertia fuge, quantum potes,
„hæc enim monachi fructum diſperdit: ſi cum
„vitiis & paſſionibus pugnas, ne defice, &
„Dei auxilium implora. Si ſemina turpitu-
„dinis in corde tuo ſparſa fuerint, totis vi-
„ribus contende, ne coaleſcant; conſidera
„Deum eſſe præſentem, cujus oculis cor
„tuum pateat: ſi ita reſiſtis tentationi, ut
„frangi videatur, ne triumphet cor tuum,
„dæmones enim fugientes inſidias ſtruunt,
„& prælium periculoſius parant, ad quod
„opem Dei implores; ſi autem a Deo non
„exaudiris, ne deſpondeas animum, novit
„enim, quid tibi expediat.

Conſcientia recta ſequenda. 5. „In Dei timore fratres maneamus, &
„virtutes excolentes nullum conſcientiæ of-
„fendiculum præbeamus: quodſi ei parere
„noluerimus, derelinquet nos, & incide-
„mus in manus inimicorum noſtrorum, qui
„noſtri non miſerebuntur. Conſiderate, quid
„eis acciderit, qui voluntatibus ſuis malis
„indulſerunt, & propriam conſcientiam con-
„culcarunt: ne æmulemur eos, ſed ſanctos
„potius imitemur, qui ſanctæ ſuæ conſcien-
„tiæ paruerunt, & regni cœleſtis hæredi-
„tatem

„denter vaca, nec quietem neceſſariam cor„pori nega, ne animus perturbetur: noctis „dimidium pio exercitio, alterum corporis „quieti concedatur. Binas ante cubitum oran„do & pſallendo horas conſume, poſtea quies„ce, & cum te Dominus excitaverit, pre„cationibus incumbe. Ne ineas cum illis „amicitiam, qui tibi aliorum familiaritatem „concilient, ne tibi nimia celebritas detri„mentum afferat.

3. „Si in loco celebri corpus affligis, & „ideo homines te honorant, eum relinque, „ne labor tuus inanis efficiatur: ſi te vagan„di cupiditas invaſerit, corpus in opere ma„nuum vehementius afflige, & ſi, ut opera „tua vendas, ad urbem proficiſceris, ne de „pretio contendas, ſed vende & eme cum „ſimplicitate: ſi coactus in patriam profi„ciſceris, ne liberius converſeris cum con„ſanguineis. Si a cella tua migraveris, quæ „in ea ſunt uſui neceſſaria, relinquito, & „Dominus tibi alibi providebit: ante com„munionem nequid malitiæ habeas cum „fratre tuo. Si verba Scripturæ ad allego„riam transferre poſſis, id facito, ſed cave, „ne litteram deſtruas, vel ſenſui magis cre„das, quam Sanctæ Scripturæ, quod ſu„perbiæ argumentum eſt. Si frater tuus „verbis deceptus hæreticorum a recta fide „per imprudentiam diſceſſerit, & ad eam „revertatur, eum ne deſpexeris; ignorantia „enim aberravit. Cave, ne defendendæ qui„dem fidei cauſa cum hæreticis colloqua-

„ris,

Singularitas vitanda. 2. „Divinum auxilium, & ſpes, :
„ſuetudo, & bona conſcientia, & pr
„voluntatis abnegatio ſunt humilitati
„dicia: arrogantia vero & contentio,
„exiſtimatio, fratrisque deſpectio cordi
„ritiem declarant. Siquid tibi frater re
„derit acerbius, id cum lætitia ſuſcip
„enim recto Dei judicio cogitationes
„examinaris, te peccaſſe animadvertes.
„cum fratribus habitas, & animus te ſl
„lat, ut reſtrictius vivas, dic: frate
„infirmus eſt dominus meus: quodſi
„perantius omnino vivere decreviſti, c
„tibi elige ſeparatim, & noli fratrem
„infirmum affligere. Si frater peregi
„vitio aliquo laborans apud vos diver
„ne eum verbis exploretis, niſi vitium
„apparuerit, ſed cavete, nequid fac
„quod, ſi frater reſcierit, affligatur. S
„ter vos inciderit ſermo de aliquo S
„turæ loco, cui locus ille notus eſt
„eum fratri ſuo modeſte & benigne d
„ret; ea namque Scripturæ maxima c
„tio eſt, ut te humilem præbeas fratri

Item familiaritas. 3. „Quæ mundi ſunt, ne curioſiu
„quiratis, ne latrinis ſimiles ſitis, in
„homines ventris onera deponunt, qua
„tore plenæ ſunt; ſed eſtote potius te
„Dei, ubi mane & veſperi thymiama
„letur. Cavete, ne ulla in re fratribu
„ſtris adverſemini, ne eos perturbetis.
„quis cum patre vel fratre habitat ſpirit
„ne ineat clam amicitiam cum aliquo,

„o

occulte litteras ſcribat, alioquin & ſe & illos perdet. Si cum ſuperiore te habites, noli eo inſcio pauperi benefacere: noli poſt factum petere conſilium, ſed de præſentibus conſule, antequam rem aggrediaris, & morbos animi & corporis & eorum cauſas aperias, & Deum ora, ut quæ ſunt illi placita, ſenes tibi conſulant. Si quavis de cauſa quietem cum fratribus habitans non invenis, cave, ne temere, vel cum triſtitia, vel occulte egrediaris. Opera tua bona in occulto fac, ut pater noſter nobis reddat in manifeſto. Si inter vos oriatur ſermo, qui riſum moveat, cavete, ne vocem veſtram ſinatis exaudiri; ibi enim ſolutior eſt riſus, ubi non eſt diſciplina, nec timor Dei, nec interior animi cuſtodia, quam Deus nobis largiri dignetur, cujus eſt gloria nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO VI.

Qui honeſtam quietem amplecti volunt, eos eſſe curioſos non oportet.

Curioſitas in Sacra Scriptura vitanda.

1. „Qui cum curioſitate ſcrutatur Scripturas, inimicitias invenit & contentionem; at qui luget peccata ſua, pacem reperit. Monachus, qui poſthabita peccatorum ſuorum conſideratione curioſus eſt in ſcrutanda Scriptura, in errore verſatur. Quisquis, antequam ſeipſum poſſideat, quæſtiunculis vacat, quod ſic aut ſic loqua-

„tur

„Deum: aſſidua meditatio, diligentia, vi-
„gilantia, & humilis de ſe exiſtimatio.
„Quatuor ſunt, quæ animum contaminant:
„Verſari in civitate, oculos non cuſtodire,
„mulierum uti familiaritate, eorum, qui in
„mundo ſunt glorioſi, amicitiam ſequi, &
„eorum, qui ſanguine nobis conjuncti ſunt,
„diligere conſuetudinem. Quatuor ſunt,
„quibus in corpore libido concitatur: Som-
„nus usque ad ſatietatem, ciborum copia,
„facetiarum urbanitas, & delitiæ veſtimen-
„torum. Quatuor ſunt, quæ menti tene-
„bras offundunt: odium proximi, & con-
„temtus, & æmulatio, & ſuſpicio. Qua-
„tuor ſunt, quibus anima deſerta redditur:
„Tranſitus de loco in locum, negotiorum
„occupatio, rerum terrenarum amor, & ava-
„ritia. Quatuor ſunt, quibus ad iracun-
„diam incitamur: cum non aſſequimur con-
„cupita, cum propriam amplectimur volun-
„tatem, cum docendi munus accipimus, &
„nos prudentes exiſtimamus. Tria ſunt,
„quæ virtutes omnes conſervant, ſed para-
„tu ſunt difficilia, cordis compunctio, luctus
„propter peccata, & aſſidua mortis medi-
„tatio. Tria ſunt, quæ animæ dominan-
„tur, antequam ad magnam menſuram per-
„veniat, & hæc in mente non ſinunt ha-
„bitare virtutes: captivitas, pigritia, & ob-
„livio. Cernis opera novi hominis & ve-
„teris: qui diligit animam ſuam ne perdat
„eam, ſervat ea, quæ ſunt hominis novi:
„at qui in hoc exiguo vitæ ſpatio requiem
„quærit, ea, quæ ſunt veteris hominis, am-
„ple-

,plectitur, ſed perdit animam ſuam. Sed ,Deus nos cuſtodiat & muniat, ut poſſimus ,miſericordiam reperire cum illis, qui digni ,facti ſunt, ut vera beatitudine fruerentur. ,Ipſi Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto ,gloria nunc & ſemper, & in ſæcula ſæcu- ,lorum. Amen.

ORATIO VIII.

B. Iſaiæ Abbatis Apophthegmata.

„Siquid alicui mutuo dediſti, nec illud „repetis, Jeſu naturam imitaris; ſi ,repetis, naturam Adæ; ſin fœnus exigis, ,perverſum ejusdem morem. Humilitas nec linguam habet, quo de aliquo tamquam ,negligente aut ſuperbo loquatur, neque ,oculos, quibus aliorum errata perſpiciat, ,neque aures, quibus animæ inutilia au- ,diat; nihil denique negotii habet, niſi cum ,peccatis ſuis. Sacræ communionis munus ,eſt, ut nos uniat cum Deo. Cum oramus, ,& aliqua perturbatio viget in corde noſtro, ,inanis nec Deo gratus eſt labor noſter: ,noli mentem tuam ignorantibus aperire, nec voluntatem tuam imprudentibus. Quod- ſi cupis intelligere, an tibi peccata con- donata ſint, illud magnum eſt argumen- tum, ſi nihil ex illis amplius reliquum eſt in corde tuo. Siquis a te doceri vult, nec tamen facit ea, quæ illi præcipis, ſed ſubinde revertitur idem flagitans, de- clina ab eo. Siquis verba pronuntiat in-

„utilia, audire noli, ne perdat an
„tuam, ſicuti primus homo pravis coll
„corruptus eſt. Qui alios docendi ſib
„nus arrogat, lædit animam ſuam, &
„proximum corrigere profitetur, ſibi i
„teritum ſtruit. Siquis virtutes magn
„curationes fecerit, imo & mortuos
„taverit, viderit autem aliquem in om
„peccatis verſantem, eumque deſpe
„ea nihil illi proderunt, quia Chriſti
„bra contemnit. Niſi homo ex totis
„bus, & ex tota mente ſua Deum d
„rit, eique toto corde conjunctus fuerit
„per eum Deus non requieſcit. Si mer
„tequam ſenſus domet, velit in crucem
„ſcendere, rem viribus ſuis majorem a
„ditur. Si diligenter operam das, ne
„das eos, qui te ſecundum Deum
„diunt, Jeſu naturam imitaris, & Ipſ
„ſtodiet te ab omni malo, quoniam
„eſt gloria & Imperium in ſæcula ſæ
„rum.

ORATIO IX.

Ad eos, qui mundo renuntiarun

Monita pro renuntiantibus mundo.

1. „Si mundo renuntiaſti, teque Deo
„pœnitentiam addixiſti, ne ſina
„te affligi cogitatione, quaſi veterum
„catorum veniam non impetraris, n
„rurſus ejus mandata contemnas, & ad
„dem peccata revertaris. Cum mulier
„cibum ne capias, nec tibi cum junior
„familiaritas intercedat. Eodem in le

„

ım nemine dormias; teipſum quoque cum
lus es, dum induis aut exuis, reverere.
ı urget neceſſitas ad tertium usque vini
ıculum bibe: eum ne incolas locum, ubi
eum offendiſti. Orationis ſtudium noli
mittere: Pſalmorum incumbe meditatio-
; ea te in innocentia continebit. Corpo-
ſ afflıctiones amplectere, & vitia repri-
entur: nequa in re tibi placeas, cave:
ccata tua aſſidue defle: cogitationes tuas
omnium conſpectu ne retexeris, ne pro-
mo ſis offendiculo, ſed eas patribus tuis
eri: in labore manus tuas exerce, &
nor Dei tecum habitabit: fratrem pec-
ntem ne deſpexeris, ne incidas in ma-
ıs inimici tui. Eorum, quæ admiſiſti,
emoria ne delectare, ne renoventur in te
ccata tua. Ne ſis apud temetipſum pru-
ns, ne incidas in manus inimicorum.
ır tuum inclina, ut libenter obediat pa-
ıbus, & gratia Dei habitabit in te. Dum
ſides in cella, his tribus aſſidue vaca: ora-
ıni, meditationi, & labori manuum. Ita
ve, ut ſi diem quotidie agas ultimum,
non peccabis. Ventri noli indulgere,
ſ priſtina in te peccata renoventur: in
nni loco & opere deſidiam vita, ne te
imici vis opprimat. Labor, & pauper-
s, & hoſpitalitas, & afflictio & ſilentium
ıriunt humilitatem, humilitas vero ve-
am impetrat omnium peccatorum, & ut
iſericordiam inveniamus cum omnibus
nctis, qui mandatis Dei obtemperarunt.
nen.

ORATIO X.

Ejusdem argumenti.

1. „Cavete, ne quempiam aut aperte aut „in veſtro corde vituperetis. Quanto ſe quisquam negligentius explorat, tanto ſe judicat amiciorem Deo; at qui ſtudet ſe a vitiis & perturbationibus expurgare, perſpicit ſe a Deo quam longiſſime abeſſe. In omni opere & afflictione totis „viribus laboremus, & Deus nos ſine dubio ſuſcipiet cum ſanctis ſuis. Debet homo aſſidue fundere preces in conſpectu Dei „cum humilitate cordis, & corporis afflictione, nec in ullo opere ſibi placere, nec „humanis laudibus extolli, nec vituperationibus deprimi, ſed peccatorum ſuorum recordari. Nullum verbum acerbum exeat „ab ore tuo: neminem coram laudes, aut „usquam vituperes. Beatus, qui luget continenter peccata ſua. Amen.

ORATIO XI.

De grano ſinapis.

Sinapis proprietates.

1. „Grani ſinapis facultates imitemur; „cum enim illud ex omnibus ſeminibus minimum ſit, oſtendit humilitatem nobis eſſe complectendam, ut manſuetudine & patientia nobis omnes homines anteponamus. Rubor in ea verecundiam ſignificat & caſtitatem, ut nullum in „carne noſtra dedecus admittamus; acris in

„co

„eo vis indicat odium adverſus vitia, & „mundi vanitates: quod autem vis ejus non „patet, niſi conteratur, demonſtrat, nihil „virtutem prodeſſe, niſi labore & exercita„tione actio prodeat, & conſequatur; valet „etiam ad corpora condienda, ne putreſcant. „Ad hujus granuli normam nos exploremus; „videamus, utrum illi cordis humilitate, „animi manſuetudine charitatis ardore ſimi„les ſimus. Ipſe autem Dominus Jeſus nos „miſericordia ſua confirmet, ut voluntati „ejus pareamus, quoniam ejus eſt gloria in „ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XII.

De vino.

1. „Vini & naturæ hominis myſterium ſic „intelligitur. Debemus Cor noſtrum „integrum cum ſanctitate ſervare, ſi volu„mus, ut in eo Deus cum lætitia degat: „Cor noſtrum, niſi adinſtar dolii pice illiti „nullas vitiorum rimas habeat, nequit eſſe „domicilium Dei. Fervet initio vinum, ſic „& adoleſcentia: paulatim fervorem remit„tit vinum, tandemque conſiſtit: ſic & ado„leſcentia dum patrum diſciplina eruditur. „Niſi vinum in locis profundis recondatur, „evaneſcit, ſic labores ſunt vani, qui non „in humilitate conſervantur. Vinum, quod „ſæpe movetur, deterius fit; ſic homo ope„ra ſua ex vana gloria oſtentans. Si dolii „os apertum manet, vinum corrumpitur: *Vini proprietates.*

 „idem

„idem accidit in multiloquio facetiisque ſer-„monibus; ſtudioſe igitur ab omnibus pec-„catis caveamus, ut Deus nobis miſericor-„diam largiatur, cujus eſt gloria in ſæcula „ſæculorum. Amen.

ORATIO XIII.

Ad eos, qui initiantur & tendunt ad perfectionem.

In hac oratione ſigna, quæ fecit Dominus Jeſus, antequam in crucem aſcenderet, moraliter exponit: cœcos illuminando ad cognoſcenda futura, claudos dirigendo in viam ſalutis, ſurdis aures ad divina percipienda aperiendo: Leproſos peccatores mundando, & mortuos reſuſcitando: & ſic de reliquis, quæ paſſim nota ſunt.

ORATIO XIV.

B. Iſaiæ Abbatis luctus & lamentatio.

Iſaiæ lamentatio. 1. „Me miſerum! quia necdum a gehen-„næ igne liber ſum: nondum mi-„hi conſtat, quonam hinc ſim profecturus. „Qui conſiderat extrema illa judicia, qui-„bus afficiendus eſt propter peccata ſua, is „animum in cæteris judicandis non habet „occupatum, non eſt curioſus: de cibis non „eſt ſollicitus, patienti animo fert injurias, „riſus ab eo procul abeſt, judicii diei ſem-„per recordatur. Quamdiu ergo hæc, quæ „ante

te me ſunt, negligam? Vulnera, quæ ſa-
ta videbantur, recrudeſcunt: contego
a, ne ab hominibus videantur, & pati
queo, ut medicus ea curet: acerba in-
rre vult medicamenta, ſed ego non pa-
or. In ſumma quid agam ignoro. Lu-
te mecum omnes fratres mei, ut Dei
xilium ad me deſcendat, ut me regat
doceat, quoniam ipſius eſt regnum in
cula ſæculorum. Amen.

ORATIO XV.

De mundi renuntiatione.

„Rationibus noſtris conſulamus, quia „tempus breve eſt: animo vacare on poteſt, qui de corpore ſollicitus eſt. e iis, quæ tibi non proſunt, te adeo iſſe ſollicitum, erubeſces, cum e corpore ceſſeris. Deum time, qui cogitationes in- etur. Quæ coram hominibus facere eru- ſcis, ea & occulte cogitare turpe puta. uamdiu peccato pares, ne te liberum tes; libertas non advenit, eoquod animus rena concupiſcat: ea te cura ſollicitet, od reſurrecturus ſis, & Deo rationem dditurus. Quotidie antequam Deo pre- s effundas tecum conſidera, an vitium peraris: pœnitentia ſine humilitate & cor- oris afflictione non agitur. Si voluptas nſus tuos titillaverit, primos cogitatio- is impetus prohibe, ne te corripiant, Deum ſe præſentem recordare, cujus oculis cor- *Renuntiatio mundi.*

„dis arcana ſunt manifeſta. Qui credit ſi[bi] „poſt mortem judicium eſſe ſubeundum, nul„la in re judicat proximum ſuum. Qui cre„dit, futurum eſſe ſanctorum regnum, ca„vet, ne in parvis aut minimis rebus pec„cet, ut fiat vas electum; qui credit cor„pus ſuum reſurrecturum, debet illud a[b] „omni ſorde purum ſervare. Nihil eſt i[n] „hoc mundo, quod eum, in quo charita[s] „Dei habitat, poſſit ab illa ſeparare. Utinam „& nos inter illos reperiat Deus, cui glo„ria in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XVI.

Ejuſdem argumenti.

Solitudinis commoda.

1. „Difficile videtur patria relicta in ſoli„tudinem ſe conferre; ſtatim eni[m] „ejusmodi cogitationes te circumvenient[:] „quomodo tentationes laturus ſis, & aſpe„ram paupertatem & morbos ſine medico[.] „Sic autem explorat te bonitas Dei, ut cha„ritas tua erga ipſum appareat. Deniqu[e] „cum in cella ſolus eris, invadent te gra„viſſimæ timoris cogitationes: ſervat, in„quient, hominem non ſolitudo, ſed obſer„vatio mandatorum Dei, tibique in memo„riam redigunt cognatos & dicent: nonne „& iſti ſunt ſervi Dei? Aeris præterea pro„ponent intemperiem, ut animum deſpon„deas. Sed ſi in te charitas, ſpesque fue„rit, malitia nihil proficiet, ſed tuus in „Deum amor pateſiet, quo eum magis dili„gas,

„gas, quam quietem carnis. Solitudinis af-„flictio perducit hominem ad ſpem, ſpes de-„fendit ab inimicis ex carne.

2. „Magnum exiſtimo inanem gloriam „vincere; nam qui ejus perturbatione tene-„tur, procul abeſt a pace. Tu ergo labores „cela virtutesque tuas, & cave, ne lingua „tua tibi illas ſurripiat: quia, qui gloriam „hominum diligit, vitiorum expers eſſe non „poteſt, ſed æmulatio & invidia habitant in „eo, & cor ejus a dœmonibus convulnera-„tur, cum explendæ cupiditatis ſuæ locum „non ſemper inveniat, finis autem ejus in-„teritus. Humilibus a Deo peccata rete-„guntur, ut ea agnoſcant & pœnitentiam „agant, & ſanctis virtutibus animam nu-„triant. Tales non curant hominum contu-„melias ſuorum memores peccatorum. Pa-„tientiam igitur & charitatem amplectere; „patientia enim iracundiam vincit, & cha-„ritas moleſtiam abſtergit. Quodſi tibi ad-„huc objicientur, quibus adverſus proximum „iraſcaris, iraſcere adverſus dæmones, cum „proximo autem pacem retine. Si mundo „renuntiaſti, caveto a dæmone triſtitiam „afferente, ne te impediat, quominus ad „magnas virtutes pervenias, quæ in eo ſitæ „ſunt, ut tibi non placeas, æquo animo „contumeliam feras, gaudeasque te ad nul-„lum ſæculi negotium aptum exiſtimari. Sta „igitur in cuſtodia cordis tui, & ſenſibus „tuis attende, ut memoria tua ab omnibus „mundi cogitationibus conquieſcat, ne ani-

Vana gloria vitanda.

„mum

„mum coinquinent. Si ardenti ſtudio divi„nis mandatis incubueris, intelliges eos, qui „te perturbant; mentem enim perterreſa„ciunt, ut extollatur & iners fiat, quæ „deſidia ea ſuadet loca conquirere, in qui„bus laudem inveniamus.

Senſuum cuſtodia. 3. „Si ſenſibus tuis vis perfecte mederi, „Chriſti crucem amplectere, in eaque ve„ram omnium ægritudinum medicinam in„venies. Si te invito cor tuum extollitur, „& ad ea, quæ nolis, facienda pertrahitur, „id ex vetere Adam ſcito proficiſci. Si cor „tuum peccatum odit, & abhorret ab oc„caſionibus peccati, & Deum ſupplicaveris, „ut tibi ferat auxilium, diligenter ſtudens „ne illos malitia afficias, qui docent te ſe„cundum Deum, id ex natura eſt novi „Adam, qui te nulla in re decipi patietur. „Cave igitur ab iis, quæ peccatum gene„rant. Avaritia mater eſt omnium pecca„torum: Acedia propriam fovet volunta„tem; voluntas propria ſuperbia intumeſcit, „& contemtum gignit: cor ſibi placens mun„danæ conſuetudinis parit cupiditatem, un„de colloquia inutilia, obtrectationes, nu„gæ & alia. Qui cupit proficere, caveat ab „occaſionibus peccatorum, & ita peccata „comprimet; humilitas autem faciet, ut ag„noſcamus peccata noſtra, quibus Deum of„fendimus, eaque confiteamur & defleamus, „& veniam & miſericordiam impetremus ab „ipſo Deo, cui poteſtas & gloria in ſæcula „ſæculorum. Amen.

ORA-

ORATIO XVII.

De gaudio animæ Deo ſervientis.

1. „Beatus ille, in quo nihil malitiæ ineſt, „quoniam gaudium ejus & lætitia „& quies & corona eſt imortalis, hujus au„tem mundi divitiæ & voluptates vanæ ſunt. „Curam ergo noſtri geramus cum ſeveritate, „deſiderioque in Deum feramur: pauperes „benigne complectamur, ut nos ab avaritia „liberet; omnes pariter diligamus neminem „odio proſequentes, & ab æmulatione li„berabimur. Pacem cum omnibus habea„mus, & humilitatem ſervemus, ut a ſu„perbia liberi ſimus: proximum noſtrum, „etiamſi vituperemur ab eo, honore proſe„quamur, & a maledicentia erimus alieni: „mundi delitias & dignitates contemnamus, „ut ab invidia ſimus integri: linguam in Dei „laudibus & precibus contineamus, ut men„dacium a nobis abſit: animum & corpus „noſtrum a libidine arceamus, ut puri ca„ſtique ſimus. Nihil in hoc mundo ſpei po„nas, ne te perdat, res enim has omnes de„relinques, quidquid autem geſſeris propter „Deum, te neceſſitatis tempore comitabitur: „quæ mundi ſunt, odio proſequere, ut „Deum cor tuum videat: a murmurationi„bus tempera, ne te ſerpentes devorent: „noli vinum diligere ad ebrietatem, ne Dei „lætitia priveris. Pios homines dilige, ut „per ipſos miſericordiam conſequaris: San„ctos homines cole, ut zelus eorum co„medat te. *Servitium Dei gaudium generat.*

2. „Reg-

2. „Regni cœlorum recordare, ut ejus „memoria te alliciat: gehennam conſidera, „ut ejus opera tibi ſint inviſa. Quotidie „mane ſurgens cogita Deo te factorum ra„tionem redditurum, & non peccabis. Vi„gila adverſus Spiritum triſtitiam afferentem. „Triſtitia, quæ ex Deo eſt, lætitiam affert, „& hominem confirmat in voluntate Dei; „qui autem dicit tibi: Veniam & pœniten„tiam non invenies, is ab inimico eſt, quæ„rens, ut incidas in deſperationem. Eo„rum, qui virtutes capeſſunt, eſt, ut ſi ce„ciderint, non deſperent, ſed exſurgant. „Moderati corporis labores in excolendis vir„tutibus proſunt. Ex inertia pullulant vi„tia, Eleemoſyna fiduciam parit: bonitas „mater eſt caſtitatis: animi diſtractio gignit „cupiditates. Somnus immodicus hebetat „animum, moderatus illum acuit.

3. „Qui conſcientiam conculcat, virtu„tes excutit e corde ſuo. Mundi colloquia „cordi tenebras offundunt, & a virtutibus „deterrent. Rerum amor terrenarum men„tem perturbat, earum vero contemtus af„fert tranquillitatem. Qui celat cogitatio„nes ſuas, mundi gloriam quærit; qui au„tem eas Patribus aperit, fugat eas a ſe. „Virtutum finis eſt charitas, & vitiorum „extremum eſt, juſtum ſe exiſtimare. Qui „ſeipſum non reprehendit, ab iracundia ſu„peratur. Qui cum hominibus mundo de„ditis verſatur, ſermonesque confert, ani„mam ſuam perturbat adimens illi fiduciam

„in

oratione. Qui labores libenter ſumit,
cile vitia domat. Ne te civilibus nego-
is implices, & animus tuus tranquillus
rit. Ne confidas viribus tuis, & divi-
im auxilium aderit tibi. Oculos tuos
iſtodi, & cor tuum improba non conſpi-
et. Inimici jacturam ne cupias audire,
cor tuum ultione gaudeat. Aures tuas
ſera, ne tibi compares inimicos. Ope-
& labore manum exerce, ut pauper pa-
m inveniat. Qui mortem cogitat appro-
nquare, facile temperat a peccatis; qui
ro diu ſe victurum ſperat, multis pec-
tis irretitur.

4. „Cum te cogitatio ſtimulat, quod fra- *Remedia*
em offenderis, ne illam contemnas, ſed *contra*
pplex ab eo veniam pete. Ne durus ſis *vitia.*
lverſus fratrem tuum. Si cum aliis fra-
ibus habitas, noli ſemper illis imperare,
d ſimul labora, ne mercedem tuam amit-
s. Si tibi de victu & veſtitu dæmones
llicitudinem injecerint, aut inopiam ex-
obrarint, nihil eis reſponde, ſed te ante
eum proſterne, & ipſe te conſolabitur.
ve, ne in orationibus tuis negligens ſis;
illis enim lumen ad animam venit. Si
ulta bona feceris, ne glorieris, ſi multa
ala, ne deſperes, ſed attende, ne illis am-
ius obſtringaris. Si libido te premit, cor-
is tuum afflige, & quietem invenies; ſi
livor invaſerit, cogita nos omnes eſſe
hriſti membra, proximique honorem &
nominiam eſſe nobis communem. Si te

„gula

„gula oppugnat, fœtorem inde provenien-
„tem conſidera, & conquieſces: ſi obtre-
„ctandi vitium adoritur, cogita quam abje-
„cti ſit animi, inviſumque Deo. Si te ſu-
„perbia occupat, recordare, per illam ex-
„cuti omnes virtutum fructus: ſi te proxim
„contemtus invadit, cogita Deum traditu-
„rum te in manus inimicorum tuorum. S
„cor tuum trahit corporis pulchritudo, qu
„intus ſit in eo fœditas, conſidera: ſi fœmi-
„næ voluptas tibi jucunda eſt, mortuas me-
„moria repete, & quieſces.

5. „Hæc igitur omnia rationis judici
„diſcutiuntur, quod ſine exercitatione obti-
„neri non poteſt; unde primo quies eſt ne-
„ceſſaria, quæ ſtudium parit, ex quo hu-
„manæ miſeriæ cognitio naſcitur, quæ gi-
„nit timorem Dei, ex quo provenit humili-
„tas, ex qua prudentia, & ex hac dilectio,
„quæ ſervat animam a perturbationibus. Ad
„hæc virtutum ornamenta qui cupit accede-
„re, humanam omnem abjiciat ſollicitudi-
„nem, & ſe ad mortem præparet, & quo-
„ties orat, conſideret id, quod eum a Deo
„ſeparat, illudque vitet; & Deus illi hæc
„munera celeriter largietur, ad quæ nemo
„aſpirabit, qui vino cibisque indulget. Ab-
„ſtineamus ergo ab omni opere malo, ut
„ſervari poſſimus in tempore tentationis, quæ
„ventura eſt ſuper mundum univerſum; ne-
„que enim tardat Dominus noſter Jeſus Chri-
„ſtus, ſed veniet prœmia ſecum ferens, at-
„que impios quidem mittat in ignem æter-

„num,

um, piis autem mercedem tribuet, & ngredientur cum ipſo in regnum cœleſte, ubi conquieſcent in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XVIII.

De injuriarum oblivione.

„Dominus in Evangelio ait: *Dimittite „omnia peccata debitoribus veſtris, ut & vobis dimittat Pater veſter peccata veſtra. Matth. 6. v. 14.* Verbum Domini terribile, niſi cor tuum videris erga omnes purum, cave petas aliquid a Deo, ne teipſum afficias ignominia, qui cum ſuccenſeas proximo tuo, tamen corda ſcrutanti audeas dicere: dimitte mihi peccata mea. Quamobrem ſi puram vis orationem offerre, prius excute mentem tuam, ut ſi dixeris: miſerere mei, ipſe quoque precanis te miſerearis: ſi dixeris: ignoſce mihi, tu item inimicis tuis ignoſcas: ſi dixeris, ne reminiſcaris delicta mea, nec tu proximi tui delicta recorderis. Totam charitatis vim oſtendi tibi, ut quod a Deo tibi is fieri, id prior ipſe facias. Cor igitur uum ita confirma, ut omnes injurias oblivione deleas voluntaria; id quod aſſequeris, i peccata tua ſemper ante oculos habueris, & gehennæ timor te invaſerit. *Injuriæ obliviſcendæ.*

2. „Petrus Apoſtolus, cum Romæ eſſet affigendus cruci, oravit, ut capite demiſſo „ſuſpen- *S. Petrus demiſſo capite crucifixus.*

„ſuſpenderetur: quo myſterio, quæ naturæ „contraria ſunt, & homini dominantur, in-„dicavit eſſe crucifigenda, & omnia deſpi-„cienda, quæ apud homines in pretio ſunt, „lucrum, honor, & cætera his ſimilia, quæ „nutriunt voluptatem. Beatus, qui cum „Chriſto crucifixus, mortuus & ſepultus eſt, „ac reſurrexit in novitate vitæ, & ſancta Jeſu „veſtigia ſequitur, qui factus eſt homo, ut „ei per humilitatem & paupertatem, & in-„juriarum tolerantiam ſimiles efficiamur. Qui „vitiis ſublatis hæc complectitur, is ex Chri-„ſto eſt, & Filius Dei, & frater Jeſu. Fa-„xit Deus, ut nos omnes ſimus in nume-„ro electorum ejus, & bonis potiamur ſem-„piternis in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui „gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XIX.

De morbis animi.

Morbi animi. 1. „Si teipſum noſti, ſi fons in te fluit Spi-„ritus Sancti, conſtat perditos eſſe „inimicos tuos. *Regnum Dei intra vos eſt*, „ait Salvator. *Luc.* 17. *v.* 21. Sunt, qui „loquuntur ea, quæ regni ſunt, nec tamen „faciunt: ſunt rurſus, qui ea faciunt, ſed „minus ſcienter & conſiderate; pauciſſimi, „intra quos ſit regnum Dei, *qui non ex ſan-„guinibus, neque ex voluntate Viri, ſed ex „Deo nati ſunt. Joan.* 1. Sumus autem filii „Dei per bonas Spiritus Sancti cogitationes „& Chriſti paſſiones, ſi vere ſunt in corpo-„re

„re noſtro; ſic enim ab Apoſtolo ſcriptum „eſt: *Probate vosmetipſos, utrum Chriſtus in „vobis ſit, ne forte reprobi ſitis.* 2. *Cor.* 13. „*v.* 5. Quando enim ferebamus *imaginem „terreni.* 1. *Cor.* 15. *v.* 49. Cognoſcebamus „nos, ejus eſſe filios ex turpi materia cogi„tationum in nobis habitantium, quæ ſunt „morbi animi; qui autem *cæleſtis* geſtant „imaginem, cognoſcunt ſe Dei filios per „Spiritum Sanctum in ipſis habitantem. Ad„juvet igitur Deus infirmitatem noſtram, ut „in numero Sanctorum ejus eſſe mereamur „per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

ORATIO XX.

De Humilitate.

„Quid eſt humilitas? Humilitas eſt, cum „quis ſe peccatorem exiſtimat, & nihil boni facere in conſpectu Dei. Hu„militatis exercet officia, qui ſilentium co„lit, qui ſibi non placet in ulla re, qui non „eſt contentioſus, qui ſe ſubjicit omnibus, „qui oculos humi defixos tenet, qui mor„tem aſſidue meditatur, qui a mendacio, „nugis, & ſermonibus inutilibus abhorret, „qui majoribus non adverſatur, qui ſenten„tiam ſuam minime defendit, qui æquo ani„mo fert contumeliam, qui otium fugit, „qui labores libenter ſubit, qui neminem „irritat. Concedat nobis Deus, ut fructus „feramus dignos æterna vita, cui gloria in „ſæcula ſæculorum. Amen.

Humilitatis aſſicta.

ORATIO XXI.

De Pœnitentia.

æ viæ. 1. „Duæ ſunt viæ, una vitæ, mortis altera, qui per hanc ingreditur, in illa non ambulat, & per propriam meditationem fit, ut mens utramque viam diſcernat, & unam quidem fugiat, alteram vero diligat: cui enim nota eſt dilectio, huic perſpectum eſt odium, & qui ſcit virtutum fructus, is etiam ſcit fructus malitiæ, quos timor Dei eradicat, quem ſi amplectaris, tempus omne cum tranquillitate traduces.

undus id. 2. „In cella recte quietem & ſilentium colit, qui ſupplex ante Deum aſſidue vacat orationi, & malas cogitationes repellit, id enim eſt a mundo fugere: mundus quippe eſt animi ad peccata diſtractio. Mundus eſt, cum ea, quæ naturæ contaria ſunt, ſequimur, mundus eſt, cum carnis voluptates implemus; mundus eſt, cum arbitramur, diu nos in hoc ſæculo permanſuros; mundus eſt, cum majorem corporis quam animæ curam gerimus; mundus eſt, cum caducis gloriamur. Quare ſi dicis te mundo renuntiaſſe, & ea, quæ mundi ſunt, facere deprehenderis, teipſum decipis: nam non poterimus ad regnum, quod cupimus, pervenire, niſi prius decreverimus odio perſequi ea, quæ ad mundum alliciunt.

3. „Por-

3. „Porro monet nos, ne in ſola fide, in „qua non inſunt opera, confidamus: *In„greſſus, inquit, rex, ut recumbentes videret, „aſpexit illic hominem non indutum veſte nup„tiarum, & juſſit eum extrudi in tenebras ex„teriores. Matth.* 22. *v.* 11. Ingrediuntur „enim, quia ſunt nomine Chriſtiani, ejiciun„tur, quia non habent opera nomini con„gruentia. Demus igitur operam, ut in„duamus veſtimenta virtutum, ne foras ex„turbemur. Conſideremus, quanta nos, qui „in hoc mundo certamus, & carnis volunta„tem odimus, charitas amplectatur, ſiquidem „regnaturi ſumus cum Chriſto in infinita ſæ„cula. Exploremus ergo nos, utrum Chri„ſtum induerimus, an non. Agnoſcitur Chri„ſtus per caſtitatem; caſtus eſt enim, & in „caſtis habitat; quomodo igitur caſti ſint, „niſi deſinant ea flagitia facere, quæ fa„ciebant? *Opera bona neceſſaria.*

4. „Convertamus proinde nos in toto „corde, nec peccando defatigemur, & Deus „celeriter nos exaudiet; miſericors enim eſt, „nec magis quidquam cupit, quam ut pec„cator reſipiſcat & convertatur. Dum ad ejus „clementiam confugere poſſumus, & miſeri„cordiæ ejus divitiis perfrui, reſipiſcamus in „toto corde: dum ſumus in corpore, ad illum „revertamur, cum exiguum ſit hujus vitæ „curriculum: quodſi fecerimus, gaudium „æternum conſequemur. Sin retro nos con„verterimus, ſimiles erimus adoleſcenti illi, „qui Dominum Jeſum interrogavit, quid ſibi *Exhortatio ad pœnitentiam.*

„agendum eſſet, ut ſalvus fieret, cui Do-
„minus cùm reſpondiſſet: *Vende omnia, quæ*
„*habes, & da pauperibus, & tolle crucem*
„*tuam & ſequere me. Luc.* 18. *v.* 22. *His*
„*ille auditis triſtis diſceſſit:* intelligebat enim,
„grave eſſe, dare cuncta pauperibus, ſed
„multo gravius crucem ſuam geſtare, quod
„eſt omne peccatum deſtruere, unde & cha-
„ritas naſcitur, ſine qua non eſt crux. Ex-
„cutiamus ergo a nobis velum tenebrarum,
„quod eſt oblivio, ut pœnitentiæ lucem aſpi-
„ciamus: quod ſi corda non ita cuſtodivi-
„mus, ſicut patres noſtri, nunc ſaltem ea
„a peccatis cuſtodiamus, ſperemusque nos
„item famis tempore apud eum miſericor-
„diam conſecuturos, ſicut invenerunt ſancti
„omnes. Quamvis enim *alia ſit ſolis gloria,*
„*alia lunæ, & ſtella a ſtella differat in cla-*
„*ritate.* 1. *Cor.* 15. *v.* 41. In eodem tamen
„ſunt firmamento, & gloria atque honor
„omnium eſt ipſius Dei in ſæcula ſæculo-
„rum. Amen.

ORATIO XXII.

De operibus hominis novi.

Circumciſio Chriſtianorum.

1. „Tria ſunt, quibus Hebræus ab aliis
„diſtinguitur: Circumciſio & Pa-
„ſcha & Sabbatum. Primus Abraham cir-
„cumciſus eſt. *Gen.* 17. *v.* 12. Id eſt ſig-
„num hominis novi, quod in ſancto corpo-
„re ſuo Dominus Jeſus admiſit, de quo Apo-
„ſtolus ait: *In quo circumciſi eſtis circumci-*
„*ſione*

„*ſione non manufacta in exſpoliatione corporis* „*carnis, ſed in circumciſione Chriſti, conſe-* „*pulti ei in Baptismo, in quo & ſurrexiſtis* „*per fidem operationis Dei.* *Coloſſ.* 2. *v.* 11. „Et hæc quidem de circumciſione, quæ „qui non obſervat non eſt circumciſus, nec „vere Chriſtianus, quia irritum fecit pactum, „quod proprio ſanguine ſancto ſuo Dominus „Jeſus ſancivit.

2. „Nunc de ſancto Paſcha dicendum „eſt, de quo lex datur. *Exod.* 12. *v.* 43. „*Renes veſtros accingetis.* Ut de caſtitate & „munditia intelligamus. *Calceamenta in pe-* „*dibus* ſignificant, ut prompti ſimus ad fu- „gienda omnia, quæ conſcientiam macu- „lant: per *baculum* ſpes indicatur & forti- „tudo tendentium ad terram promiſſionis. „*Sanguis Agni* ſignificat ſanguinem Domini „Jeſu, qui factus homo venit ad nos, ut „filios Iſrael duceret ad promiſſam cœli hæ- „reditatem. Apparent, qui inſtructi ſunt, & „*ſignum* in anima impreſſum habent. *Hyſ-* „*ſopi faſciculus* indicat afflictonem; jubet „enim, ut cum *lactucis agreſtibus* amaris co- „medatur. Expende, utrum ſis circum- „ciſus, & domus tuæ fores inunxeris Agni „ſanguine immaculati; utrum ab omni ter- „rena cogitatione te removeris; utrum te „ipſum ſic inſtruxeris, ut intrepide in ter- „ram promiſſionis ingrediaris.

Paſcha Chriſtianorum.

3. „Deinceps de Sabbato dicendum eſt. *Exod.* 20. *v.* 18. At Dominus noſter Jeſus ve-

Sabbatum Chriſtianorum.

„verum ipſe Sabbatum obſervavit, docuit-„que, quomodo deberet obſervari; quievit „enim Dominus Jeſus die ſeptimo & bene-„dixit ei, quoniam requievit ab omnibus „operibus, quibus humanas deſtruxerat in-„firmitates: *ingrediens enim*, ait Apoſtolus, *in „requiem ſuam ab omnibus operibus ſuis quie-„vit, quemadmodum & a ſuis Deus. Hebr.* 4. „*v.* 10. Hoc verum eſt Sabbatum, quod „qui non obſervat, non eſt Chriſtianus; quis-„quis enim gravia fert onera peccatorum, „is Sabbatum violat. Attendamus igitur „nobis, utrum Chriſti ſequamur veſtigia: „Ipſe ſine peccato eſt, & ſe nobis omnibus „in rebus exemplum propoſuit. Agnoſca-„mus illum ex ejus operibus, & nos ex „operibus noſtris: ſancta illius mandata di-„ligenter obſervemus, & proprias abnega-„bimus voluntates: hæc enim perdit om-„nes virtutes. Qui cogitationes ſuas recte „diſponit ac moderatur, propriam abnegat „voluntatem, & manſuetudinem amplectitur.

Virtutes veri Chriſtiani.

4. „Porro humilitatis eſt propriam vo-„luntatem ſubjicere proximi voluntati. Cor-„dis munditia gratas Deo preces perſolvit: „cui propria diſplicent vitia, lachrymis va-„cat: charitas non judicat proximum; pa-„tientia non meminit injuriarum. Qui Deum „diligit, vindictam non appetit; qui ſilen-„tium & quietem colit, quod ſibi minus „obediatur, non commovetur: animus pau-„pertatis ſtudioſus innocens eſt: qui propriis „ſenſibus dominatur, in pace degit: qui mi-

„tis

„tis eſt, omnia perfert: qui miſericors, facile
„ignoſcit. Propriæ voluntatis abnegatio
„gignit hæc omnia. Nihil in omnibus Scrip-
„turis perſpicio, quod magis ab homine
„Deus exigat, quam ut in omnibus rebus
„humiliet ſe proximo ſuo, & propriam ab-
„neget voluntatem, & Dei ſemper auxilium
„imploret. Contentionem vero pariunt
„multiloquium, curioſitas, adulatio, ar-
„rogantia, & linguæ duplicitas: anima illius,
„in quo hæc ſunt, virtutum expers eſt. Vos
„autem nulli rei Deo inviſæ acquieſcatis,
„ſed ab omnibus peccatis abhorrentes cun-
„ctis malitiæ operibus mortui ſitis: ſic enim
„Deus, qui non mentitur, aderit nobis, &
„infirmitatem noſtram miſericordia ſua con-
„firmabit. Amen.

ORATIO XXIII.

De Perfectione.

1. „Niſi quis fidem in Deum poſſideat, *Perfectio Chriſtiana.*
„aſſiduo ejus flagret deſiderio, ne-
„mini noceat, malum pro malo non reddat,
„ſe affligat, humilitatem & caſtitatem co-
„lat, mundo renuntiet, manſuetus ſit & pa-
„tiens, aſſiduo Deum precetur, veram cha-
„ritatem ampleſtatur, ad anteriora conten-
„dat, neque ſuis bonis operibus confiſus di-
„vinum quotidie imploret auxilium, ſalu-
„tem aſſequi non poteſt. Ne contemnas con-
„ſcientiam tuam, neque tibi confidas, etſi
„in aliquo pretio apud Deum eſſe videaris;

„qui enim ex animo pie Deum quærit, is
„ſtat in timore, ne diſpliceat Deo, & ſem-
„per a conſcientia ſtimulatur, quod aliqua
„in re defecerit.

Pœnitentia vera quæ.

2. „Siquis peccata ſua lugere ſe dicit,
„neque ab illis recedit, is ſeipſum decipit,
„& qui poſt habita peccatorum ſuorum cu-
„ratione aliis mederi ſtudet, præpoſtere agit.
„Qui vere pœnitentiam agit, proximum non
„judicat; ſatis enim ſua peccata cuique ne-
„gotii præbent, nec ſpatium relinquunt, ut
„aliena curet. Si peccata tua ante oculos
„ſemper habueris, ædificium, quod extru-
„xit pœnitentiæ luctus, conſervabis, & tu-
„te tibi notum eſſe intelliges, & ubi ſis,
„& cor tuum tamquam victoria parta non
„extolletur. Ne viciſſe te putes, dum pug-
„nas: ſive enim vigilemus ſive dormiamus,
„non ceſſat nos adverſarius oppugnare. Quid
„dicemus nos miſeri, qui nec quomodo pug-
„nandum ſit, aut ad requiem contenden-
„dum, conſideramus? Væ illis, qui tempus
„conſumunt, putantque ſe eſſe ſine pecca-
„tis, nec volunt pœnitentiam agere: angu-
„ſta eſt porta ad vitam, & pauci inveniunt
„eam. *Matth.* 7. *v.* 14. Siquis aliquid peſti-
„ferum viderit, timore perterritus fugit; &
„imprudens anima, cum mortifera cernat,
„non fugit, ſed audacter cum illis verſatur,
„ideo ſine fructu tempus omne conſumit.

ORA-

ORATIO XXIV.

De Tranquillitate.

„Tranquillitas ab omnibus eſt perturbatio- *Tranquillitatis dotes.*
„nibus vacua, & nulla re indiget; eſt
enim in Deo & Deus in illa: inimicos non
habet, non lapſum, non incredulitatem,
non perturbationis laborem, non rei cujus-
quam cupiditatem: magnæ denique & in-
numerabiles ſunt ejusdem dotes. Ab hac
procul abeſt, qui aliqua laborat perturba-
tione: hæc eſt illa charitas, quam nos Do-
minus Jeſus docuit omnibus exhibere: ad
hanc imperiti nonnulli putant ſe perveniſſe,
cum adhuc animi morbis divexentur, &
corporis immunditia ſordeant, & ab omni
virtute ſint remotiſſimi. Ignoſcite mihi,
quæſo per Deum, cui gloria in ſæcula ſæ-
culorum. Amen.

ORATIO XXV.

Ad Petrum Abbatem diſcipulum ſuum.

I. „Fieri non poteſt, ut mens ſæculi cu- *Servitus Dei quæ.*
„ris obvoluta Deo ſerviat: Dei au-
„tem ſervitus requirit, ut dum illum ado-
„ramus, laudamus & precamur, neque ma-
„litiam in animo, neque odium, neque tur-
„pem cupiditatem retineamus; hæc enim
„animam impediunt, quo minus cum chari-
„tatis dulcedine Deum deprecetur, in Deum
„proficiat, & omnes amputet perturbatio-
„nes,

„nes, quod quidem aſſequi non poterit, (
„ab omnibus mundi ſollicitudinibus non i
„cedit. Anima enim foris & intus oppugı
„tur, foris ab hujus ſæculi occupationibı
„ut corpori ſatisfaciat, intus a propı
„ægritudinibus, quæ ſunt inimicæ virtut
„quas nec videre poteſt nec curare, ı
„mundi curis liberetur, ut ita maneat
„Deo per bona opera, & ipſe in anima ı
„neat per ſanctitatem.

Quinam manent in Chriſto.

2. „At ego, dicet aliquis, in ipſo man
„per Baptisma, opera autem perficere ı
„queo. Audi frater, quisquis Baptisma ſ
„ſcipit, illud ſuſcipit ad peccati deſtructi
„nem. *Rom.* 6. *v.* 4. Siquis igitur ſcire c
„pit, utrum in ſe Chriſtus inhabitet, id
„propriis intelligat cogitationibus; quaı
„diu enim cordi peccatum imperat, De
„in eo non habitat: Deus habitat in hon
„ne, qui bona facit opera, & homo in De
„cujus eſt cor liberum a peccato, & *effi*
„*tur ſicut parvulus. Matth.* 18. *v.* 3. Qui ı
„fectus contumelia non iraſcitur, laudib
„non extollitur, neminem odit, nemine
„judicat, non eſt avarus & reliqua. Cæt
„rum ubi infans paululum creverit, &
„eo malitia habitare cœperit, arguit eu
„Apoſtolus: *Juvenilia deſideria fuge.* 2. *Tim.*
„Et *nolite pueri effici ſenſibus, ſed mali*
„*parvuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſto*
„1. *Cor.* 14. *v.* 20.

3. „H

3. „Hæc ergo aſſidue cum timore con- *Parvuli*
ſideremus; quoties diabolus adverſus pro- *efficia-*
ximum nos incitaverit, aut nos aliquis *mur.*
contumelia affecerit, Sermonem Domini in memoriam revocemus: *Niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Ejusmodi ſunt illi, quibus contigit regeneratio, & qui ad ſanctam & perfectam ætatem perveniunt. Ad eos etiam, qui ſunt ejusmodi, loquitur Joannes Apoſtolus: *Hæc ſcribo vobis filioli, quia cognoviſtis eum, qui eſt ab initio: Scripſi vobis adoleſcentes, quia viciſtis malum. Joan. 2. v. 14.* Vides eos, qui malitia parvuli ſunt, fieri pugnatores adverſus inimicum; ejus enim armatura, quæ eſt malitia, ſunt exuti, & eidem patres evadunt, & ad perfectionis menſuram perveniunt: quoniam committuntur eis myſteria, donec ſapientiam & alias virtutes aſſequantur.

4. „Quæ cum ita ſint, omni ſtudio con- *Peccata*
tendamus, nequid nobis deſit, ſed forti- *confi-*
tudinem & conſtantiam poſtulemus, ne ho- *tenda.*
ſtis invidus nos decipiat, ut abjecto pudore ſcelera admittamus, ſed ab operibus mortuorum vigilemus, & animæ diligenter vacemus, nequid agamus, quod ſit naturæ contrarium, & Domini noſtri Jeſu Chriſti deleat imaginem, cujus nota charitas eſt, quæ in nobis eſſe non poteſt, ſi anima ita diviſa ſit, ut & Deum quærat, & diligat ea, quæ mundi ſunt. Attende ergo tibi, nequa te malitia ſejungat

„ab

„nobis ſanctificari non poteſt, dum cupi
„tatibus obtemperamus. Ubi non eſt pa
„ibi nec Deus: qui cernit peccata ſua, p
„cem intuetur; quæ peccata non fugat l
„cus, ſed humilitas. Contemtus & indi
„natio mentem perturbant, nec permitt
„illi, Dei lumen aſpicere. Hæc tria i
„primis vitia totis viribus fuge, Avaritia
„ambitionem, & ignaviam, quæ ſi anim
„occupent, evertunt illam, nec ſinunt p
„ficere.

Tria ſolitario neceſſaria.

3. „De communione dicebat: Hei mi
„Si communico cum inimicis Dei, quæ n
„hi cum Deo poteſt eſſe communio? No
„ne in judicium & condemnationem? Ite
„dicebat: Timor Dei non eſt in illo, q
„paret inimicis ejus. Item: ille Dei ſerv
„non eſt exiſtimandus, qui propriis obte
„perat cupiditatibus. Item tria ſunt, i
„quit, homini ſolitario neceſſaria, perpetu
„timor, aſſidua precatio, & continua co
„dis cuſtodia.

ORATIO XXVII.

In dictum illud: attende tibi.

In illud; attende tibi.

1. „Attende tibi, & magna cum fiduci
„conſidera Dominum noſtrum Jeſu
„Chriſtum hominem pro nobis factum, ſ
„que nobis exemplum propoſuiſſe, ut ſequ
„mur veſtigia ejus.

2. „Atten

2. „Attende tibi diligenter, & magnum „lucrum exiſtima, ſi contumelias propter „Dominum patienter feras, cogitans te mul„to graviora mereri propter peccata tua, „& pro te affligentibus ora, ut qui tibi ma„ximorum bonorum ſint auctores.

3. „Attende tibi diligenter, ut tamquam „peſtem & mortem animæ fugias imperii, „gloriæ, laudis & honoris cupiditatem: & „omne quamvis exiguum carnis deſiderium „& voluptatem penitus abſcinde.

4. „Attende tibi diligenter, ut te vere „abjectiſſimum & peccatorum maximum ar„bitreris, ſemperque ut imperitus tace, nec „numquam ſine neceſſitate loquere.

5. „Attende tibi diligenter, & ignis ille „perpetuus, ſempiternaque damnatorum ſup„plicia tibi ſemper ante oculos obverſentur, „teque ex eorum numero exiſtima.

6. „Attende tibi diligenter, & conſide„ra Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro „nobis mortuum eſſe & ſurrexiſſe, nosque „ſanguine ſuo redemiſſe. Cogita igitur, te „ſemper ante oculos ejus verſari, & cor „tuum obſerva.

7. „Attende tibi diligenter, ut prompto „animo pareas voluntati Dei, & Domini „noſtri Jeſu Chriſti, ſive in vita, ſive in „morte, ſive in quavis afflictione, & ſem„per magnas afflictiones & mortem expecta, „ne te imparatum offendant.

8. At-

8. „Attende tibi diligenter, ut tamqua
„ubique præſens ſit Deus, nihil facere c
„gites, quod ejus ſit voluntati contrariu
„in omnibus rebus etiam minimis.

9. „Attende tibi diligenter, ne ſiqu
„te offenderit, & indignatio te exſtimule
„nequid præter decus loquaris, ſed tacea
„donec quieſcat cor tuum, ac tunc benig
„fratrem cohortare. Si neceſſe ſit fratre
„reprehendere, & te ira commotum vid
„ris, cave nequid loquaris; ſed cum te
„illum quietos adverteris, ſic eum alloqu
„re, ut non arguere, ſed cum humilita
„proximum commonere videaris.

10. „Attende tibi diligenter, ut ſingul
„horis aliquam tibi ex morte, vel alio p
„riculo tentationem inſtare non dubites,
„quæ advenerint, forti animo perfer.

11. „Attende tibi diligenter, ut in null
„actione, ſermone & cogitatione volunta
„aut quieti tuæ ſervias, ſed voluntati De
„etſi magnus propoſitus labor videatur: un
„de eam omnibus hominum conſiliis utilio
„rem exiſtima.

12. „Attende tibi diligenter, ut nihil a
„ullo alio ſperes, ſed ab uno Deo omni
„cum fide. Siqua re tibi opus eſt, Deum
„precare, ut eam, ſi velit, tibi concedat. Quid
„quid habes, Deo acceptum refer, & ill
„gratias age. Siqua tibi deſunt, ea al
„hominibus ne expectes, ſed a Deo, qui
„nihil tibi, quod expediat, deeſſe patietur.

13. „At-

13. „Attende tibi diligenter, ut nihil omnino ſuſcipias, niſi quod tibi perſuaſeris juſte partum a Deo ſuppeditari: quæ ſunt ejusmodi, ea cum pace ſuſcipito, quæ vero ex iniquitate, aut bello, aut fraude profecta perſpexeris, ea repudiato.

14. „Attende tibi diligenter, ut omni ſtudio ſilentium colas, quo facilius Deo adjuvante ad virtutem proficias; quodſi neceſſario loquendum ſit, aut præſtet loqui, quam tacere, capite demiſſo modeſta & ſubmiſſa voce verba facito. Si cum aliquo congreſſus fueris, pauca loquere, & celeriter tace. Si fueris interrogatus, tantum reſponde, quantum obedientiæ neceſſitas coget, & non amplius.

15. „Attende tibi diligenter, ut quemadmodum a libidine temperas, ſic oculorum & aurium & tactus cohibeas cupiditatem: Fœminas vero & viros formoſos, niſi magna urgente neceſſitate, reſpicias, cave.

ORATIO XXIII.

De malitiæ ramis.

„Vitia ſunt animæ vulnera, quæ ſe- *Malitiæ*
„jungunt illam a Deo, quæ ſunt *rami.*
fornicatio, cupiditas, avaritia, detractio, ira, æmulatio, inanis gloria. Hi ſunt malitiæ rami, & alii ſimiles multi, qui malitiæ rami creſcunt & propagantur in anima

„miſera , donec eam ſeparent a Deo. Hæc „ſunt onera graviſſima ; quibus Adam cer„vicem ſubdidit, cum ex ligno vetito come„dit. Hæc ſunt, quæ Dominus noſter Jeſus „Chriſtus interfecit in cruce. At Chriſti ju„gum ſuave eſt, & onus ejus, leve nempe „abſtinentia ab omnibus vitiis, & charitas „erga omnes, quæ hominem liberat ab om„nibus ſollicitudinibus, quæque in nobis ha„bitare non poteſt, quamdiu aliquid mundi „diligimus. Cor ergo noſtrum aſſidue cuſto„diamus, & obſervemus, quo ſe vertat, ne „immundum aliquid cogitet. Corpus a re„pletione coerceamus, ne a nobis proprias „exigat cupiditates, ſed animæ ſubjectum „ſit, & anima menti. In hoc ſtudium & „curam incumbamus, ut audiamus Chriſtum „dicentem : *Ubi ſum ego, volo, ut & ipſi „ſint, quoniam dilexi eos, quemadmodum di„lexiſti me Pater : Et Tu in me, & ego in „eis. Joan.* 17. *v.* 24. Oſtendat nobis ſan„cta & ejusdem eſſentiæ ac ſine principio „Trinitas miſericordiam ſuam, ut veniam „& remiſſionem inveniamus cum ſanctis ejus „in die judicii, quoniam ipſi eſt gloria & „Imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XXIX.

B. Iſaiæ lamentationes.

Laſcivis væ. 1. „Væ nobis, qui in hoc exiguo vitæ „ſpatio voluptati dediti ſumus, & „nos divinæ gloriæ indignos conſtituimus, „qui

„qui carnem noſtram, quæ in putredinem „& eſcam vermium reſolvenda eſt, in peccatis fovemus, nec ignem nec vermem æternum extimeſcimus. Per intemperantiam „ſemen augemus, & ad nefarias corporis „mixtiones incitamur, & impuras animas „& immunda corpora habentes æterni ſupplicii ſententiam audiemus.

2. „Væ nobis, qui, cum ſimus omnium „flagitiorum ſtudioſi, honorem ſanctorum flagitamus; cum ſimus damnati, tanquam „liberi & inſontes in medio innocentium verſamur; cum ſimus erroribus pleni, nobis „meliores monemus & inſtituimus ac reprehendimus. Qui gravia fratribus onera imponimus, quæ ne digito quidem volumus „attingere: qui monaſtica miniſteria recuſamus, & alios virtutes docere non erubeſcimus, peccatorum veterum obliviſcimur, „& recentia non deflemus. Qui malis cogitationibus memoria repetitis delectamur: „in edendo & bibendo crapulæ periculum „non vitamus: neglecto precum & ſacræ lectionis ſtudio in nugis dies conſumimus. „Qui neque ſervorum metum, nec mercenariorum ſtudium, nec filiorum amorem in „exequendis divinis mandatis exhibemus; „qui cum pro ineunda hominum gratia nihil aut loqui aut facere recuſemus, juſtitiam negligimus, quos æternum dedecus „nihil movet, & reſpectus hominum etiam „ad peccandum impellit: qui cum pauperibus orti parentibus ſimus, inter opulen- *Væ ſuperbis.*

„tos & claros viros numerari contendimus, „Qui tunc paupertate coacti temperantiam in „mundo complectimur, nunc autem ad ab„ſtinentiam vocati ſaturitatem ventris ſum„mo ſtudio conſectamur: qui divitibus & „potentibus placere ſtudemus, pauperes au„tem & ſupplices tamquam importunam tur„bam averſamur.

Væ docentibus & non facientibus.

3. „Væ nobis, qui non ex virtute ho„mines, ſed ex opinione pendimus, juſta „& bona docemus, ſed a bonis operibus „longiſſime abſumus: qui tanta cura pro „caducis laboramus, temporis autem mor„tis noſtræ nullam curam ſuſcipimus. Qui „cum de omni verbo & actione & cogita„tione Deo judici rationem reddituri ſimus, „totum vitæ noſtræ tempus ſine ulla hujus „rei ſollicitudine tranſigimus: qui in homi„num conſpectu peccare metuimus, ante ocu„los autem omnia cernentis Dei peccantes „non contremiſcimus, & homines in mun„do degentes peccatis ſuperamus. Alios acer„be reprehendimus, pugnare cum vitiis ob„liviſcimur, deteſtandas delectationes conſe„ctamur; & licet nos aſſiduos conſcientiæ „ſtimulos reprehendentes nos ſentiamus, Dei „judicium non formidamus.

4. „Væ nobis, qui rebus inanibus occu„pati divini timoris obliviſcimur, Dei pa„tientia ad peccandum abutimur: qui pa„nem & calicem Domini indigne manduca„mus & bibimus, peccata lugemus, ſed

„pec-

peccare non deſinimus. Cogita ergo o anima, e quantis bonis excidas, & quanta ſpe, & quantis mox cruciatibus & ſuppliciis in perpetuum afficieris. Antequam igitur ſuper caput tuum lux extinguatur, ſupplex ad Dei clementiam accede, æterni luminis largitórem obſecra, & obteſtare, ut liberet te á devorante flamma, & tenebris obſcuriſſimis; quoniam benignitatis ipſius eſt, hominum peccatis ignoſcere, & nobis licet miſericordia ejus indignis veniam dare, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Nota. Habemus præterea ejusdem Abbatis Iſaiæ *Regulam ad monachos* ſive *præcepta* ſeu *conſilia LXVIII. poſita tironibus in monachatu*, quæ nobis ſervavit S. Benedictus Anianenſis in codice regularum Holſteiniano *part.* 1. *Capitula denique XIX. de religioſa exercitatione & quiete*, quæ Græce & Latine Pariſiis anno. 1684. in vulgus prodierunt cura Petri Poſſini in *Theſau. aſcet.* Quæ omnia D. Gallandius inſeruit ſuæ Bibliothecæ. Quia vero tum dicta Regula, tum præcepta ad monachos nihil aliud ſunt, quam excerpta ex allatis XXIX. orationibus, unde ea hic referre ſuperfluum judicavimus. *Regula & capitula B. Iſaiæ.*

Sequitur modo in Bibliotheca D. Gallandii Sermo de contubernalibus ſeu Synifactis S. Baſilio adſcriptus, in quo peſſima illa conſuetudo primis Eccleſiæ ſæculis inter Chriſtianos invecta, qua virgines cum viris, & viciſſim viri cum virginibus cohabitare non erubeſcerent, omni argumentorum genere profligatur. Verum quod opus hoc partus *Sermo de contubernalibus.*

ANALYSIS.

Catechumenus communicans baptizetur.

1. „*Interrogatio.* Si puellus catechumenu „utpoté annorum ſeptem, vel hon „etiam perfectus, dum fieret oblatio oppo „tune adfuerit, ejusque neſcius partice „factus fuerit, quid de eo fieri debet?

„*Reſponſio.* Debet illuminari, id e „baptizari: a Deo enim vocatus eſt.

De catechumeno dæmoniaco.

2. „*Interrogatio.* Si catechumenus a dæ „mone corripiatur, & voluerit ipſe, vel ſu „ut Sanctum Baptisma ſuſcipiat, debetn „accipere, an non, & maxime ſi morti pr „pinquus fuerit?

„*Reſponſio.* Si is, qui a dæmone corri „pitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mu „datus, non poteſt ſanctum Baptismum ſu „ſcipere, ſed in exitu a vita baptizatur.

De energumeno.

3. „*Interrogatio.* Siquis cum ſit fideli „a dæmone corripiatur, debetne eſſe ſancto „rum myſteriorum particeps, an non?

„*Reſponſio.* Si myſterium non enuntiet „nec ullo alio modo blasphemet, ſit parti „ceps, ſed non ſingulis diebus; ſufficit eni „ſi ſtatis ſolum temporibus.

De catechumeno veſano.

4. „*Interrogatio.* Siquis catechumenu „cum eſſet infirmus, emotæ mentis factu „ſit, nec poſſit ipſe fidem confiteri, ſuiqu „ſuadeant, ut donec vivit ſanctum Baptiſ „mum accipiat, debetne accipere an non

„*Reſpon-*

ctam cum laude memorat Theodoſius
ratator. *Cod. Theod. tom.* 6. *p.* 1. Inter-
Concilio Conſtantinopolitano I. anno 381.
rato, in quo Gregorii Nazianzeni cau-
agitatam fuiſſe intelligimus: neque am-
quidquam de ipſius geſtis apud vete-
litteris conſignatum comperimus. E vi-
exceſſit anno 385. die 20. Julii, ut ſcri-
Socrates. Extant apud Græcos cano-
collectores Timothei Alexandrini re-
ſa canonica, quæ cum Scholiis Balſa-
is ex Beveregii Synodico deſumpta in
Bibliotheca recenſet D. Gallandius. *Tom.* 7.
refert etiam aliquam Epiſtolam a Timo-
o Diodoro Tyri Epiſcopo inſcriptam.
dit etiam Sozomenus. *Hiſt. Eccl. l.* 6.
29. Eum aliquot monachorum hiſto-
ſcripſiſſe. Ejus etiam nomine inſcrip-
ircumfertur narratio de miraculis S. Men-
Martyris Ægyptii in urbe Cotyæi. Illud
m in ordinatione Ammonii ſanctiſſimi Ab-
s ob amputationem ſpontaneam ſuæ au-
læ irregularem effectum dixiſſe fertur;
d Judæos lex iſta ſervetur, mihi autem
el truncatum naribus adduxeritis, qui
bonis moribus, ego eum Epiſcopum or-
bo. Illud denique de hoc Antiſtite
xandrino adnotare libet, quod in Apoph-
matis Patrum memoriæ proditum legi-
apud Cotelerium *mon. Eccl. Græc. tom.* 1.
m videlicet pauperis cognomen fuiſſe for-
m, quod quidem in magnam Patriarchæ
ndæ ſedis laudem cedere recte arguit
emontius *mem. Eccl. tom. VI.*

„*Reſponſio.* Excogitatum eſt jejun
„ut corpus humile reddatur, ſi ergo c
„in humilitate & imbecillitate verſatur
„bet cibi & potus, quantum vult & p
„eſſe particeps.

Coram hæreticis divina non celebrentur.

9. „*Interrogatio.* An debet Clericus
„ſentibus Arianis vel aliis hæreticis o
„& an illum nihil lædit, quando ille
„orationem ſeu oblationem.

„*Reſponſio.* In divina oblatione Diac
„ante ſalutationem edicit: Qui non con
„nicatis, ambulate. Non debent erg
„tereſſe, niſi profiteantur, ſe pœniten
„acturos, & hæreſin vitaturos.

Ægrotus a jejunio an ſit liber.

10. „*Interrogatio.* Siquis ſit ægrotus
„ex multa imbecillitate valde attenua
„& ad Sanctum Paſcha venerit, deb
„omnino jejunare, an eum abſolvit Cler
„ut accipiat, quod poteſt, vel etiam ol
„& vinum.

„*Reſponſio.* Abſolvi debet ægrotus,
„cibum & potum capiat, quantum ferre
„teſt: eum enim, qui ſemel attenuatus
„eſſe olei participem æquum eſt.

Matrimonio illicito clericus non aſſiſtat.

11. „*Interrogatio.* Siquis clericum v
„verit, ut matrimonio conjungat, au
„autem, illicitum eſſe matrimonium,
„pote vel amitæ conjugium, vel defu
„uxoris eſſe ſororem eam, quæ eſt m
„monio conjungenda; debetne ſequi cleri
„vel facere oblationem.

„Reſponſio. Uno verbo dicite: ſi audiverit Clericus illicitum matrimonium. Si ergo illicitum eſt matrimonium, non debet Clericus alienis peccatis communicare.

12. „Interrogatio. Si laicus, qui ſomniavit, impura ſcilicet forte etiam cum pollutione, clericum interrogaverit, an debet ei permittere communicare an non? *Pollutio in ſomno an communionem impediat.*

„Reſponſio. Si ſubeſt quidem mulieris deſiderium, non debet: ſin autem tentat eum Satanas, ut per hanc occaſionem a divinorum myſteriorum communione alienetur, debet communicare; neque enim ceſſabit tentator eo tempore, quando debet communicare, illum invadere.

13. „Interrogatio. Iis, qui matrimonii ſocietate junguntur, in quibusnam ſeptimanæ diebus proponere oportet, ut a mutuo congreſſu abſtineant, & in quibusnam poteſtatem habeant? *Quando a debito abſtinendum.*

„Reſponſio. Quod ante dixi, nunc quoque dico: dicit Apoſtolus: ne fraudate vos invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi, & rurſus ad idem conveniatis, ne vos tentet Satanas propter incontinentiam veſtram. Neceſſario autem Sabbato & die Dominico abſtinere oportet, quod ſpirituale ſacrificium in eis Domino offeratur.

14. „Inter-

De ſuicida. 14. „*Interrogatio.* Siquis cum ſui compos non eſſet, ſibi manum abſtulerit, vel etiam ſe præcipitaverit, ſitne oblatio an non?

„*Reſponſio.* Hoc debet Clericus diſcernere, an, cum revera mentis compos non eſſet, hoc fecerit. Sæpe enim ii, qui ad eum, cui hoc accidit, pertinent, volentes aſſequi oblationem & orationem pro ipſo, mentiuntur, & dicunt, eum non fuiſſe apud ſe: nonunquam autem propter inſultantiam hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc feciſſe. Pro hujusmodi oblatio non eſt facienda: eſt enim ſui homicida. Oportet ergo clericum accurate ſciſcitari, ne in judicium incidat.

De uxore a dæmone correpta. 15. „*Interrogatio.* Si alicujus uxor ſpiritu corripitur, ut ferreos etiam compedes geſtet, vir autem dicat: non poſſum me continere, & velit aliam accipere; debetne aliam accipere an non?

„*Reſponſio.* In hac re quidem adulterium intercedit, nec habeo, aut invenio, quid de ea reſpondeam.

Jejunium ante communionem. 16. „*Interrogatio.* Siquis jejunans ut communicet, os lavans, vel in balneo aquam bibit nolens, debetne communicare.

„*Reſponſio.* Quia etiam invenit Satanas occaſionem prohibendi eum a communione, frequentius hoc faciet.

17. „Inter-

17. „*Interrogatio.* Sermonem Dei ſæpe audientes, & non facientes, an ſumus judicio obnoxii?

„*Reſponſio.* Si non faciamus, nec nos accuſare contingit, quod audientes non pareamus. Eſt autem pars ſalutis, ſe ipſos accuſare.

18. „*Interrogatio.* Ex quanam ætate a Deo judicantur peccata? *De ætate peccati capace.*

„*Reſponſio.* Ex unius cujusque cognitione & prudentia: illi quidem a decennio, hi vero a majori ætate.

NEMESII
EPISCOPI EMESENI
LIBER
DE NATURA HOMINIS.

Monitum.

Nemeſius Emeſæ in Phoenicia Epiſcopus fuiſſe traditur in veteribus Mſſ. & a Maximo *opp. tom.* 2. & Anaſtaſio Siaita. *quæſt.* 18. Ea autem tempeſtate vixit, ua Eccleſiam turbabant Apollinarius, Euomius, & Origeniſtæ, Sæculo IV. exeunte. n vero Nemeſius noſter Cappadociæ præfectus *Nemeſii liber.*

nſtare volunt, corpore, animo, intelli-
ntia, quos etiam Apollinarius ſecutus eſt
odiceæ Epiſcopus; nam hoc opinionis
e jacto fundamento reliqua ſuo dogmati
nvenienter aſtruxit. Nonnulli ab animo
n ſepararunt intelligentiam, ſed in ea
ncipatum eſſe animæ opinantur. Ariſto-
es vero eam quidem intelligentiam, quæ
eſtate eſt, una cum homine fabricatam
at, ſed eam, quæ actu eſt, extrinſecus
inſinuare nobis, neque ad eſſentiam ho-
nis, ſed ad progreſſionem cognitionis
um naturalium conferre, quam ſoli phi-
ophi actu habent. At Plato, non quod
corpore & animo junctum eſt, ſed ani-
m ipſum tali corpore utentem hominem
dicit, ut ſola animi bona perſequa-
ır; inter omnes tamen conſtat, animum
pore potiorem eſſe, cum ab hoc corpus
ut inſtrumentum moveatur. Illud nemo
orat, hominem & cum inanimis conve-
e, & beſtiarum vitæ eſſe participem, &
n ratione præditorum mente quadante-
s conjungi; nam cum inanimis convenit
corpore. & quatuor elementorum tem-
ie, cum ſtirpibus in his ipſis, & in al-
e anima: cum rationis expertibus, non
um in his omnibus, ſed etiam in motu
eriore & appetitu in ira, ſentiendi &
andi facultate. Mente porro & ratione
m corporis expertibus & intelligentibus
uris conjungitur, cum ratiocinetur, &
elligat, & judicet omnia, & cum cæ-

„teras

„teras virtutes ſequatur, ac pietatem, in
„virtutum omnium ſumma eſt, amplexe

Creaturarum cognatio. 2. „Porro hujus pulcherrimæ fab
„opifex videtur ſenſim diſpares invicem
„turas aptaſſe, ut unum eſſent omni
„inter ſe cognatione quadam tenerentur,
„quo unum eſſe Univerſi creatorem oſte
„tur, qui a ſtirpibus ad animalia tranſ
„non protinus ad gradiendi vim deve
„ſed gradatim; pinnas enim & urticas
„rinas, ac ſi ſtirpes eſſent imobiles, j
„conſiſtere, tangendi tamen ſenſum illis
„gitus eſt. Porro ad pinnas adjunxit
„quæ commeant quidem de uno loco
„alium, at longe procedere nequeunt,
„jus generis ſunt, quibus teſta pro tegm
„eſt, atque ita ad beſtias perfectiores
„venit, quæ omnes habent ſenſus, & i
„a beſtiis ad animal rationis compos,
„hominem progrediens, non continuo e
„genuit, ſed prius brutis naturalem qu
„dam prudentiam & calliditatem incolu
„tatis ipſorum cauſa dedit, ut propin
„ratione utentibus animalibus viderentur,
„tum demum illud animal, quod vere
„tionis eſſet particeps, hominem procrea
„in quo ea, quæ intelligentia compreh
„duntur, & quæ ſenſu accipiuntur, conj
„xit. Quare recte Moyſes ultimo die homin
„dixit eſſe factum, non ſolum quod o
„tebat primum ea, quæ ad uſum illius
„tinebant, parata eſſe, ſed ut unum e
„hoc univerſum, unde homo genitus eſt

„m

nal, quod utramque naturam ratione utentis & expertis conjungeret. Quare homo i corporis voluptatibus delinitus eas præoptaverit, beſtiarum vitam amplectetur, & n illis numerabitur: ſin deſpectis illis rationi paruerit, divinam & homine dignam itam ſequetur. Eſt autem naturæ ratione tentis hoc caput, fugere, quæ mala ſunt, equi ac expetere contraria: bonorum vero lia in animi & corporis ſocietate cernuntur, uti virtutes, alia animi ipſius per ſe, iec egentis corpore ſunt propria, uti pietas in Deum, & rerum cognitio. Itaque qui hominis vitam volunt agere, virtutes & eligionem colunt.

3. „Hebræi hominem ab initio neque plane mortalem, neque plane immortalem genitum eſſe dicunt, ſed ſic, ut ſi corporis affectionibus ſe dederet, corporis mutationibus ſubjiceretur, ſin animi bona anteponeret, ad imortalitatem traduceretur: nam ſi hominem a primo ortu Deus mortalem procreaſſet, profecto non poſtquam peccaſſet, mortis eum condemnaſſet; contra ſi immortalem, neque alimenti egentem feciſſet, nihil enim, quod immortale eſt, corporeum alimentum deſiderat: neque ita facile pœnitentia ductus eum, qui immortalis eſſet creatus, continuo mortalem feciſſet, neque enim in angelis peccantibus hoc fecit. Dicendum ergo, poteſtate eſſe hominem immortalem procreatum, quoniam vero non conducebat illi ante partam *An homo mortalis creatus.*

„perfectionem noſſe naturam ſuam, ligno „illi cognitionis interdixit: erat enim fru„ctus quidam, qui delibatus illi naturae ſuae „cognitionem afferret; verum cum non ob„temperaſſet, ſeque ipſe cognoviſſet, & a „perfectione remotus eſt, & quae ad corpus „uſui eſſent, deſideravit. Cum igitur a per„fectione eſſet rejectus, item ab immortali„tate depulſus eſt, quae tamen poſtea Dei „beneficio recipietur.

Natura hominum neceſſitas cibi potus & elementorum.

4. „Poſt hunc caſum conceſſum eſt, ut „carnibus homo veſceretur, cum prius ſo„lis e terra naſcentibus contentum eſſe juſ„ſiſſet; at deſperata perfectione de caeteris „ut quibus vellet frueretur indulſit. Cum „autem ex corpore homo conſtet, corpus „vero ex quatuor elementis conflatum ſit, „neceſſe eſt, affectiones elementorum in ho„minem cadere, ſectionem, commutationem „& fluxum, quae ſunt ſolius corporis, ac com„mutatio quidem in qualitate, fluxus ex „exinanitione perſpicitur: neceſſe igitur eſt „paria iis, quae exhauriuntur ſummitti, aut „morte animal diſſolvi. Quoniam autem ſicca „ſunt & humida & Spiritus, quae exhau„riuntur, neceſſe eſt, & ſicco & humido „cibo indigeat animal & ſpiritu: Cibus au„tem & potus per elementa nobis compa„rantur. Aquam ſumimus aliquando per ſe, „aliquando per vinum, quod eſt aqua ex vite, „& alios humidos fructus: igne utimur ali„quando proxime, dum ab eo caleſimus, „aliquando per ea, quae edimus vel bibi„mus,

mus, in omnibus enim magna vel parva ignis pars diſperſa eſt: aere proxime fruimur, quod reſpiramus, quod in comedendo & bibendo ducimus, per alias vero omnes naturas, quibus alimur. Terra autem non per ſe, ſed ſemper aliis quibusdam interpoſitis veſcimur; terra enim frumentum fit.

5. „Sed quoniam non ſolum propter decentiam, ſed propter tangendi ſenſus excellentiam, neque corio nos Deus obduxit, ut boves & cetera animalia gravi cute veſtita, neque pilis denſis, ut oves & lepores, neque cortice, ut ſerpentes & piſces, neque teſta molliori ut carabos, neque pennis ut aves, neceſſario veſtitu opus habuimus, qui cum iis, quæ ceteris animantibus tribuit, compenſaretur. Tecto vero tum iisdem de cauſis, ob quas victu & veſtitu indiguimus, tum ad fugiendum ferarum impetum opus eſt & malas temperationes aeris; medicos autem & curationem propter malas temperationes qualitatum & diſſolutionem continuationis corporis requirimus. Jam vero propter artes & ſcientias & utilitates exinde manantes indigemus alter alterius opera, & idcirco unum in locum multi convenimus, & ad vitæ uſus res inter nos rationesque contrahimus, quem conventum & conjunctionem ædium civitatem vocavimus, ut e propinquo mutua commoda caperemus.

Veſtitus. *Domus.* *Civitates.*

Solus homo pœnitendo veniam obtinet.

6. „Eſt autem duplici honoris & muneris genere homo affectus, quod & ipſe ſolus pœnitentia peccatorum veniam impetrat, & ejus unius corpus, quamvis mortale æternum & immortale redditur, quorum alterum quod ad corpus pertinet, „propter animam, alterum quoad animam „propter corpus conſecutus eſt: ſolus enim „homo inter ratione prædita habet hoc præcipuum, ut ejus erratum pœnitentia condonetur. Nam neque dæmones neque Angeli per pœnitentiam delictorum veniam „impetrare poſſunt, in quo maxime juſtus „& miſericors Deus oſtenditur; nam angeli „cum nullam habeant cauſam neceſſariam, „quæ ad peccandum impellat, ſed natura „omni affectione corporis, & inopia, & voluptate vacent, merito per pœnitentiam ad „veniam aſpirare non poſſunt: at homo non „modo rationis particeps, ſed & animal eſt, „& neceſſarii uſus animalis vitæ, motusque „turbidi ſæpe rationem labefactant: quare „cum ad ſanitatem redit, & virtutem complectitur, juſta illi miſericordia & venia „tribuitur.

Hominis prærogativæ.

7. „Eſt hoc quoque in homine proprium „& eximium, quod in omni genere animantium ejus unius corpus a mortuis excitatur ad vitam, & ad immortalitatem „contendit, quod quidem propter animi immortalitatem adeptus eſt. Solius quoque „hominis eſt artium & ſcientiarum cognitio, „& harum artium exercitatio, quæ diſcen-

„do

„do comparantur. Unde hominem ſic defi-
„niunt: animal rationis particeps, mortale,
„mentis & ſcientiæ capax: animal, quo-
„niam ſubſtantia animata ſentiens eſt: ratio-
„nis particeps, ut ſeparetur ab his, qui ra-
„tione carent; mortale, ut ab immortalibus
„ratione utentibus ſejungatur: mentis & ſci-
„entiæ capax, quarum uſum diſciplina ac-
„quirimus.

8. „Porro Hebræorum dogma eſt, hanc „rerum univerſitatem hominis cauſa ædifi„catam eſſe; non enim angelorum cauſa fa„cta eſt, utpote qui nihil mundanarum re„rum deſiderant: nam nec genus ſuum pro„pagant, nec corporeo alimento, nec te„gumento, nec reliquis opus habent, multo „minus alia Creatura angelis præſtantior. Igi„tur hominis cauſa, & quæ inanimata ſunt, „& quæ ratione carent, procreata ſunt, ei„que Imperium in illa mandatum eſt. Offi„cium autem imperantis eſt, pro modo ſuæ „inopiæ uti iis, quibus imperat, neque in„temperanter abuti, aut iis moleſtum eſſe. „Ergo in vitio ſunt, qui beſtiis non recte „utuntur, quæ etiam hominis cauſa gene„ratæ ſunt, ejusque Imperio ſubſunt; nam „ſi ratio, quæ in nobis eſt, imperat ratio„ne expertibus animæ partibus, quæ in no„bis ſunt, nonne verum eſt etiam eorum ex„pertium rationis, quæ extra ſunt, eam „eſſe dominam, & illa ad ejus uſus eſſe „comparata? Oſtendit idem multorum ani„malium ſtructura ad hominum miniſterium *Omnia propter hominem creata.*

„fabricata, boum, & omnium, quæ ter„ga geſtant ad colendos agros & vectiones, „aliorum ad veſcendi voluptatem aut animi „delectationem: ſin aliqua pernitiem homi„ni important, ſciendum, ea eſſe condita, „ut ne res ulla, quæ fieri poſſet, a mundi „opificio abeſſet, quanquam ne iſta quidem „ejusmodi ſunt, ut nullam ex illis homo „utilitatem capiat. Nam etiam venenatæ „beſtiæ illi proſunt; quia illis ad curanda „vulnera ab illis illata, & alios morbos ſa„nandos utitur, & præterea alias etiam vi„res habet homo, quibus beſtiarum injurias „ulciſci & arcere poſſit.

Humanæ naturæ excellentia.

9. „Quis ergo hominis nobilitatem digne „admirari poſſit? Qui in ſe mortalia cum „immortalibus copulat, & ratione utentia cum „rationis expertibus conjungit, qui in ſua „natura omnium creatarum rerum ſpeciem „gerit; ideo parvus mundus dictus, cujus „gratia omnia præſentia & futura ſunt, cu„jus gratia Deus homo factus eſt, qui ad „immortalitatem tendit, qui ad imaginem „& formam Dei factus Dei filius eſt. Omni„poteſtati præeſt, maria transmittit, animi „contemplatione cœlos peragrat, ſyderum „curſus, intervalla & magnitudines intelli„git, terra & mari potitur, feras & cete „contemnit: omnem ſcientiam, artem & „doctrinam rectiſſime tractat, abſentes, quos „vult, per litteras convenit, prædicit futura, „omnibus dominatur, omnibus fruitur, cum „angelis & Deo colloquitur, ceteris rebus

„crea-

„creatis mandat, quæ vult, dæmonibus im„perat, rerum naturam indagat, Dei eſſen„tiam ſtudioſe inveſtigat, domus & tem„plum Dei fit, & hæc omnia per virtutes „& pietatem adipiſcitur. Proinde excellen„tiæ naturæ noſtræ conſcii ne dedecoremus „naturam, nec tantis muneribus indigni ju„dicemur, aut pro brevi voluptate ad om„nem æternitatem duraturam lætitiam pro„jicientes; tanta nos poteſtate, gloria, & „beatitudine ſpoliemus, imo per conjunctas „cum virtute actiones, per fugam vitiorum, „per propoſitum & bonam voluntatem, quam „Deus adjuvare ſolet, & per preces nobili„tatem & dignitatem noſtram tueamur.

CAPUT II.

De Anima.

I. „De anima omnium fere veterum ra„tiones inter ſe diſſentiunt. De„mocritus & Epicurus & omnis ſtoicorum „chorus corpus eſſe animam dicunt; ſed de „eſſentia ejus non conveniunt: Stoici enim „ſpiritum eſſe ajunt concalefactum & igneum. „Critias ſanguinem. Hippon aquam. De„mocritus ignem: Heraclitus univerſi ani„mam exhalationem eſſe humidorum, ani„malium autem animam tum ab exteriori „exhalatione, tum ab ea, quæ in ipſis eſt „animalibus ejusdem cum illa generis, ortam „eſſe auctor eſt. Inter eos etiam, qui ſine „corpore animam dicunt, infinita diſſenſio *Sententiæ veterum de anima.*

„eſt, quod alii eam ſubſtantiam immorta„lem affirmènt, alii etſi corporis expertem „immortalem negent. Thales animam ſem„per moveri, & per ſe moveri dicit. Pytha„goras numerum afferit ſe ipſum moventem: „Plato ſubſtantiam, quæ ſub intelligentiam „cadat, & per ſe ad numerum harmoniæ „aptum moveatur: Ariſtoteles entelechiam „primam corporis naturalis inſtrumentis præ„diti poteſtate viventis. Dinarchus harmo„niam quatuor elementorum. Unde Ariſto„teles & Dinarchus animam a ſubſtantia re„movet. Præterea fuerunt, qui unam eſſe „& eamdem omnium animam putarunt, quæ „minutatim in res ſingulas concidatur, in „ſeque rurſus coeat, ut Manichæi & alii „nonnulli: alii multas ſpecie differentes ar„bitrati ſunt, alii & unam & multas.

Anima non eſt corpus.

2. „Sed contra omnes, qui dicunt, ani„mam eſſe corpus cum Numenio ita diſpu„tatur: corpora quæ ſua natura mutantur „& diſſipantur, & infinite dividuntur, ſi in „illis nihil, quod ſit immutabile, relinqua„tur, opus habent aliquo ſe continente & „connectente, quod animam dicimus; ita„que ſi corpus eſt anima, etiam tenuiſſimum, „quid erit, quod ipſam contineat? Si re„ſpondeant, conicam eſſe motionem in cor„poribus, quæ ſi extra fertur magnitudines „& qualitates efficit, ſi vero intra, unionem „& ſubſtantiam: quærendum de iis eſt, cum „omnis motus a quadàm vi proficiſcatur, „quænam ſit hæc vis & ejus eſſentia; nam

„ſi

„ſi hæc vis eſt materia, inſtabimus iisdem „rationibus, ſi materia non eſt, ſed e ma„teria quid concretum, quid tandem eſt, „quod materiæ eſt particeps? Utrum mate„ria an materiæ expers? Si materia, quo„modo e materia concretrm ac non materia „eſt? Si non materiæ, expers ergo mate„riæ, ſi materiæ expers, non ergo corpus, „quod materia concretum eſt. Quodſi dicant, „corpora triplici dimenſione porrigi, & in „anima, quæ per totum corpus permeet „parem dimenſionum numerum reperiri, ac „ideo corpus eſſe: reſpondebimus, non om„ne tres dimenſiones habens eſſe corpus, „uti patet in loco & aliis qualitatibus, quæ „ex accidenti in magnitudine quantitatem „adipiſcuntur, ita & anima non ex ſe, ſed „ex accidenti cum eo, in quo eſt, hanc tri„plicem dimenſionem etiam ipſa habere in„telligitur. Deinde omne corpus vel pulſu „movetur externo, vel interno: ſi externo, „inanimum eſt, ſi interno, animatum: ſi „ergo corpus anima eſt, & agitatur, aliunde „inanimata eſt, ſin a ſe movetur, animata, „utrumque autem abſurdum eſt, non ergo „corpus anima eſt. Præterea, eo quod va„cat corpore, alitur, animæ enim eſca di„ſciplinæ ſunt: at nullum corpus alitur eo, „quod vacat corpore, non ergo corpus ani„ma eſt.

3. „Jam contra eos agendum, qui pu- *Anima non eſt ſanguis.*
„tant animam vel ſanguinem eſſe vel ſpiri„tum, quia ſemoto ſanguine vel ſpiritu ani-

„mal

„mal extinguitur: ad quos dicendum, „hoc eſt anima, quo detracto animal in„rit, ſane & pituita anima eſt, & bilis ut„que; nam horum utrumcunque ſi defe„rit, vivendi finem animali affert, quod „in jecore valet, corde & aliis inteſtin„Præterea multa carent ſanguine, quæ„men animata ſunt, uti cartilaginea & m„lia, ut ſepiæ & murænæ, & omnia, q„bus teſta protegmine eſt, uti cancri, „gammari, unde patet, animam non e„ſanguinem.

Nec aqua nec aer. 4. „Illis vero, qui dicunt, aquam e„animam, quia vitam omnibus largiri v„detur, & ſine ea vita non ducitur, mul„ſunt, quæ adverſentur: neque enim ſin„alimentis potes vivere, nec tamen cibi an„ma ſunt. Deinde multa ſunt animalia, qu„non bibunt, uti de quodam aquilarum ge„nere traditum eſt; perdix etiam ſine pot„vivere poteſt. Verum cur aqua potius an„ma eſt, quam aer, a quo reſpirando n„breviſſimo tempore abſtinere potes, nec ta„men aer anima eſt; multa enim ſunt, qu„vivunt, nec tamen reſpirant, uti inſect„omnia, apes, veſpæ & formicæ, & qu„ſanguine carent, & pleræque animant„marinæ, & omnia quæ pulmonem no„habent.

Solvuntur objectiones. 4. „Sed Cleanthes contra ita ratiocina„tur: non ſolum corpore parentum ſimile„naſcimur, ſed etiam animo, affectionibus „& moribus, quæ ſimilitudo & diſſimilitu-

„do

› in corpore non vero in non corpore
ectatur: ergo anima corpus eſt. Sed re-
ondendum, ex partibus univerſum genus
n concluditur: deinde illud in non cor-
re falſum eſt, nam qualitatis eſt ſimile &
ſſimile non corpus autem qualitas; ergo
iam non corpus non corpori ſimile. Addit
leanthes: nullum non corpus conſentit cum
rpore, conſentit autem cum corpore, dum
grotat & ſecatur, corpus item cum ani-
a, quod dum anima timet, palleſcit, cor-
ıs igitur eſt anima. Verum dubium eſt,
rum corpus tantum ſit, quod doleat ac-
pto ſenſu ab anima, quæ doloris ſit ex-
rs, an etiam ipſa cum corpore dolore
ficiatur, atque adeo prius illud nobilio-
ıus philoſophis magis probatur. Deinde
iam qualitates, quæ vacant corpore, cum
rporibus conſentiunt, cum & in interitu
ortu cum corpore commutentur. Inſtat
ıryſippus: dicens, mortem eſſe ſepara-
nem animæ a corpore, nullum autem
n corpus a corpore ſeparatur, quod il-
d non attingit: ergo corpus anima eſt.
d falſum eſt univerſe non corpus non
ıgere corpus, quia linea, cum ſit non cor-
ıs, tangit corpus, & ab eo ſeparatur,
ima vero corpus non tangit, fieri ergo
n poteſt, ut ſi eſt corpus totum corpus
totum corpus apponatur, quod ſi hoc,
n erit totum corpus animatum.

5. „De-

Anima non eſt harmonia.

5. „Deinceps explicandum eſt, ani
„non eſſe non ſubſtantiam, quam Dinai
„harmoniam definivit. Verum anima &
„verſatur corpori, & corpori impera
„dominatur, harmonia, vero neque
„eſt, neque adverſatur, non eſt igitur
„monia anima. Deinde una harmonia
„gis & minus harmonia eſt ac alia, qui
„mittitur & intenditur non quidem ra
„harmoniæ, fieri enim nequit, ut ratio
„gis minusve dicatur ratio, ſed propte
„tationem; una porro anima non eſt m
„minusve anima, quam alia, non eſt
„harmonia. Ad hæc in animam virtu
„dit & vitium, in harmoniam harmonia,
„vero ejus contrarium. Ergo non eſt
„monia. Præterea anima ſubſtantia eſ
„ſubjectum, harmonia vero qualitas &
„ſubjecto, eſt autem ſubſtantia aliud a
„litate; quare & anima ab harmonia a
„eſt, & licet participem eſſe animam
„moniæ non eſt abſurdum, non tamen ic
„harmonia eſt, non enim quia virtutis
„ticeps eſt anima, virtus eſt.

Anima non eſt temperamentum.

6. „Galenus in libro *de demonſtration*
„nihil de anima affirmaſſe teſtatur, atta
„quæ dicit, declarant, eum magis prob
„animam eſſe temperamentum, cum mo
„differentia temperamentum ſequatur.
„rum ſi ita eſt, certe etiam mortalem
„opinatur, non tamen omnem, ſed
„tantum, quæ rationis eſt expers; co
„ris. temperamentum non poſſe eſſe anim
„h

hinc patet: ſi corporis temperamentum anima eſt, omne porro corpus temperamentum habet, omne corpus animam habet, adeoque nullum eſt corpus inanimam. Si vero non univerſe omnem temperationem corporis dixerit eſſe animam, ſed certam quamdam, quærendum, qualis temperatio ſit, quæ animæ loco numeretur; qualecunque enim dixerit, tale & in inanimis reperiemus, cum juxta ipſum Galenum novem temperamenta etiam in inanimis inveniantur. Præterea ſi anima temperamentum eſt, temperamenta autem ætatibus, temporibus, victuque mutantur, mutabitur etiam anima, nec conſequenter eamdem habemus animam, ſed pro temperamento aliquando leonis, aliquando ovis, vel alterius animalis, quod abſurdum eſt. Deinde temperatio non adverſatur cupiditatibus corporis, ſed etiam adjuvat, movet & incitat! anima autem adverſatur; non eſt ergo temperatio. Præterea ſi anima temperamentum eſt, hoc autem qualitas, quæ rurſus & advenit, & recedit, ſicut ſubjectum nihilo magis interit, ita anima quoque ſeparabitur, hoc autem verum non eſt. Rurſus temperatio mutatur, imo ipſi medici temperationes mutant. Omnes inſuper corporis qualitates ſenſu percipiuntur, anima vero non ſub ſenſum, ſed ſub intelligentiam cadit. Præterea ſanguinis & ſpiritus adjuncta carne nervis & ceteris bona temperatio robur eſt: caloris, frigoris, ſiccitatis & humoris, ſanctitas; membro-

„rum

„rum apta compoſitio cum coloris ſua
„corporis pulchritudinem gignit : qua
„harmonia ſuavitatis & roboris & pul
„tudinis anima eſt, neceſſe eſt hominem
„ægrotum eſſe nec infirmum, cum ta
„contingat hominem ſine his temperat
„bus vivere.

Objeƈt. ſolvitur. 7. „Sed dices : quomodo ergo nat
„les virtutes & vitia naturalia hominem
„ſequuntur? reſpondeo, id ex corporis
„peramento fit : ſic naturaliter amara
„abundantes ad iracundiam, alii ad t
„rem, alii ad venerem propenſi ſunt.
„rum aliqui coercent temperamentum :
„autem eſt, quod coercet, aliud quod
„cetur, aliud ergo temperamentum,
„anima.

Anima non eſt. entelechia. 8. „Ariſtoteles, qui animam dicit
„lechiam, idem ſentit, quod qui qualit
„eam eſſe volunt. Subſtantiam enim t
„riam dicit intelligi, unam, quæ ut m
„ria ſubjecta eſt, quæ per ſe quidem nihil
„poteſtatem tamen ad rerum ortum ha
„alteram formam & ſpeciem, per quam
„teria formatur : tertiam, quod ex ſ
„& materia conflatur, quod demum
„matum eſt. Eſt igitur materia poteſtas,
„ma entelechia : quæ iterum bifariam
„pitur, tum ut ſcientia ſeu habitus,
„ut uſus habitus, & quia ſcientia uſu ſ
„tiæ prior eſt, primam entelechiam
„ſpeciem, ſecundam uſum. Unde dum

ori anima ingenita eſt, animal perficit, ta ut neque ſine corpore umquam ſit anima, nec corpus ſine anima; corpus enim non eſt, ſed corporis, ideoque in corpore eſt, ſua vero vi & per ſe nulla eſt. Sed primo patibilem animæ partem animam vocat, diſcludens ab ea, quæ rationis eſt particeps, cum tamen omnis ſimul hominis anima ab infirmiſſima parte non ſumenda erat. Deinde ait, corpus poteſtatem habere, ut vivat, etiam antequam generetur anima, ex quo ſequitur prius actu eſſe corpus, quod tamen prius eſſe nequit, antequam formam accipiat; utpote materia omnis qualitatis expers. Quodſi etiam corpus poteſtate eſt, quomodo poteſtate vitam in ſe habere poteſt. Item in animam cadunt contraria virtus & vitium, a quo ſpecies longiſſime abeſt? Rurſus ſi anima ſit entelechia, a quo movetur? ſi enim eſt immobilis per ſe, & ex accidenti ſolum movetur, corpus vero per ſe, efficietur, ut, etſi abſit anima, corpus per ſe moveatur, & ſic animal erit ſine anima, quod eſt abſurdum.

9. „Pythagoras animam numerum eſſe ſeipſum moventem definivit, non quod numerus ſit anima, ſed in iis, quæ numerantur, reperiatur: res a ſe invicem diſcernat, formas cuique imprimat, ſpeciem a ſpecie diſtinguat. Verum numerum non eſſe animam hinc apertum eſt. Numerus *Anima non eſt numerus.*
„enim

„enim quantitas eſt, anima non eſt quanti„tas ſed ſubſtantia, non ergo eſt numerus. „Deinde anima continua eſt, numerus con„tinuus non eſt. Præterea numerus adden„do creſcit, non vero anima: numerus item „vel par eſt vel impar, anima neque par „neque impar: anima inſuper per ſe move„tur, numerus autem definite eſt immobi„lis. Adde quod numerus unus idemque „natura permanens, nullam qualitatem, quæ „in numeris ſit, mutare poteſt, anima au„tem una eademque permanens eſſentia mu„tat qualitates, dum ex inſcitia in ſcien„tiam, ex vitio in virtutem commutatur: „non ergo anima numerus eſt.

Præexiſtentia animarum non datur.

10. „Itaque veterum dogmata de anima „hæc ſunt: Eunomius cum Platone & Ari„ſtotele animam eſſe corporis expertem ſub„ſtantiam, quæ in corpore creatur, definivit. Hanc ſententiam refutat hic Nemeſius, ſed male docens præexiſtentiam animarum, cum Origene & nonnullis antiquis Patribus, in quo deſerendus eſt; nam uti ait S. Leo Ep. 15. *Catholica fides conſtanter prædicat & veraciter, quod animæ hominum, priusquam inſpirarentur corporibus, non fuerunt, nec incorporantur niſi ab opifice Deo, qui & ipſarum eſt creator & corporum.*

Animæ non gignuntur.

11. „Apollinarius putat, animas ab ani„mis gigni, ut a corporibus corpora: pro„gredi enim ait, ut propagationem corporum, „ita animam per propagationem primi ho-

„mi-

„minis in omnes, qui ex illo generantur. „Verum cum omnia, quæ per propagationem „ex mutuo ortu gignuntur, ſint mortalia, „propterea enim generant & generantur, ut „caducorum genus permaneat, neceſſe eſt, „etiam illum aut mortalem dicere animam, „cum fiat ex ortu mutuo, aut per propa„gationem iſtiusmodi ortu gigni animas.

12. „Nunc Manichæorum opinio qualis „ſit inſpiciamus, aiunt enim animam immor„talem & corporis expertem eſſe, ſed unam „ſolam omnium, quæ ubique ſunt, animam „minutatim conceptam, & diſtributam in „ſingula corpora tam inanima quam ani„mata, & ejus in aliis plus, in aliis minus „ineſſe, plus in animatis, in inanimis mi„nus, ac multo plus in cœleſtibus corpori„bus, quam in aliis omnibus, ut partes „univerſæ animæ rerum ſingularum ſint ani„mæ. Aſt ſiquidem individue animam dividi „dicerent ut vocem in audientibus, medio„cre malum eſſet, nunc vero ipſam ſubſtan„tiam animæ in partes aiunt dividi, ipſam„que proprie in elementis eſſe volunt, cum „quibus & in ortu corporum dividatur, & „rurſus in eorum diſſolutione coeat: ac pu„ras quidem animas in lucem excedere, cum „ſint lux, quæ vero a materia contamina„tæ ſunt, abire in elementa & ab elemen„tis in ſtirpes & animalia, & ad hunc mo„dum ſubſtantiam ejus concidentes & cor„poream facientes immortalem eſſe aiunt. „Verum hoc modo eo delabuntur, ut ſe-

Manichæorum opinio de anima.

„cum pugnantia loquantur; nam cum di„cant eas, quæ contaminatæ ſunt, revocari „in elementa, & ſibi mutuo miſceri, rurſus „eas pro magnitudine cujusque peccatorum, „dum ab uno corpore in aliud transferun„tur, puniri cenſent, & eorum naturam „tum conjungunt, tum ſeparant. Nam quod „umbræ lucente ſole ſeparantur, cœlo nu„bibus obducto junguntur, id in natura, „quæ mente cernitur, fieri non poteſt: nam „umbræ ſub ſenſum cadunt, etſi concedat „quispiam eas ſeparari, rurſusque conjungi.

[T]ransmi[g]ratio [a]nimarum non [...]tur. 13. „Plato porro & unam & multas eſſe „animas affirmat, unam hujus univerſi por„rectam a centro orbis terræ usque ad cœli „ſummitatem quodam extenſionis modo, „quem mens & ratio aſſequitur, & hanc „eſſe animam, quæ mundi corpus continet „& conſtringit, itemque ſeparatim res ſin„gulas ſua eſſe anima præditas. Commu„niter autem omnes Græci ſeu ethnici, qui „animam immortalem ſtatuerunt, eam de „uno corpore in aliud transferri cenſuerunt; „ſed in formis animarum diſſentiunt. Alii „enim unam ſpeciem ratione utentem di„cunt, eam ad herbas & beſtiarum corpora „definito temporum ambitu tranſire: alii „duas eſſe animarum ſpecies tradunt, ratio„nis participem, & quæ rationis ſit expers: „neque deſunt, qui multas animarum ſpe„cies conſtituant, totidem ſcilicet, quot „ſunt ſpecies animantium. Cronius vero in „libro de iterato ortu omnes animas ratione

„eſſe

„eſſe præditas docet, quod omnino falſum „eſſe oſtenditur; nullus enim motus ratio„nis in beſtiis cernitur, neque artes, diſci„plinæ, conſilium, virtutes, nec aliud quid „ad rationem pertinens in illis eſt, ergo „non ſunt rationis participes. Etſi enim in „modo natis pueris ratione vacuus motus „ineſt, ubi tamen adoleverint, rationis uſum „declarant: at beſtia cum nulla ætate ratio„nem patefaciat, ſupervacaneam haberet „animam rationis participem, quod nullam „illi utilitatem allatura eſſet; nihil vero ſu„pervacanee a Deo factum eſt. Si dicas, eſſe „quidem in animalibus motus rationis ex „habitu, verum ita efficta eſſe eorum cor„pora, ut in ea non cadat artificioſa actio, „ſicuti ſine digitis homo artes exercere ne„quit. Sed relinquitur adhuc idem abſur„dum, Deum non ingenuiſſe corpori acco„modatam animam, ſed ſupervacaneam & „otioſam. Quæque enim ſpecies beſtiarum „naturæ inſtinctu movetur ad eum uſum, „ad quem generata eſt, cui etiam appoſite „illorum corpus figuratum eſt, & præterea „unicuique Deus naturalem prudentiam im„miſit rationis quaſi umbram, tum ut in„ſtans malum effugerent, tum ut omnia „creata inter ſe connecterentur; quod au„tem ratione ad agendum non inducantur, „patet etiam ex eo, quod ſimiliter operen„tur, cum econtra in homine ob liberum „ſuum arbitrium ſexcentæ ſint rationes ſua„rum actionum.

 14. „De-

Animæ immortalitas. 14. „Denique animam rationalem im„mortalem eſſe, ex dictis docemur: ſi enim „neque corpus eſt, quod natura ſua diſſolvi „& interire probatum eſt, neque qualitas, „neque quantitas, neque aliud quidquam „e numero caducorum, obſcurum non eſt, „quin immortalis ſit. Multa quidem ſunt „ejus immortalitatis certiſſimæ rationes apud „Platonem & alios, ſed ſpinoſæ & ad cog„noſcendum difficiles, & vix iis notæ, qui „in illis ſcientiis magnopere verſati ſunt: no„bis autem ſatis eſt ad demonſtrationem ani„mæ immortalitatis doctrina divinorum ora„culorum, quæ a ſe fidem habet, nec fo„ris petitæ probationis eget, quia divino „inſtinctu & afflatu data eſt. Adverſus eos, „qui Chriſtianorum litteris non utuntur, ſa„tis eſt, quod non numerari animam in iis, „quæ occidunt, demonſtravimus: ſi enim „nihil eſt eorum, quæ occidunt, ſed inte„ritum omnem effugit, immortalis profe„cto eſt.

CAPUT III.

De unione corporis & animæ.

Unio animæ cum corpore. 1. „Quærendum, quomodo corporis & ani„mæ fiat unio: omnia enim, quæ „ad unius naturæ conſtitutionem conveniunt, „unione aliqua tenentur; omnia autem, quæ „unione tenentur, commutantur: quomodo „ergo ſi corpus uniatur animæ, corpus ma„net, & anima corporis expers unita cor-

„pori

„pori ſuam eſſentiam incorruptam conſervat?
„Non enim unita eſſe poteſt per appoſitio-
„nem ad corpus, quia alias unum dici non
„poſſunt, quæ appoſitione unius ad alterum
„coagmentata ſunt, uti lignum & ferrum:
„neque ita temperata ſunt, ut velut vinum
„& aqua comiſceantur, quia vini & aquæ
„temperatio & vinum & aquam corrumpit.
„Neque enim pura aqua eſt mixtum illud,
„neque vinum, cum alterum ab altero per
„ſpongiam oleo imbutam ſeparari poſſit;
„quæ vero exquiſite temperata ſunt, a ſe
„mutuo diſtrahi non poſſunt, ſic ut ſub ſen-
„ſum cadat eorum disjunctio. Itaque Plato
„hac dubitatione commotus non vult ani-
„mal conſtare ex anima & corpore, ſed ip-
„ſam eſſe animam, quæ corpore utatur, &
„illo velut veſtita ſit: ſed quomodo unum
„eſſe poteſt cum veſtitu anima? non enim
„unum eſt tunica cum eo, quod tunica in-
„dutum eſt. Ammonius dicebat, naturas
„eas, quæ ratione ſolum percipiuntur, tales
„eſſe, ut etiam cum his, quæ illas poſſunt
„accipere, unirentur, veluti quæ ſimul cor-
„rumpuntur, & unitas manere non confu-
„ſas & incorruptas, ut ea quæ apponun-
„tur. Nam in corporibus quidem unio com-
„mutat ea, quæ coeunt, quandoquidem in
„alia corpora mutantur, uti alimenta in
„ſanguinem, in illis vero, quæ intelligentia
„percipiuntur, unio quidem fit, comutatio
„tamen nulla ſequitur: quia a natura ita
„comparata ſunt, ut omnem eſſentiæ mu-
„tationem reſpuant, ſed vel decedant, vel

„in nihilum occidant. Neque vero, quod ra„tione comprehenditur, in nihilum occi„dit: non enim eſſet immortale. Et anima „cum ſit vita, ſi in temperationem mutaretur, „mutaretur quoque & non amplius eſſet vita: „non ergo anima in unione commutatur.

Quomodo anima corpori uniatur.

2. „Hoc ergo oſtenſo, quæ ſub rationem „cadunt eſſentia ſua mutari non poſſe, ne„ceſſario ſequitur, ea dum uniuntur, cum „iis, quibus unita ſunt, non interire: quare „& unita eſt, & non confuſe unita anima „corpori. Nam unitam eſſe naturæ conſen„ſus declarat, quia animal unum eſt; non „confundi vero cum corpore animam, ex „eo conſtat, quod in ſomno & extaſi quo„dammodo ſejuncta a corpore, illudque ve„lut ex anime relinquens, nec præter vitam „illi quidquam aſpirans, ne prorſus intereat „per ſe in ſomnis ſua munere fungatur, fu„tura præſentiens, ſeque cum beatis illis „mentibus ab omni corpore ſegregatis con„jungens. Ut enim ſol præſentia ſua aerem „illuſtrans, eum ad lumen traducit aerique „lumen unitur, & cum ea non confuſe fun„ditur: ita anima unita corpori manet non „confuſa, hoc uno ad ſole diſcrepans, quod „ſol utpote corpus loco circumſcribatur, ani„ma vero corporis expers neque loco defini„tur, ſed tota per totum & lumen ejus & cor„pus permaneat, neque eſt pars ulla, quæ „ab illa illuſtretur, in qua tota non adſit. „Non enim tenetur a corpore, ſed ipſa te„net corpus, nec eſt in corpore tamquam

„vaſe,

raſe, ſed contra potius in ea corpus; non enim quæ cernuntur intelligentia a corporibus impedita ſed per totum corpus meantia corporeo loco comprehendi poſſunt, cum enim magnitudine & partibus careant, nulla loci parte circumſcribi poſſunt, ſed per abuſionem in loco eſſe dicuntur propter muneris functionem, quæ illic eſt, locumque pro habitudine & functione muneris accipimus.

Unio duarum naturarum in Chriſto.

3. „Verum hæc ratio unionis liquidius ad unionem Verbi Dei & hominis conveniet, qua poſt unionem neque confuſum, neque comprehenſum ab homine eſt, non tamen ad eumdem modum, quo anima: hæc enim cum multiplicata ſit, videtur etiam conſentire propter ſocietatem cum corpore, & tum ipſum tenere, tum ab ipſo teneri. At Deus Verbum nihil a ſocietate corporis & animæ immutatum, neque illorum imbecillitatis particeps, ſed eis divinitatis ſuæ vim impertiens, unum cum eis fit et permanet. Novus hic unionis modus eſt, omnis prorſus commutationis & admixtionis expers manet, & non confuſum & incorruptum & immutabile, non una cum illis patitur, ſed una tantum agit, neque ſimul interit aut commutatur, ſed cum illa amplificat, tum ab illis non imminuitur.

CAPUT IV.

De corpore.

Corpus ex elementis conſtatur.

1. „Omne corpus e quatuor e
„concretum eſt. proxime
„eorum, quæ ſanguinem habent
„e quatuor humoribus, ſanguine,
„flava bile & atra; eorum vero
„guine carent, cum ex ceteris hu
„tum ex eo, quod in iis cum ſangu
„paratur. Comparant autem c
„atram bilem, cum aqua pituitam,
„ſanguinem, cum igne flavam bile
„quid autem ex elementis concretum
„ſolidum eſt aut humidum, aut
„Ariſtoteles vero proxime ex ſang
„fieri vult corpora; eo enim & ala
„xime, & augentur omnes corpori
„& ſemen ex ſanguine ortum duc
„quoniam rectum non videbatur, &
„riſſima, & carnem molliſſimam, &
„ex uno eodemque gigni, placuit
„crati primum e quatuor humoribus
„concreſcere corpora animalium, ut
„quæ terrena magis & craſſiora ſu
„diora fiant, ex mollioribus mollia
„niuntur tamen ſæpe quatuor hu
„ſanguine, ut licet videre in ven
„ciſſionibus, cum aliquando ſeroſa
„in eo abundet, aliquando atra a
„bilis. Sunt autem inter partes an
„quædam ſimilium partium, quæd
„milium: ſimilium ſunt cerebrum

ri, nervus, medulla, os, dens, car-
, glandes, ungues, ligamenta, mem-
e, fibræ, pili, carnes, venæ, arteriæ,
adeps, cutis, & horum velut pro-
elementa, ſanguis purus, pituita,
tra & flava. Diſſimilium partium ſunt
t, thorax, manus, pedes, & cetera
nis membra, non enim caput divi-
ut nervus in nervum: quidquid au-
diſſimilium eſt partium, ex his, quæ
ium ſunt, conſtat, ut caput enervis,
etiam organica ſeu inſtrumentaria vo-
ur.

„Non autem omne animal omnes par- *Corporis partes.*
corporis habet, ſed aliqua eorum mu-
reperiuntur; alia enim carent pedibus,
iſces & ſerpentes, alia capite, ut can-
& carabi, & quædam aquatilia: ha-
t enim ſenſuum inſtrumenta in pectore,
a caput non habent. Alia pulmone ca-
t, quæ aerem ſpiritu non ducunt; alia
ica, ut aves & omnia, quæ urinam non
dunt: quibus autem teſta pro tegumen-
eſt, plurimis membris privata ſunt;
n ea ut ſint animalia in paucis poſitum
ent: videntur etiam aliqua non habere
n habeant, uti cervi non habere flavam
m, quia in inteſtinis diſperſam & la-
tem habent: Homo vero & omnia &
fecta habet, & ita omnia, ut recte ali-
res ſe habere non poſſit. In partium
que ſitu magna in animantibus diſſimi-
do eſt; alia enim habent ubera in
„pecto-

„pectore, alia in alvo, alia ſub crurib
„& alia duo, alia quatuor, alia plura:]
„pemodum enim natura ad numerum
„rum, quæ gignuntur, uberum multit
„nem dimenſa eſt. Verum ſiquis hæc
„quiſite velit excerpere, legat Ariſtotelis
„ſtoriam de animalibus.

CAPUT V.

De Elementis.

Elementum quid & quotuplex. 1. „Elementum mundanum pars eſt m
„ma corporum concretorum. S
„autem elementa quatuor, terra, aq
„aer, ignis, quæ eſſe elementa evidens
„quia in ipſis ſummæ qualitates poteſta
„& actu conſpiciuntur, quanquam nul
„horum elementorum, quæ ſenſu percipi
„tur, admixtione cum alio elemento va
„Habet autem quodque elementum jug
„qualitates duas, a quibus formetur:
„enim terra frigida & ſicca: aqua frig
„& humida, aer calidus & humidus nat
„ſua, ignis ſiccus & calidus. Neque v
„vel qualitates per ſe elementa eſſe poſſu
„non enim ex incorporeis qualitatibus c
„pora conſtare poſſunt, vel cetera corp
„quæ ſummam qualitatem actu non habe
„eſſent enim infinita elementa, cum om
„quæ ſunt, alia magis alia minus eand
„qualitatem habeant. Neceſſe eſt ergo e
„mentum corpus ſimplex eſſe, & actu
„bere ſummas qualitates, calorem, frig
„hu

umorem & ſiccitatem; hæ enim ſolæ qua-
ſtates totam immutant ſubſtantiam, quod
ceterarum nulla facit.

2. „Sunt autem elementa ſibi mutuo *Elemento-*
ontraria, quæ duas habent qualitates con- *rum con-*
trarias ut aqua frigida & humida igni *trarietas.*
alido & ſicco; quoniam autem contraria
ine medio ſibi copulari non poterant, Deus
terram & aerem, quæ contraria ſunt,
quam poſuit, duasque illi qualitates de-
it, humorem & frigus, quibuscum ex-
emis copulatis ea colligare poſſet: nam
igore cum terra neceſſitudinem habet,
umore cum aere conjungitur: inter aquam
em & ignem medium aerem interjecit,
i humore cum aqua calore cum igne
nvenit. Sola autem elementa actu ha-
nt eas qualitates, cetera omnia poteſta-
, niſi cum in elementum tranſeunt: &
umquam occidant elementa, vel quæ ex
s concreta ſunt, ſapienter Deus pro-
dit, ut elementa & in ſe mutuo, & in
ncreta ex iis corpora mutarentur, rur-
sque hæc in elementa diſſolverentur. Ter-
enim cum limum contraxerit, aqua fit,
ua denſata & compreſſa terra, eadem-
e calefacta & in vaporem ſoluta aer;
r denſatus in aquam, ſiccatus in ignem
nvertitur, ſic etiam ignis extinctus ſic-
tate detracta in aerem vertitur: eſt enim
r ignis extinctio, & vapor aquæ cale-
ctæ.

3. „Om-

Corpora ex elementis ſunt concreta.

3. „Omnia igitur corpora ex congre
„quatuor horum elementorum oriuntur, ta
„ſtirpium quam animalium, natura puriſ
„ma elementa ad horum corporum procre
„tionem attrahente, quæ tota penitus uni
„tur, & commiſcentur, & unum a ſe diſ
„ctum corpus efficiunt, ita enim unita ſu
„ut diſcerni non poſſint. Neque ſepara
„cerni poteſt aqua, terra, aer, & ignis, q
„niam unum quid & ab ipſis diverſum fact
„eſt, ut in tetrapharmaco, non tamen eo
„modo: non enim elementa per appoſi
„nem rerum tenuiſſimarum ut in tetrap
„maco corpora efficiunt, ſed per muta
„nem & unitatem.

In elementa diſſolvuntur.

4. „Atque in elementa rurſum diſſolv
„tur corpora: itaque perpetuo perman
„omnia, & ad rerum omnium, quæ ſ
„ortum ſufficiunt, neque vel redundant
„quam, vel imminuuntur, quamobrem alte
„ortum interitum dicunt eſſe alterius,
„viciſſim. Platoni vero placet, tria qui
„elementa mutari in alia, at terram
„mutabilem remanere: quia cubus, cui
„ra comparatur, diſſolutus in alias figu
„ſcilicet Iſoçaedricam aquæ, Pyramidal
„ignis, octaedricam aeris aſſumere non
„teſt. Neque tamen impartilis omnino t
„eſt, ſed a tenuioribus corporibus dividi
„& rurſus in ſe coiens ſibi reſtituitur, q
„in aqua licet cernere; ſi enim in eam
„gua terra immiſſa eam perturbes, di
„vitur in aquam terra, ſin deſiſtas pert

„bar

ıre, ubi aqua conſtiterit, terra ſubſidit. lio modo elementa dividens tradit, unumnodque tres habere qualitates, ignem, cumen, raritatem, motum: terram, heetudinem, denſitatem, ſtatum. At ſunt er has qualitates contraria, ignis & terra uod in ceteris qualitatibus, quas jugabaıus, non eveniebat: ſumuntur enim ab ;ne duæ qualitates, raritas & motus, una terra, hebetudo, & aer conſtituitur: rurıs ſumuntur duæ qualitates terræ, heetudo & denſitas, & una ignis, motus, : aqua fit. Alio modo elementa dicunt abere qualitates; nam terram & aquam abere pondus, quo natura deorſum feıntur, aerem & ignem levitatem, quo atura in ſublime tendant. Stoici tradunt, ementorum alia eſſe activa, alia paſſiva; tiva aerem & ignem, paſſiva, aquam & rram. Ariſtoteles etiam quintum corpus ıducit cœleſte & volubile, quia cœlum quatuor elementis conflatum eſſe non vult: ppellat autem volubile quintum corpus, uod in orbem circum terram feratur, cum lato diſerte dicat, ex igne & terra cœım conſtare.

5. „Qui Hebræorum dogmata defen- *Elementa a Deo creata.* unt, de cœlo terraque diſſentiunt; ceteri nim fere omnes ex nulla ſubjecta matea, quæ prius fuerit, cœlum & terram enitam eſſe volunt, quoniam Moyſes ſcriit: *In principio fecit Deus cœlum & terram. Gen.* 1. Apollinarius vero ex abyſſo „fecif-

„feciſſe Deum cœlum & terram contend„ram in libro Job dicitur: *Qui fecit ab*„..um. Ex hac igitur ut materia omnia „nata eſſe vult, neque tamen eam nullo g„neratam ortu, ſed genitam ante om„corpora, quomodo Deus & omnium „tex eſſe, & ex nihilo omnia feciſſe p„batur.

Quatuor elementa. 6. „Porro adverſus eos, qui dicu„unicum eſſe elementum aut ignem, „aquam. aut aerem, ſatis erunt, quæ „Hippocrate diſputata ſunt: quia alias h„mo de uno ſolum doleret, & ab uno „lum ſanaretur. Porro autem iis ipſis, q„bus unum elementum probant, quat„eſſe oſtenditur: nam Thales ſolam aqu„dicens eſſe elementum conatur probar„alia tria ex aqua generari; nam ejus f„cem terram eſſe, tenuiſſimam partem „rem, aeris tenuiſſimam partem ignem, „Anaximenes aerem ſolum ſtatuens ſim„ter conatur oſtendere, cetera elementa „eo gigni. Heraclitus & Hipparchus Me„pontinus ignem dicentes iiſdem rationi„uſi ſunt.

CAPUT VI.

De Phantaſia.

Phantaſia quid. 1. „Dividuntur animæ vires in vim Ph„taſiæ, cogitationis, & memori„Phantaſia eſt vis animæ rationis experti„quæ per ſenſoria ſuo munere fungitur„phan-

phantaſticum vero, quod in phantaſiam cadit, ſicut in ſenſum, quod ſenſui ſubjicitur. Phantaſia vero affectio eſt animæ a ratione vacuæ, quæ fit ab aliquo, quod phantaſticum appellavimus; Phantasma vero inanis affectio eſt in animæ partibus rationis expertibus, quæ a nullo, quod ſit phantaſton, commovetur. Stoici autem hæc quatuor ponunt: Phantaſiam, phantaſton, phantaſtikon, phantasma. Phantaſiam definiunt animæ affectionem, quæ & ſeipſam oſtendit, & phantaſton, ſeu illud, a quo nata eſt; cum enim albi quid aſpexerimus, gignitur in anima ex ejus aſpectu quædam affectio ſicut in ſenſoriis, cum ſentiunt; nam imaginem anima in ſe recipit ejus rei, quam intelligit. Phantaſton eſt ſubjectum illud, quod ſenſui phantaſiam genuit, uti aliquid album, & quidquid animam movere poteſt. Phantaſtikon eſt inanis diſtractio ſine eo, quod ſit phantaſton. Phantasma vero eſt res ipſa, qua ad phantaſticon ſeu vanam diſtractionem attrahimur, ut in inſanis & melancolicis. Horum diſſenſio in ſola mutatione nominum conſiſtit.

2. „Inſtrumenta ejus ſunt anteriores cerebri ventriculi, & qui in eis animæ ſpiritus continentur, quique ex iis nervi naſcuntur animæ ſpiritu madefacti, & ſenſoriorum ſtructura. Sunt autem quinque ſenſoria, ſenſus vero unus, anima ſcilicet, quæ per ſenſoria affectiones in eis exiſten- *Inſtrumenta Phantaſiæ, & quinque ſenſus.*

„tes

„tes cognoſcit; & quidem ſenſorio ta
„quæ ſunt terrenæ naturæ percipit,
„vero cernendi ſplendidum, aereo aff
„nes aeris: vocis enim ſubſtantia aeris
„eſt, & ſpongioſo & aqueo, quod g
„eſt, ſapores percipit. Oportebat igitu
„ratione, quoniam quatuor ſunt elem
„quatuor quoque eſſe ſenſus; ſed quo
„vapor & odorum genus media quadan
„tura ſunt inter aerem & aquam, id
„quintum ſenſorium odoratus natura m
„nata eſt, ut nihil eorum, quæ cog
„poſſunt, ſenſum effugiat. Eſt autem
„ſus non alteratio, ſed alterationis di
„catio; alterantur enim ſenſoria, & ſe
„alterationem dijudicat: vocantur tame
„pe ſenſus etiam ipſa ſenſoria. Eſt a
„ſenſus perceptio eorum, quæ ſub ſe
„cadunt, ſed hæc definitio non ipſius
„ſus, ſed munerum ejus eſſe videtur: q
„ſic quoque ſenſum definiunt: Spiritus
„telligens a principatu animæ ad ſenſo
„pertingens. Vel hoc modo, vis ani
„quæ ſenſui ſubjecta ſunt, percipiendi;
„ſorium autem, inſtrumentum percepti
„eorum, quæ ſenſu cognoſcuntur. P
„vero ſenſum animæ & corporis ad
„terna ſocietatem definit: nam vis qu
„ipſa animæ eſt inſtrumentum corporis,
„ambo hæc per phantaſiam res externas
„cipiunt.

3. „Animæ autem partium aliæ ſun
„mulæ, alia dominantur & imperant;
„e

enim partes, in quibus ratio & ſcientia eſt, imperant; ſenſus & motus cum appetitu, itemque vocis movendæ facultas ancillantur. Etenim motus & vox celerrime nulloque fere interveniente tempore voluntati rationis obtemperant: ſimul enim volumus & movemur; neque tempus, quod voluntati, & motioni interponatur, requirimus, ut in motu digitorum licet advertere. Atque etiam naturalia quædam Imperio rationis parent, ut quæ perturbationes animæ dicuntur.

CAPUT VII.

De Viſu.

Viſusque quomodo fiat.

„Viſus ambiguum nomen eſt, nam & inſtrumentum & vis ſentiendi viſus dicitur: Hipparchus ait, radios, qui ab oculis porriguntur, ſuisque terminis velut manuum contrectationibus exteriora corpora attingunt, eorum perceptionem ad viſum referre. Geometræ vero conos quosdam deſcribunt ex radiorum concurſu factos, qui ex oculis emittantur: emittere enim dexterum oculum putant radios ad lævam, ſiniſtrum ad dextram, deinde ex eorum concurſione conum abſolvi; unde fit, ut multa quidem ſimul oculus complectatur, ſed ea ſolum exquiſite cernat, ubi radii concurrerint. Epicurei imagines illarum rerum, quæ apparent, cenſent in oculos incurrere, Ariſtoteles non imaginem corpo-

„ream ſed qualitatem per commutationem „aeris ab his, quæ videntur, usque ad oculum accedere. Plato vero per confuſionem ſplendorum res aſpici exiſtimat, ut „id quidem lumen, quod ex oculis proficiscitur, aliquo usque in aerem, qui ejusdem „ſecum generis eſt, effluat, quod vero e corporibus manat, contra feratur, ac quod in „aere eſt, qui interponitur & facile diffunditur & vertitur, ſimul cum oculorum igne „extendatur. Galenus cum Platone conſentit; ſi enim ait ad oculum veniret pars quædam vis aut imago, aut qualitas corporum, non cognoſceremus magnitudinem v.g. „montis maximi, cujus ſimulacrum in oculos incurrere nequit. Porphyrius, neque „conum, neque ſimulacrum; neque aliud „quidquam viſionis cauſam eſſe vult, ſed „animam ipſam, cum incidit in ea, quæ „cernuntur, agnoſcere ſeipſam eſſe ea, „quæ aſpectu ſentiantur, quod anima contineat omnia, quæ ſunt, omniaque, quæ „ſunt, nihil ſint aliud, quam anima corpora „diverſa continens; nam cum velit, unam „eſſe omnium animam, eam, quæ rationis „eſt compos, merito dicit in omnibus, quæ „ſunt, ſeipſam cognoſcere.

Ejus objectum. 2. „Cernit autem hic ſenſus per lineas „rectas, &, cum primario loco colores percipit, cum his etiam corpus coloratum dijudicat, & ejus magnitudinem, & figuram & locum, in quo eſt, & intervallum, „& numerum, & motum, & ſtatum, & aſpe-

„rum

um & læve, & æquabile, & inæquabile, & acutum & obtuſum. Itaque quod proprie aſpectu ſentitur, color eſt: nam ſola viſione colores percipimus, & cum colore coloratum corpus, & locum, in quo eſt, quod cernitur, & intervallum interjectum; quotquot enim ſenſibus corpus percipitur, iisdem ſtatim etiam locus ſimul cognoſcitur. Quoniam autem procul cernit ſubjecta propria, neceſſario ſequitur, ut etiam ſola intervallum videat, magnitudinem vero tunc ſola percipit, cum poteſt id, quod cernitur, uno obtutu mox comprehendere; quæ vero majora ſunt, in his viſio & memoriam requirit, & cogitationem: nam in iis ab uno tranſit ad alterum, unde quæ prius percepta ſunt, memoria conſervat, & utrumque cogitatio colligit, & quod ſenſu & quod memoria perceptum eſt. Numerum autem eorum, quæ cernuntur, ſi plus tribus eſt aut quatuor, qui uno aſpectu non cernitur, motus etiam & figuras multorum angulorum numquam ſola, ſed cum memoria & cogitatione ſentit; non enim poteſt & quinque & ſex, & his amplius ſine memoria colligere uti neque hexagona & figuras multorum angulorum: motus etiam cum fiat per tranſitionem aliud habet primum aliud ſecundum, ubi autem primum & ſecundum eſt & tertium, id memoria ſola conſervat. Surſum autem & deorſum, æquabile & inæquabile item aſperum & læve, acutum & abtuſum tactus & viſus communia ſunt, qui ſoli ſen-

„ſus locum dijudicant, cogitatione tamen „etiam opus habent; quia illud ſolum, quod „uno impetu in ſenſum incurrit, ſolius ſen- „ſus opus eſt, quæ vero non uno, non ſo- „lius ſenſus, ſed etiam memoriæ & cogi- „tationis ſunt opera.

Pellucida videntur. 3. „Pellucidarum autem rerum etiam us- „que ad fundum natura ſua viſio protendi- „tur, primum quidem & maxime aeris, to- „tum enim penetrat; ſecundo aquæ ſtantis „& limpidæ: ſiquidem piſces natantes vide- „mus. Per vitrum vero & id genus alia mi- „nus cernimus, ſi modo illa lumine illu- „ſtrata ſint; & hoc hujus ſenſus eſt pro- „prium: ſed videndum, nequis in errorem „inducatur, quod etiam calidorum percep- „tionem ad viſum pertinere exiſtimet, quo- „niam ignem dum aſpicimus, ſtatim etiam „calidum eſſe ſcimus: nam cum primum „viſio ignem ſenſit, ſolum colorem & figu- „ram percepiſſe invenies, deinde accedente „tangendi ſenſu calidum eſſe cognovimus, „quod memoria a tactu acceptum conſervavit.

Viſus ſubinde fallitur. 4. „Tres igitur ſenſus, viſio, auditus, odo- „ratus res externas neque admotas ſibi per- „cipiunt niſi aere interjecto: guſtus vero non „aliter ſentit, quam ſi ad ſubjectum perci- „piendum admoveatur; tactus vero utram- „vue vim habet: nam & admotus corpori- „bus & aliquando intercedente baculo ſuo „munere fungitur, quocirca interdum aſpe- „ctus ceterorum ſenſuum teſtimonio indiget,

„cum

„cum id, quod cernitur, artificio ad fallen-
„dum factum fuerit, ut in pomo picto vel
„cereo, ubi etiam tactum, guſtum, & odo-
„ratum aſciſcere neceſſe eſt. Aliquando ta-
„men per ſe & ſua vi, quæ apparent, evi-
„denter oſtendit, cum non magno intervallo
„conſpexerit; nam turrem quadratam, ſi
„magnum ſpatium interponatur, rotundam
„aſpicit: labitur etiam, quando per caligi-
„nem aut fumum cernimus, aut quid ſimile,
„quod aſpectum perturbat. Item cum aquam
„cernimus agitatam; nam in mari remum
„quaſi infractum videmus: ſimiliter cum per
„aliquam materiam perlucentem aſpicimus,
„ut in ſpeculo, & vitro, aut cum celeri-
„ter movetur, quod aſpicitur; aut cum co-
„gitatio aliud agit, ut in eo, qui amicum
„invitaturus eum præterit, aliis intentus.
„Quatuor ergo maxime viſioni ad res evi-
„denter cognoſcendas opus ſunt, integrum
„inſtrumentum, motus congruens, & inter-
„vallum, aer purus & illuminatus.

CAPUT VIII.

De Tactu.

1. „Quodlibet ceterorum inſtrumentorum „Deus duplex fabricatus eſt; ete„nim oculos duos, & aures duas, & duo „foramina in naribus effinxit, linguas etiam „duas in omnibus animalibus genuit, ſed „alias diviſas, ut in ſerpentibus, alias copu„latas, ut in hominibus, quocirca duos

Tactus unus ſenſus per totum corpus.

 „tan-

„tantum ventriculos anteriores cerebri fecit, „ut ex utroque ventriculo nervi ſentiendi „demiſſi duplicia procreent inſtrumenta. Cau„ſa autem, cur duplicia fecerit, eſt, ut ſi „alterum læſum fuerit, reliquum ſenſum „tueatur. Sed licet plurima ceterorum ſen„ſoriorum corrumpantur, nihil animantis „vita periclitatur. Tactu vero intereunte ſi„mul etiam extinguitur animal; ſolus enim „tactus communis eſt omnium animalium, „ceteros ſenſus non omnia omnes, ſed ali„quos aliqua habent. Itaque quoniam ex hoc „ſenſu pendet, eſſetne animal, annon eſſet, „non unam partem Deus tactui tribuit, ſed „totum pene corpus animalis: nam præter „oſſa, & cornua & ungues, ligamenta & „pilos & alia quædam ejusmodi omnis pars „corporis tangendi ſenſu prædita eſt. Eve„nit igitur, ut unumquodque ſenſorium du„plicem ſenſum habeat, unum eorum, quæ „propria percipit, alterum tactus: nam „viſus v. g. colores internoſcit, & frigi„da, callidaque percipit, ſed hæc ut corpus, „illos ut viſus.

Quomodo fiat. 2. „Quomodo igitur totius corporis ta„ctus eſt, ſi ab anterioribus cerebri ventri„culis ſenſus manare dicimus? An per ſpi„nuum eſt, nervis e cerebro demiſſis, & in „omnem partem corporis fuſis tangendi ſen„ſum exiſtere? Sed quoniam ſæpe, ſi ſpi„na pedem offendimus, ſtatim capilli hor„rent, putarunt nonnulli, dolorem vel ſen„ſum doloris ad cerebrum mitti, & ad hunc

„modum

dum ſentire animal. 'Verum ſi hæc ra-
vera eſſet, non dolore afficeretur ea
s; quæ ſecatur, ſed cerebrum: quare
tius eſt, dicere, nervum illum eſſe ce-
rum. Nam cerebri aliqua pars eſt in ſe
o ſpiritum animalem continens; hanc
cauſam, cui parti nervus ſentiens inge-
us fuerit, ea pars ab eo ſentiens red-
ur. Neque tamen abſurdum forte ſit
ere, in originem nervorum cerebrum,
n dolorem, ſed perceptionis ſocietatem
amdam & doloris denuntiationem mitti.

3. „Proprie autem ſub tactum cadunt ca- *Objectum tactus.*
um & frigidum, molle & durum, vi-
ſum & friabile, grave & leve, quæ
o tactu cognoſcuntur: communia tactus
facultatis viſivæ ſunt, acutum & obtu-
n, aſperum & læve, ſiccum & humi-
m, craſſum & ſubtile, ſurſum & deor-
n, quandoquidem & locus, item mag-
udo, cum fuerit hujusmodi, ut uno im-
tu tactus comprehendatur: ſpiſſum &
rum & rotundum, cum exiguum fuerit,
emadmodum aliæ quædam figuræ. Mo-
m item accedentis corporis percipit, ad-
ncta memoria & cogitatione, numerum
oque ſed usque ad duo vel tria, eaque
igua, quæ facile comprehenduntur: ſed
ec aſpectus magis quam tactus percipit,
etiam æquabile & inæquabile. Quare
his magnam eſſe horum ſenſuum inter
communitatem perſpicitur; nam alte-
us errorem alter indicat.

 4. „Quan-

Inſtrumentum tactus.

4. „Quanquam autem univerſum corpus „tactus eſt inſtrumentum, maxime tamen „interiores manus, & harum inprimis ſummi digiti; hos enim ut indices habemus „tactus certiſſimos. Nam non modo ad comprehendendum idoneum inſtrumentum a Deo „manus effecta ſunt, ſed etiam ad tangendum, quam etiam ob cauſam cute tenuiores ſunt, & muſculi univerſæ palmæ ſubſtratæ ſunt, & pilis carent, ut magis, „quæ tangi poſſunt, percipiant: cur autem „pilos ex ſe non producant, muſculus ſubſtratus cauſa eſt. Manus autem, quæ duriores ſunt, ad capiendum valentiores „ſunt, quæ molliores, ad tactum certiores, „quo modo etiam nervi, qui duri ſunt, ad „motum, qui molles, ad ſenſum ſunt aptiores; nervi enim tactus quoque inſtrumenta ſunt, cum per eos tangendo ſentiamus.

CAPUT IX.

De Guſtu.

Guſtus inſtrumentum & objectum.

1. „Guſtus eſt ſenſus, qui ſapores percipit, inſtrumentum ejus eſt lingua, eaque maxime ſumma; præterea palatum, in quibus nervi, qui e cerebro deferuntur, diffuſi perceptionem ſuam ad „principem animæ partem referunt. Succi „autem ii, qui guſtationi ſubjectæ qualitates vocantur, ſunt, dulcedo, acor, acrimonia, acerbitas, auſteritas, amarities, „ſal-

ſedo, unctuoſitas; hæc enim guſtus di-
licat: his qualitatibus aqua carere dici-
r, quod nullam harum qualitatum in
ſtando referat; nam ſi ceteras qualitates
ectes, ut frigus & humorem, inſitam
bet aqua qualitatem. Acerbitas autem
auſteritas inter ſe differunt, quod alte-
magis, altera minus conſtringat. Sim-
ces igitur qualitates, quas guſtus perci-
, hæ fere ſolæ ſunt, ſed compoſitæ infini-
; nam cuique animalium ac ſtirpium
neri propriæ qualitates ſunt, aliam enim
rcinæ, aliam caprinæ qualitatem perci-
nus, unde quod genus carnium ſit, gu-
ndo judicamus. Proinde infinitæ ſunt,
inter ſe omnino differentes: nam vel in
, in quibus una quæpiam ſimplicium
alitatum dominatur, ſapores ſpecie dif-
rre notum eſt; etenim in ficubus aridis,
uvis paſſis, & palmula una dominatur
alitas dulcedo, & tamen guſtus in his
pores ſpecie diſcrepantes cognoſcit.

CAPUT X.

De Auditu.

uditus voces ſentit & ſonos, eorumque *Auditus inſtrumentum & objectum.*
„acumen & gravitatem, levitatem etiam
aſperitatem magnitudinemque judicat.
ſtrumenta hujus quoque ſenſus molles
nt nervi e cerebro ducti, & aurium ſtru-
ura, maximeque quod in iis cartilagino-
im eſt; nam ad ſonos & ſtrepitus apta

„car-

„cartilago eſt. Solus autem homo & ſimia „aures non movent, cum cetera omnia eas „moveant.

CAPUT XI.

De Odoratu.

Odoratus inſtrumentum & objectum. 1. „Odoratus fit quidem per nares, ſed „ad terminos anteriorum ventriculorum cerebri perficitur: hi enim, cum vaporum naturam inprimis referant, facile „vapôres percipiunt; dictum eſt enim ſupra, „quodque ſenſorium per naturæ conjunctionem ea percipere, quæ proprie ſibi ſubjecta ſint. Verum tamen non ut ceteris ſenſoriis, ita odoratui ſentiendi nervum cerebrum „demiſit, ſed ipſum ſuis terminis uſum nervorum explet, vaporesque, qui afflantur, „accipit. Eſt autem odorum latiſſime patens differentia, ſuavis odor & teter, & „qui inter hos medius interjicitur, qui neque ſuavis, neque teter eſt: gignitur autem ſuavis odor, cum humores, qui ſunt „in corpore, exquiſite, medius cum mediocriter, teter, cum parum aut nullo modo „concocti ſunt.

CAPUT XII.

De Cogitatione.

Cogitationis inſtrumentum. „Ejus partis, quam phantaſticam diximus, „tum facultatem tum inſtrumenta, tum „partes, tum partium conjunctionem & differentiam breviter ſatis explicavimus: il-

„lius

„lius autem partis, in qua cogitatio eſt, „generatim judicia ſunt, & aſſenſus & de„clinatio, & appetitio: ſpeciatim rerum in„telligentia, virtutes, ſcientiæ, artium ra„tiones, deliberandi vis, electio: atque hæc „pars eſt, quæ per ſomnia vaticinatur no„bis futura, quam ſolam Pythagoræi He„bræos ſecuti veram divinationem eſſe vo„lunt. Inſtrumentum ejus eſt medius ven„triculus cerebri, animæque ſpiritus, qui „in eo clauditur.

CAPUT XIII.

De Memoria.

1. „Ea vis, qua meminimus, memoriæ & „recordationis cauſa eſt & penus. Me„moria eſt, ut Origenes ait, phantaſia in„tus relicta ab aliquo ſenſu actu apparenti: „ut Plato vero definiebat: ſenſus & intel„ligentiæ notionis conſervatio; cum enim „animus imagines & eorum, quæ opinatus „eſt, & quæ intelligentia comprehendit, „conſervat, meminiſſe dicitur, quo loco Pla„to nomine intelligentiæ cogitationem ac„cipit. Nam quæ ſenſui ſubjecta ſunt, per „ſe memoria tenentur, quæ intelligentia cer„nuntur, ex accidenti: quia eorum, quæ „cogitamus ex antegreſſa phantaſia, memo„ria eſt, quæ vero intelligentia intuemur, „quoniam didicimus aut audivimus, memi„nimus. Quodſi meminiſſe dicimur, quæ „prius vidimus aut audivimus, aut alio mo- *Memoria quid.*

„do

„do cognovimus, prius autem ad tempus „præteritum refertur, dubium non eſt, quin „ſub memoriam cadant, ea, quæ fiunt, & „quæ pereunt, quorum in tempore cohæ„rentia eſt: quanquam autem abſentium me„moria eſt, non tamen ab abſentibus pro„ducitur. Recordatio dicitur, cum oblivio „memoriam interruperit, ſeu memoriæ, quæ „evanuerit, recuperatio; evaneſcit autem per „oblivionem, oblivio vero memoriæ amiſ„ſio eſt.

Recordatio.

Oblivio.

Inſtrumentum memoriæ.

2. „Phantaſtica igitur vis tradit cogita„tioni ea, quæ ſenſibus conſpiciuntur, co„gitatio, cum accepit & judicavit, mittit ad „memoriam, cujus inſtrumentum eſt poſtre„mus cerebri ventriculus, & qui in eo ani„mæ ſpiritus comprehenditur; nam ſi po„ſtremus ventriculus lædatur, interit me„moria, ſenſu & cogitatione nequidquam „læſis. Si anteriori & medio & poſtremo „ventriculo aliquid accidat, præterquam „quod totum animal in vitæ diſcrimen ad„ducant, ſenſum pariter & cogitationem & „memoriam delent, quod in inſania febrici„tantium oſtenditur; nam aliqui eorum, „qui eo morbo laborant, ſola cogitatione „læſa ſenſus conſervant: aliorum vana phan„taſia eſt putantium ſe videre, quæ non vi„dent, cum cetera recte dijudicent: horum „anteriores tantum ventriculi læſi ſunt, me„dius ſalvus eſt.

CAPUT

CAPUT XIV.

De Ratione, & Oratione.

„Alia diviſio animæ partis rationis com- *Ratio*
„potis eſt in rationem & oratio- *quid.*
em: eſt autem ratio animi agitatio, quæ
t in parte animæ, quæ ratiocinatur ſine
lla elocutione. Unde etiam ſæpe tacentes
otam rationem cum animis noſtris percur-
mus, & in ſomniis diſputamus, & per
anc maxime ratione præditi eſſe dicimur,
on æque per orationem; nam & qui ſurdi
ati ſunt, & qui caſu aut morbo vocem
miſerunt, nihilominus ratione utuntur.

2. „Orationis munus in voce & ſermone *Sermonis*
erſpicitur. Inſtrumenta autem vocis mul- *inſtru-*
a ſunt: nam & muſculi, qui intus ſunt *mentum.*
1 mediis lateribus, & thorax, & pulmo, &
ſpera arteria, & larynx, & horum ma-
ime, quod cartilaginoſum eſt, & nervi
ecurrentes, & lingula, & muſculi omnes,
ui has partes movent, emittendæ vocis
unt inſtrumenta. Sermonis autem os, in
oc enim fingitur & figuratur & velut con-
ormatur ſermo, lingua & gurgulione ple-
tri locum obtinentibus, palato teſtudinis,
lentibus & cujusdammodi oris hiatu, ut
n lyra chordarum uſum explentibus, con-
erente etiam aliquid naſo, ut vox ſonora
it & egregia, ut in canentibus apparet.

CAPUT

CAPUT XV.

Alia diviſio animæ.

Animæ diviſio. 1. „Dividunt alii aliter in vires aut ſpecies „aut partes animam, in vegetati„vam ſeu altricem, ſentientem, & ratio„nis compotem. Zeno Stoicus octonarum „partium animam eſſe cenſet partiens eam in „principem facultatem, quinque ſenſus, & „vocis mittendæ, procreandique vim. Pa„nætius Philoſophus edendæ vocis faculta„tem motionis ejus, qua per ſe animalia „cientur, partem eſſe vult, & quidem re„ctiſſime, procreatricem vero non animæ „partem, ſed naturæ. Ariſtoteles in Phy„ſicis qnin que eſſe dicit partes animæ, ve„getativam, ſentientem, loco moventem, ap„petentem, & ratiocinantem, vegetativam „intelligens, quæ alit, auget, generat. In „Ethicis vero in duo ſumma genera ani„mam diſtribuit, in rationis participem & „expertem. Rationis participem dividit in „eam, quæ rationi obtemperat, & quæ ra„tioni non obtemperat. De rationali jam „dictum eſt, de irrationali nunc diſſeremus.

CAPUT XVI.

De parte animæ irrationali, quæ & patibilis & appetitio vocatur.

Appetitus quid. 1. „Quæ rationalis animæ partes, quarum „una rationi obtemperat, altera non „paret, communi nomine appetitus nominan„tur,

ad quem pertinet etiam motus; quo e animalia ſequendi aliquid vel vitan- ratia incitantur; appetitus enim eſt is principium, cum ut ſimul appetie- animalia, per ſe ad motum perſequen- uſa ferantur. Irrationalis animæ par- liud non paret rationi, aliud paret: ım quod rationi paret, dividitur in bile & concupiſcibile. Inſtrumentum n cupiditatis, quæ ex ſenſu naſcitur, eſt, iræ, cor: pars dura ad gravia ia, quemadmodum contra jecur pars or mollis cupiditatis inſtrumentum fa- eſt. Dicuntur autem rationi obedire; nata ſunt, ut ad nutum rationis mo- ur in iis hominibus, qui convenien- aturæ vivunt.

„Atque hi affectus animalis eſſentiam ituunt; quia ſine his vita conſiſtere oteſt: dicitur autem affectio tum cor- , uti morbi, tum animæ, de qua quimur, cupiditas & ira. Communiter n animalis affectio eſt, quam volup- ut dolor inſequitur: nam affectionem inſequitur, non affectio dolor eſt; enim, quidquid afficeretur, doleret; ſed affectionis ſenſus eſt. Affectio igitur e eſt motus appetendi facultatis ſub m cadens ob boni vel mali opinionem: e hoc modo ira muneris functio eſt ndi facultatis, affectio autem utrius- partis animæ, & hoc amplius corpo- *Affectiones neceſſariæ.*

ris

„ris noſtri totius, cum per iram vi
„ad agendum rapiatur. Alio modo
„ris functio affectio dicitur, cum fuel
„ter naturam. Nihil igitur mirri
„eamdem rem & affectionem & munei
„ctionem nominari; nam qua motu
„a patibili animæ parte profecti, n
„quædam actiones ſunt, qua vero im
„rati & præter naturam, affectiones
„ſi motus vehementior ſit, & ad ſenſu
„veniat.

CAPUT XVII.

De Cupiditate.

Affectiones partis concupiſcibilis. 1. „Cupiditas bipartito diſtribuitur
„luptates & dolores; nam
„tas, dum quod vult aſſequitur, volu
„efficit, contra dum non aſſequitur
„rem. Alio modo diviſa cupiditas
„ſpecies facit: nam in rebus alia ſu
„alia ſunt mala, & alia jam adſunt
„expectantur. Eſt ergo bonum &
„Item præſens, & expectatum; exp
„enim bonum deſiderium eſt, jam ve
„ſens voluptas. Rurſum malum exp
„metus eſt, præſens ægritudo: und
„nulli affectionem in quatuor partes
„buerunt, deſiderium, voluptatem,
„& ægritudinem; bona autem, &
„dicimus, aut quæ vere ſunt, aut qu
„ſtimantur. Innaſcuntur autem mal
„ctiones in animo per tria hæc.

2.

2. „Primo per malam inſtitutionem, de-„inde per inſcitiam, & demum per pravum „corporis habitum; ſi enim non recte a pue-„ris inſtituti fuerimus, ut regere affectiones „poſſimus, in earum immoderationem incur-„rimus; per ignorantiam autem perverſa ju-„dicia in rationali animi parte gignuntur, „ut opinemur mala eſſe bona, & bona mala. „Aliquæ etiam ex pravo habitu corporis „oriuntur; ſiquidem in quibus amaræ bilis „magna copia eſt, iracundi ſunt, & quorum „calidum humidumque temperamentum eſt, „ad obſcænas voluptates propenſi. Verum „prava conſuetudo bona conſuetudine tol-„lenda eſt, ignoratio doctrina & ſcientia: „ad pravum autem habitum corporea reme-„dia adhibenda ſunt, ut eum, quoad fieri „poteſt, ad medium temperamentum idoneo „victu & exercitationibus, denique medica-„mentis, ſi etiam his opus erit, transfera-„mus. *Affectionum pravarum cauſa.*

CAPUT XVIII.

De Voluptatibus.

1. „Voluptatum quædam ſunt animæ, quæ-„dam corporis: animæ ſunt, quæ „per ſe illi competunt, ut quæ ex doctrina, „& cognitione rerum capiuntur: corporeæ „ſunt, quæ per communicationem corporis „& animæ fiunt, ut quæ e cibo & complexu „venereo proficiſcuntur. Solius porro cor-„poris nullæ voluptates ſunt propriæ, ſed „affectiones, ut ſectiones, fluxiones, & qua- *Voluptatis variæ ſpecies.*

„litates temperamento congruentes; omnis „enim voluptas cum ſenſu eſt, ſenſum autem animæ eſſe oſtendimus. Voluptates „item aliæ honeſtæ, aliæ improbæ ſunt; „aliæ vanæ, aliæ veræ; aliæ ad ſcientiam „in cogitatione, aliæ ad ſenſum in corpore, „quarum aliæ ſunt naturales, aliæ non naturales: quarum aliæ ſunt naturales neceſſariæ, ſine quibus vita conſtare nequit, „ut alimenta & veſtitus; aliæ naturales non „neceſſariæ, ut ſecundum naturam & legem concubitus, ſine quo in virginitate „vitam transigimus. Aliæ neque neceſſariæ, „neque naturales ſunt, uti ebrietas, libidinoſa petulantia & immoderato cibo potuque corporis expletio; hæc enim tantum „abeſt, ut ad propagationem generis conducant, ut etiam vehementer noceant. Quare „qui convenienter Deo vivit, huic ſolum „neceſſariæ ſimul & naturales voluptates perſequendæ ſunt, illi vero, qui in ſecunda „virtutum claſſe collocatus eſt, tum hæ, „tum illæ, quæ non neceſſariæ ſunt ſed tamen naturales, aſſumendæ fuerint, ſic, ut „modus & ratio, & tempus & locus idoneus ſervetur, reliquæ omnino fugiendæ „ſunt.

Voluptas quid. 2. „Simpliciter autem illæ honeſtæ voluptates putandæ ſunt, quæ non ſunt implicatæ dolori, neque pœnitendi cauſam „afferunt, neque alio detrimento eos afficiunt, qui perfruuntur: neque ultra modum progrediuntur, neque nos a gravioribus negotiis abſtrahunt, aut ſibi ſervire „cogunt.

„cognnt. Propriæ voluptates ſunt, quæ an-
„nexæ ſunt cognitioni Divini Numinis, &
„ſcientiis & virtutibus, quæ primario ex-
„petendæ ſunt; &, ut bene ſit nobis, Deo-
„que grati ſimus, vim habent, & ad perfi-
„ciendum hominis animum conferunt. De-
„finiunt autem nonnulli voluptatem gau-
„dium, ortum in natura, qui ſenſum mo-
„veat. Verum hæc definitio corporeæ tan-
„tum eſſe voluptatis videtur, quæ ſolum ex
„accidenti non ex natura ſua bona eſt: ne-
„que hæc definitio omnes voluptates com-
„plectitur, ſed eam, quæ ex contemplatio-
„ne naſcitur, omittit. Epicurus definiens
„voluptatem detractione omnis moleſtiæ
„idem dicit, quod ii, qui aſſerunt ortum in
„natura, qui ſenſum moveat; quia autem
„nullus ortus ejusdem eſt generis cum ſuis
„effectis, neque ortus voluptatis voluptas
„putanda eſt, ſed a voluptate aliud quid-
„piam: nam ortus in oriendo eſt, nihil au-
„tem eorum, quæ oriuntur, ſimul oritur,
„& ortum eſt, ſed gradatim; at quod vo-
„luptate afficitur, ea confertim afficitur, non
„ergo ortus voluptas eſt. Præterea omnis
„ortus rerum eſt, quæ non exiſtunt, volup-
„tas autem rerum, quæ jam ſunt; ergo
„non eſt ortus: Præterea voluptas non eſt
„habitus uti virtus, quia non tam facile in
„dolorem verteretur, nec uti habitus priva-
„tioni oppoſitus, nam eodem tempore fieri
„nequit, ut habitus & privatio inſit; vo-
„luptatem tamen aliqui & dolorem eodem
„tempore capiunt, ut his accidit, qui fri-

X 3 „can-

„cantur: ergo non eſt habitus voluptas. At „neque inſtrumentum eſt, quod aliorum non „ſua cauſa eſt, voluptas autem ſuiipſius cau„ſa eſt, non igitur eſt inſtrumentum, reli„quum eſt, ut muneris functio exiſtimetur: „quare Ariſtoteles eam definit non impe„ditam muneris functionem habitus, qui ſe„cundum naturam eſt; nam quæ naturalem „muneris functionem impediunt, dolorem „afferunt: ſed quia etiam hæc definitio com„petit beatitudini, ita ut beatitudo ſit vo„luptas, adhibita correctione definivit volup„tatem, finem eſſe muneris functionum non „impeditarum animantis, quæ ſunt ſecun„dum naturam, ut implicata beatitudini, „& una cum ea ſit voluptas, non autem „voluptas beatitudo ſit.

Voluptates ſenſuum.

3. „Cum muneris autem functionibus vo„luptatum ſpecies dividuntur: quot enim „muneris functionum ſunt ſpecies, totidem „ſunt voluptatum, & honeſtarum quidem „honeſtæ, pravarum pravæ. Neque dubium „eſt, quin in quoquo ſenſu ſpecie differentes „voluptates reperiantur; aliæ enim tactus „ſunt, aliæ ſaporum, aliæ oculorum, aliæ „audiendi, aliæ odorandi. Sunt autem ſen„ſus puriores ii, qui non proxime acce„dunt ad ea ſenſus moventia, quæ volup„turia ſunt, ut viſio auditus & odoratus. „Sunt etiam functionum, quæ in ratione po„nuntur, ſpecies duæ, alia enim in agendo, „alia in contemplando cernitur.

CAPUT

CAPUT XIX.

De Ægritudine.

„Ægritudinis ſpecies ſunt quatuor, moe- *Triſtitiæ ſpecies.*
„ror, moleſtia, invidia, & miſericordia. Eſt autem moeror ægritudo, quæ vocis uſum adimit, moleſtia,„ ægritudo gravans: invidia ægritudo, quæ ob alterius res ſecundas ſuſcipitur: miſericordia, ægritudo, quæ ob aliena mala. Omnis autem ægritudo ſeu triſtitia mala eſt ſuapte natura: etſi enim vir bonus æger ſeu triſtis erit aliquando, ſi vel viri boni intereunt, vel liberi, vel patria vaſtetur, non hoc ex propoſito, ſed ex circumſtantia faciet; in his enim, qui ſe contemplationi rerum totum tradidit, nihil omnino commovetur, cum ſe humanis rebus ſemoverit, & cum Deo conjunxerit: opponitur autem ægritudo ut malum bono moderatæ voluptati, ut malum malo immoderatæ. Verum iſta immoderatio in corporeis tantum eſt; nam contemplationis lætitia cum ſit ſumma & abſoluta, immoderationem non admittit, neque ei ægritudo opponitur; neque ex depulſione antegreſſæ ægritudinis accidit.

CAPUT XX.

De Metu.

„Dividitur metus in ſex partes, in pi- *Partes metus.*
„gritiam, pudorem, verecundiam, ſtuporem, ſollicitudinem, & terrorem. Eſt

„autem pigritia metus venientis actionis.
„Stupor metus e magna phantaſia: terror
„metus ex inſolita phantaſia: Sollicitudo,
„metus, ne labamur, & propoſitum non aſſe-
„quamur. Pudor, metus ob expectationem
„reprehenſionis, quæ optima affectio eſt;
„Verecundia, metus ob turpitudinem ſu-
„ſceptam, quæ etiam affectio ſpem aliquam
„ſalutis oſtendit: hoc autem differt pudor
„a verecundia, quod, qui verecundatur, ob
„perpetrata ſe occultet, quem autem pudet,
„ne dedecus aliquod admittat, metuit. Na-
„ſcitur autem metus per refrigerationem,
„omni calore ad cor principem partem con-
„currente. Metus inſtrumentum eſt os ven-
„triculi; hoc enim eſt, quod in ægritudine
„ſeu triſtitia morſum ſentit, uti Galenus ait.
„Veteres tamen etiam os ventris cor uſur-
„pant, uti Hippocrates.

CAPUT XXI.

De Ira.

Ira quid & ejus ſpecies. 1. „Ira eſt fervor ſanguinis, quo cor ſuf-
„fuſum eſt, ex ſuffuſione fellis aut
„conturbatione natus. Aliquando ira eſt
„appetitio vindictæ; nam dum injuria affi-
„cimur, iraſcimur, & tunc mixta fit affe-
„ctio ex deſiderio & ira. Species iræ tres
„ſunt: excandeſcentia, quæ bilis appellatur,
„ſimultas, ſeu ira inveteraſcens; & inimi-
„citia obſervans occaſionem ulciſcendi. Eſt
„autem ira ſatellitium rationis; cum enim
„ratio

„ratio judicarit, rem eſſe dignam, quæ ægre „feratur, ſuccedit ira, ſi modo proprium, „& naturalem ordinem tueantur.

CAPUT XXII.

De parte rationis experte, quæ rationi non obtemperat.

1. „De eo genere, quod rationi non pa„ret, eſt, in quo nutriendi, pro„creandi, & pulſuum vis ineſt, quorum „duo illa naturalia, hoc poſtremum vitale „nominatur.

CAPUT XXIII.

De nutriente animæ parte.

1. „Altricis partis vires naturales ſunt qua„tuor: attractrix, retentrix, con„coctrix, & expultrix, & hæ ſunt faculta„tes, quæ cibum partium animalis admini„ſtrant, ex quibus accretio in longitudinem „& latitudinem proficiſcitur: depelluntur „autem, quæ ſuperflua ſunt, per ventrem, „per urinam, per vomitus, per ſudores, „per os, per aures, per oculos, per ex„pirationem, per occulta foramina. Ac ce„teræ quidem depulſiones in promptu ſunt, „per aures autem earum ſordes, per ocu„los lachrymæ: per expirationem fuligino„ſus cordis calor depellitur: occulta vero „foramina ſeu poros vocant tranſpirationem „totius *Nutritio quomodo fiat.*

„totius corporis, qua ex imo corpore &
„teriarum contractione plurimi vapores
„cutis raritatem exeunt. Inſtrumenta
„trientis facultatis, ſunt os, ſtomac
„venter, jecur, omnes venæ, inteſt
„bilis utraque, & renes: nam os pri
„præparat ventri cibum minutatim eum
„dentes, & linquam concerpens, lingu
„bum dentibus ſubjicit. Ita autem co
„ctus cibus mittitur ad ventrem per ſto
„chum, quem ubi venter acceperit, ſ
„nit, quod bonum eſt, & ad nutrien
„aptum a lapidoſo, ligneo & inepto ad
„dum, & bonum in ſuccos mutans n
„ad jecur per venas, jecur vero accep
„a ventre ſuccum concoquit, eumque in
„guinem convertit. Sanguis autem pu
„tur per lienem, & veſicam, quæ b
„accipit, & renes, lienis enim trahit,
„feculentum eſt, idque ſibi paſtum f
„veſica, quæ bilem accipit, quod ac
„remanſit in ſuccis ex alimento; renes
„morem ſeroſum ac quod acerbi erat,
„quum, ut reliquus ſanguis jam purus
„utilis ad nutricandum digeratur in om
„corporis partes per venas illi inſpe
„Ita ſingulæ partes trahentes ſanguin
„& continentes, & mutantes in natu
„ſuam, quod ſuperfluum eſt, transmit
„ad vicinas partes paratum illis idon
„alimentum, & ita omnes partes, alu
„& augentur.

CAP

CAPUT XXIV.

De Pulſibus.

Pulſuum motus, qui vitalis facultas di- *Pulſuum*
„citur, initium habet a corde, & ma- *motus*
xime a ſiniſtro ejus ventriculo, qui ſpira- *origo.*
bilis appellatur, & innatum vitalemque calorem omni parti corporis per arterias, ut jecur alimentum per venas, impertit: nam concalefacto corde contra naturam ſtatim totum animal contra naturam caleſit, & refrigerato refrigeratur; ſpiritus enim vitalis ab eo per arterias in totum corpus diſpergitur. Plerumque autem inter ſe hæc tria ſimul ſinduntur, vena, arteria, nervus, e cerebro principio movendi, & ſentiendi nervus; e jecore principio ſanguinis & alentis facultatis, vena, vas ſanguinis, e corde principio vitalis facultatis, arteria, vas ſpiritus: cum autem hæc coeunt, mutuis inter ſe commodis fruuntur, vena enim paſtum ſuppeditat nervo & arteriæ, arteria venæ calorem naturalem, & ſpiritum vitalem impertit. Diducitur autem & contrahitur arteria; ſed dum diducitur, a proximis venis vi trahit tenuem ſanguinem, cujus reſpiratio fit alimentum ſpiritui vitali: dum autem contrahitur, quod in ſe fuliginoſi eſt, per totum corpus, & poros exhaurit, ſicut cor per os & nares, quod fuliginoſi eſt, expirando ſurſum expellit.

CAPUT

CAPUT XXV.

De generandi aut ſpermatica facult

Generandi facultas & inſtrumenta. 1. „Generandi vis partis ejus eſt, „rationi non obtemperat; nan „ne voluntate noſtra in ſomnis ſemen e „timus, & cupiditas conjunctionis natu „eſt: inviti enim ad eam ferimur, q „quam actio ſine controverſia in nobis „ſit, & ab anima pendet; etenim in „mentis, quæ appetitioni naturali ſervi „conficitur, & abſtinere ab appetiti „eamque comprimere, in nobis eſt poſit „Inſtrumenta autem ſeminandi facultatis „ma venæ ſunt & arteriæ, quæ ſangui „excoquunt in humidum, quod ad natu „ſeminis accedit, ut alatur, & quod „earum alimento relinquitur, ſemen fit: „tur enim primum quidem multa circu „ne in caput, & deinde per binas vena „arterias delabitur; quare ſiquis excidat „nas, quæ ſunt circa aures & paroti „animal ad generandum ineptum red „hæ autem venæ & arteriæ evadunt i „tortuoſum involucrum, quod eſt ad ſ „tum, ubi humidum illud, quod ad ſe „accedit, labitur in utrumque teſtem. „lieres quoque omnes eaſdem, quas „partes habent, ſed intus non extra. „Galenus damnans Ariſtotelem ait, ſe „emittere mulieres, & mixtionem utr „que ſeminis fœtum efficere, & ideo c „cubitum mixtionem dici, non tamen

„ſect

fectum ſemen ut viri, ſed adhuc crudum & humidius, fitque alimentum virilis, & ex eo pars quædam membranæ fœtum ambientis concreſcit, quod reliquiarum cibi Fœtus, dum in utero eſt, receptaculum eſt.

CAPUT XXVI.

Alia diviſio facultatum, quæ animal adminiſtrant.

Partiuntur aliter facultates animalis, & alias vocant animales, quæ ſunt ex electione & conſilio: alias naturales & vitales, quæ ſine electione & conſilio ſunt: & ſunt animales duæ, loco motiva, qua per ſe & cum appetitu agitantur animalia, & ſenſitiva. Motus porro, quo per ſe animalia cientur, & cum appetitu, ſpecies ſunt progrediendi vis ab uno loco in alium, totiusque corporis movendi, & vocis edendæ facultas & reſpirandi: in nobis enim eſt ſitum, hæc facere & non facere. Naturales & vitales non ſunt in noſtra poteſtate poſitæ, ſed velimus nolimus fiunt, ut nutriendi, augendi, & generandi vis, quæ ſunt naturales, & pulſuum, quæ vitalis eſt. *Aliæ facultates animalis.*

CAPUT

CAPUT XXVII.

De motu, quem animalia per ſe a per electionem ſuſcipiunt, qui ad appetitum pertinet.

Motus animalium. „Eſt igitur motus, quem per electio „animalia ſuſcipiunt, principium ce „brum, & dorſi medulla, quæ cerebri p „ſit: Inſtrumenta nervi, qui ex his „ſunt, & ligamenta & muſculi, qui c „ſtant e carnibus, & nervoſis fibris, & t „dinibus cum nervorum fibris complica „differt autem a nervo tendo, quod om „nervus ſentiendi vi eſt præditus & rot „dus, & molliusculus, & a cerebro or „nem ducit, tendo vero & durior eſt, & „oſſe, & per ſe ſenſus expers & latus „quando. Sunt autem manus ad capi „dum, & ad artificia exercenda inſt „mentum aptiſſimum; idcirco ſolus hon „quoniam ratione utitur, & in eum ar „cadunt, a Deo manibus donatus eſt. I „des vero gradiendi ſunt inſtrumentum, qu „per eos loco moveamur. Porro ſolus l „mo ſedet, nullius adminiculo indige „ſolus enim ad duos angulos rectos cru „& ad coxam & ad poplites flectit, alte „introrſum, altero extrorſum: quæ ergo „nervos & muſculos moventur, electio „fiunt. At Deus ſumma providentia c „naturalibus animalia opera conjunxit: q „enim ejectio reliquiarum cibi & potio „expultricis facultatis eſt, quæ una de n

„tur

„turalibus viribus eſt, ne præter electio„nem, & voluntatem noſtram aliquid in„decore agamus, ſi vel ubi, vel quando, „vel in quibus non oportet, excernamus, „janitores quosdam, qui Pylorus & ſphin„cter vocantur, præfecit depulſionibus mu„ſculos, ita ut ſæpe & diu depulſiones ſu„ſtinere poſſimus. Demittuntur autem ſentientes & molliores nervi a medio & anterioribus ventriculis cerebri; duriores vero ſunt, qui ex dorſi medulla & ex inferioribus ejus partibus proficiſcuntur. Ortum ergo nervorum duplicem habemus, & quæque medullæ dorſi vertebra conjugationem nervorum emittit, cujus altera ad dexteram corporis partem tendit, altera ad lævam: fere enim totum corpus noſtrum in duo diviſum eſt, in dextrum & lævum.

CAPUT XXVIII.

De Reſpiratione.

„Reſpiratio etiam inter facultates animales „numeratur; etenim muſculi ſunt, qui „thoracem diducunt, præcipuum reſpirandi „inſtrumentum, & ea reſpiratio, quæ cum „gemitu fit in magnis doloribus, animæ „eſſe opus oſtendit. In noſtra quoque pote„ſtate eſt, pro eo, atque uſus poſtulat, re„ſpirationem mutare: nam cum ex aliqua „parte, quæ reſpirandi vim continet, labo„ramus, aut quæ cum aliqua harum por„tium movetur, uti ſepto transverſo, je- *Reſpirationis neceſſitas.*

„core,

„core, ſplene, ventriculo, aut tenuibu
„teſtinis, & colo paululum, & crebro i
„ramus. Paululum, ne vehementer c
„tiamus partem dolentem; crebro, ut
„defuit magnitudini, crebritate comp
„tur. Reſpirationem autem ne decimam
„dem horæ partem ut cohibeamus fieri
„teſt; nam ſuffocatur calor, qui in i
„eſt, fuligine, ideoque extinguitur &
„feſtim interitum affert. Tres autem
„cauſæ reſpirationis, uſus, facultas,
„ſtrumenta.

Inſtrumenta. 2. „Uſus reſpirationis eſt duplex, c
„ſervatio nativi caloris, & ſpiritus ani
„lis refocillatio: conſervatio caloris du
„do & emittendo ſpiritu conſtat, quod
„ctus refrigeret, & moderate calorem
„citet, emiſſio fuliginem cordis effun
„refocillatio autem ſpiritus animalis ſola
„ſpiratione fit, quia ad cor per diaſto
„quædam aeris pars pertrahitur. Facu
„autem animalis eſt, quæ reſpirandi c
„ſam affert: hæc enim movet inſtrum
„reſpirationis per muſculos, & inprimis t
„racem, cum quo pulmo movetur & aſp
„arteriæ, quæ ſunt pars pulmonis, ita
„hæ ſint vocis inſtrumentum, membra
„vero ejus ligamenta reſpirationis. Pu
„autem medium cor comprehendit, q
„opus habet refrigeratione, quam adfert
„ſpiratio: adhæret vero aſperæ arteriæ br
„chus, broncho guttur, gutturi os &
„res; nam utroque horum extrinſecus ae
„ducimus. CAP

CAPUT XXIX.

De eo, quod ſponte vel invite fit.

Quoniam, quidquid ſponte vel invite fit, „in actione aliqua conſiſtit, inprimis definiendum eſt, quid ſit actio. Actio eſt muneris alicujus functio cum ratione; actiones autem laus aut vituperatio conſequitur, & aliæ ipſarum cum voluptate, aliæ cum dolore tranſiguntur, aliæque ſunt optabiles ei, qui agit, aliæ fugiendæ: Optabilium autem quædam ſemper ſunt optabiles, quædam certo quodam tempore, ſimiliter etiam fugiendarum. Rurſus actionum aliis miſericordia & venia tribuitur, aliæ in odio ſunt, & pœna vindicantur. Sint ergo regulæ cognitionis ejus, quod ſponte fit, quod omnino laus aut vituperatio comitetur, & cum voluptate aguntur, & optabiles ſint actiones iis, qui agunt, aut ſemper, aut tunc, cum aguntur: invite autem facti notæ ſunt & indices, quod veniam aut miſericordiam mereantur, & cum dolore agantur, neque optabiles ſint. His ita explicatis dicamus primum de eo, quod invite fit. *Actio quid.*

CAPUT XXX.

De eo, quod invite fit.

Quod invite fit, partim per vim fit, partim per ignorantiam: atque eorum quidem, quæ per vim fiunt, principium „efficien- *Quid invite per vim fiat.*

„efficiendi extra eſt. Itaque definitio
„quod invite per vim ſuſcipitur, eſt, c
„principium eſt extra, ut nihil ſua volu
„ad actionem conferat is, cui vis infe
„principium hic pro cauſa efficiente di
„eſt. Verum quæritur, an etiam hæ
„vite fiant, jactus onerum, quos naut
„ciunt adverſa tempeſtate, aut cum
„amicorum aut patriæ conſervandæ c
„rem turpem facit aut patitur. Sed
„ſponte potius fieri videntur; nam i
„adjectum eſt ad definitionem, ut nihi
„actionem conferat ſua voluntate is,
„vis affertur: in hujusmodi enim ca
„ipſi ſponte per ſe movent partes, qua
„ſtrumenti locum obtinent, & ita oner
„mare dejiciunt: quod idem accidit i
„qui aliquid turpe, aut grave majoris
„gratia perpetiuntur, ut Zeno, qui ſ
„ipſe linguam dentibus præciſam expui
„Dionyſium tyrannum, ne ei tacenda &
„condita enuntiaret. Item Anaxarchus
„loſophus, qui paſſus eſt ſe contundi a
„cocreonte tyranno, ne amicos prode
„Quando ergo aut metu majorum malo
„elegerit quis minus malum, aut ſpe m
„ris boni ſumſerit minus bonum, non i
„tus agit, aut patitur; facit enim vol
„tate, & electione, & optabilia ſunt t
„cum aguntur, etſi per ſe non ſint opt
„lia: ſunt ergo ex eo, quod ſponte &
„vite fit, mixta, invite quidem per ſe, ſp
„te eo tempore ex circumſtantia. Opo
„autem ut plurimum præ turpibus expete

„q

e moleſta ſunt, ut Suſanna & Joſeph
erunt, etſi non ſemper: nam Origenes,
dedecus & ignominiam ſuſciperet, quam
hiopes oſtentabant, diis ſacra fecit, &
ı cauſa cecidit. (*Verum hoc Origeni per*
ımniam imputari probat Huetius in Orige-
nis. L. 1. *c.* 4. *n.* 4. Nemo autem exi-
ıet intemperantiæ libidinem aut iram
cata eſſe invite ſuſcepta, quod extra
ıcipium habeant efficiens; nam & for-
ſcorti ad intemperantiam eum, qui aſpe-
, excitavit, & qui irritavit, iram com-
vit. Etſi enim principium efficiens ha-
ıt extra: ipſi tamen per ſe & partes,
e inſtrumenti loco ſunt, agunt, & prin-
ii cauſam ſibi ipſis præbent, eoquod ob
lam inſtitutionem perturbationibus facile
cumbant. Nam vituperantur, qui hæc
ınt, ut qui malum ſponte contraxerint;
: autem ſponte contractum conſtat ex
, quod actione delectantur: at vero,
ɔd inviti facimus, moleſtum eſſe oſten-
ıus.

CAPUT XXXI.

ʒo, quod invite per ignorationem ſit.

[ulta agimus per inſcientiam, ex qui- „bus poſt actionem voluptatem capi-
ıs, ut cum quis invitus inimicum inter-
erit, cæde tamen ejus delectatur. Hæc
id genus alia vocant non ſponte ſuſcep-
non tamen etiam invite. Item agimus
ɛdam per inſcientiam, quæ facta mole-

Quid invitum per ignorantiam.

„ſtiam afferant, hæc vocantur invite facta, „quæ perpetrata dolor conſequitur. Eorum „ergo quæ fiunt per ignorantiam duæ ſunt „ſpecies, una non ſponte factum, altera in„vite: nunc propoſitum eſt, de eo tantum, „quod invite fit, dicere. Nam quod non „ſponte eſt geſtum magis reducitur ad id, „quod ſponte eſt factum, cum ſit mixtum; „nam ſi principium ſpectes, invite fit, ſi „finem, ſponte: quare quod invite fit, de„finiunt etiam ſic, id, quod præterquam quod „ſponte non eſt ſuſceptum, dolorem & pœ„nitendi cauſam affert. Item aliud eſt, per „inſcientiam aliquid facere, aliud inſcien„tem, ſi enim in noſtra poteſtate fuerit in„ſcientiæ cauſa, inſcientes quidem facimus, „non tamen per inſcientiam: nam vinolen„tus & iratus quiſquam ſiquid faciat impro„be, alter ebrietatem, alter iram cauſam „habet eorum, quæ facit, quæ ſponte ſu„ſcepta ſunt: Ipſi ergo ſibi ignorantiæ cau„ſa eſt. Itaque hæc non per inſcientiam di„citur facere, ſed inſciens agere, quæ non „invite ſed ſponte fiunt; unde etiam repre„henduntur a viris bonis, qui hæc agunt: „ſi enim non fuiſſet ebrius factus, non fe„ciſſet, ſponte autem ebrius eſt factus, ſpon„te ergo fecit. Per inſcientiam autem ea „facimus, cum ipſi non præbuerimus cau„ſam inſcientiæ, ſed ita caſus tulerit, ut „in loco conſueto quiſpiam ſagittam mit„tens patrem caſu prætereuntem interfecerit.

2. „Ex

2. „Ex his ergo demonſtratur, eum, *Ignorans an invite agat.*
ui ignorat, quæ ſunt utilia, quique mala ſe bona opinatur, invite non agere: nam a inſcientia ex ejus improbitate proficiitur, adeoque vituperatur, vituperatio ero nonniſi eorum eſt, quæ ſponte comiſſa ſunt. Non ergo rerum generalium, it earum, quæ fiunt ex electione, ignontia eſt invite ſuſcepta, ſed ſingularum: um ſingula inviti, univerſa ſponte ignoraus. Singula autem ſunt, quæ vocantur rhetoribus circumſtantiæ, quis, quem, uid, quo, ubi, quando, quomodo, quam rem, ut perſona, factum, inſtrumenm, locus, tempus, modus, cauſa, quom plurima aut potiſſima qui ignoraverit, r inſcientiam fecit; ſunt autem potiſſia in his, cujus gratia, & quod agitur, eſt, cauſa & factum.

CAPUT XXXII.

De eo, quod ſponte ſit.

ponte committitur, quod neque per vim, *Quidnam ſponte fiat.*
„neque per inſcientiam fit. Atque id idem non per vim fit, cujus principium ipſis eſt, non per ignorantiam vero, ſi idpiam rerum ſingularum ignoratum non erit, per quæ & in quibus eſt actio. Quærur autem, an quæ natura fiunt, ſponte nt, uti concoctio. Sed hæc neque ſponneque invite fieri oſtenduntur, quia in bis ſita non ſunt.

CAPUT XXXIII.

De Electione.

Electio quid. „Non idem valet ſponte factum & electio, latius enim patere deprehendimus quod ſponte fit; omnis enim electio ſponte ſuſcipitur, non vero quod ſponte ſuſcipitur, electio eſt: nam pueri & beſtiæ ſponte quidem faciunt, non tamen eligentes, & quæ per iram non deliberata facimus, ſponte facimus, ex electione non item. Eſt igitur electio mixtum quid ex conſilio & judicio, & appetitu, & neque appetitus per ſe, neque conſilium tantum, ſed quidquam ex his compoſitum; nam eſt conſilium quoddam, & conſultationem cum approbatione, etſi non ſit ipſum conſilium. Vis nominis ſignificat. Nam eligitur id, quod præ alio legitur, neque eligit, niſi judicarit, & conſultarit: quia autem non omnia, quæ probata ſunt, exequi ſtudemus, tum electio eſt, & eligi dicitur, quod conſilio antepoſitum eſt, cum deliberatio appetitum aſſumſerit. Neceſſario ergo electio in iis verſatur, in quibus & conſilium. Itaque ex his efficitur, electionem eſſe appetitum cum conſultatione junctum earum rerum, quæ in noſtra ſunt poteſtate: nam id, quod antepoſitum eſt, per conſultationem cum electione concupiſcimus.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

De quibus rebus conſultemus.

„Antequam de quibus rebus conſulte- *Conſultatio quid.* „mus exponamus, explicandum eſt, in quo conſilium a quæſtione differat; non enim idem ſunt conſilium, & quæſtio, etſi qui conſultat, quærens aliquid conſultat: quærimus enim, an ſit major ſol terra, nemo autem dicit, ſe conſultare, an ſol major ſit terra. Eſt enim quæſtio genus conſultationis, & latius patet; nam omnis conſultatio quæſtio eſt, non autem omnis quæſtio conſultatio: conſiderare vero aliquando pro conſultare dicimus, uti conſulto, an navigandum ſit, aliquando pro meditari, uti conſidero, non conſulto diſciplinas.

2. „Conſultamus ergo de iis, quæ in no- *De quibus conſultemus.* bis ſunt poſita, & per nos fieri poſſunt, & exitum habent incertum, & ſic & aliter noſtra opera evenire poſſunt: quare de illis ſolis conſultamus, quæ ſub actionem cadunt, hæc enim in nobis ſita ſunt. Non enim de Philoſophia ſpeculativa deliberamus, neque de Deo, neque de iis, quæ fiunt neceſſario, id eſt ſemper eodem modo fiunt, uti de anni circulo, vel quæ non ſemper tamen eodem modo ſemper fiunt, ut ortus & occaſus ſolis, vel quæ natura quidem, non tamen ſemper, ſed ut plurimum fiunt, uti canities ſexagenarii,

„vel quæ indefinite fiunt, uti imbres, vel
„quæ fortuito & raro fiunt: quare dictum
„eſt, quæ in nobis ſita ſunt: at neque de
„his etiam conſultamus, ſed adjici oportet,
„de iis, quorum exitus incertus eſt; nam
„ſi res plana ſit, de ea non conſultamus.
„Porro neque de fine, ſed de his, quæ ad
„finem referuntur, conſultamus, v. g. non
„ut divites ſimus, ſed qua via ad opes ſi-
„mus perventuri; atque ut ſummatim di-
„cam, de his tantum conſultamus, quæ in
„utramque partem æque contingunt.

CAPUT XXXV.

De Fato.

Fati abſurditas. „Qui aſtrorum circumvectioni cauſam om-
„nium, quæ fiunt, aſſignant, non ſo-
„lum communibus notionibus adverſantur,
„ſed etiam omnem reipublicæ adminiſtra-
„tionem inutilem reddunt: abſurdæ enim
„leges, ſupervacanea judicia, quæ ab eis
„pœnam exigant, in quibus nulla culpa ſit:
„vituperare quoque & laudare nulla ratio
„eſt; nullus etiam uſus eſt precum, ſi om-
„nia fato adminiſtrantur, & exterminatur
„cum religione providentia, ſiquidem cœlo-
„rum motibus non ſolum partes corporis,
„ſed etiam animæ cogitationes ad agendum
„impelluntur: denique qui iſta diſſerunt
„una cum libera voluntate contingentis natu-
„ram tollunt, & ſic univerſa labefactant. In-
„qua etiam aſtra eſſent, quod alios mœcho:
„alios

lios, homicidas efficiant, & malus archi-
tectus eorum Deus, ſi ejusmodi fecit, quæ
mala nobis neceſſario importarent, & graviſ-
ſimorum malorum cauſam Deum efficerent.
Qui autem utrumque tenent, & in noſtra
poteſtate eſſe aliquid, & fato omnia eve-
nire, uti Stoici, Chryſippus, & Philopa-
ter, nihil aliud explicant, quam omnia
fato fieri; ſi enim appetitus nobis datos
eſſe fato ajunt, eosque aliquando impediri
fato, aliquando non impediri, planum eſt,
omnia fato fieri, ea etiam, quæ in nobis
ſita videntur: quomodo vero ſi appetitus
neceſſario conſequitur, relinquitur id, quod
in noſtra poteſtate eſt, quod liberum eſſe
debet? Non ergo, quod per nos fato ef-
ficitur, in noſtra poteſtate eſt.

CAPUT XXXVI.

De Fato, quod in aſtris ponitur.

Adverſus ſapientes Ægyptiorum, qui di- *Fatum in*
„cunt, veram eſſe ſententiam de fato *aſtris non*
in aſtris poſito, ſed mutari precibus, & *conſiſtit.*
procurationibus: eſſe enim horum ſyderum
cultus quosdam, qui ea mitigent, aliasque
ſuperiores vires, qui ea poſſint flectere,
ideoque precationes & deorum cultus eſſe
inſtitutos. Reſpondebimus, eos fatum fa-
cere rerum contingentium, non neceſſa-
riarum: at contingens infinitum eſt, in-
finitum autem incognitum. Itaque tum
omnis divinatio tollitur, tum maxime eo-

 „rum,

„rum, qui notant cujusque vitam ex natali „die, & dicuntur Genethliaci. Si dicant, „figurarum affectiones a peritis cognoſci, „verum, cum figura non ex propria vi eve- „nerit, Deum id prohibuiſſe: ſed etiam hoc ab- „ſurdum eſſe reſpondebimus, primum quia „preces ſolas, & deorum cultum in noſtra „poteſtate ſtatuunt; deinde ambigemus cum „eis, quomodo ſola precatio in nobis ſit „poſita. Rurſus ſi ars eſt, quae fati vim „prohibeat, an omnes eam aſſequi poſſunt, „& ſic fatum evertetur, vel non poſſunt, „quod utique ex fato fiet, & ſic cultus „etiam deorum fato adſcribetur.

CAPUT XXXVII.

De his, qui dicunt optionem rerum agendarum in nobis eſſe, exitum vero rerum, quas elegimus, in fati poteſtate.

Exitus rerum fato non aſcribendus.

„Qui autem dicunt, optionem rerum agen- „darum in nobis eſſe, ſed rerum even- „tum in fato, partim recte ajunt, partim „falluntur; quod enim fato rerum exitus „aſſignent, male dicunt: primum enim co- „arguentur, quod imperfectum faciant fa- „tum; ſiquidem hoc habet, illud non ha- „bet. Deinde quod ipſum ſtatuant conſe- „quens quiddam ad noſtram voluntatem, & „ita moveri potius a nobis, quam movere „nos reperietur; atque etiam homo fato „domi-

ninantior eſt, ut qui ipſum ſua optione ngat. Quamobrem rectius eſt dicere, tus rerum cauſam in providentia conere: illius enim proprium eſt, pro ſuo ique commodo tribuere, eamque ob cau-a exitus electarum rerum, quod utilita-n ſpectat, aliquando ſuccedet, aliquan-non ſuccedet. Quodſi fatum, id eſt, lo immutabilis juxta Stoicos, ſuo motu neceſſitate exitus affert; quid dicent de ltis ab electione vacuis, utrum fato illis eſt, ut tales ſint, an non? Si enim non o, fatum effugient, ſin autem fato, neſſario ſequitur, ne electionem quidem in ſtra poteſtate ſitam eſſe; ſi enim, quod ctionis eſt expers, ſub fatum cadit, neſario etiam quod electionis eſt particeps, ſic ad primorum ſententiam, qui dicunt nia ex fato eſſe, revolventur. Supercanea etiam pugna eſt in continente, & ontinente, rationis & cupiditatis; ſi im neceſſario definitum eſt, hoc agere c non agere, quis uſus eſt diſſenſionis eo? Quodſi etiam confatale eſt, non do agere, ſed ita agere, quid aliud it, qui ita ait, quam & electionem faem eſſe? nam electio cum cupiditate degnat, & in continentibus ſuperat, in ontinentibus ſuperatur.

CAPUT

„juſtos. Eſſe autem aliqua in noſtra pote„ſtate admonitiones oſtendunt; nemo enim „hominem hortatur ad non eſuriendum ne„que ad volandum, non enim hæc in no„ſtra poteſtate ſunt: quare perſpicuum eſt, „quarum rerum admonitiones ſunt, eas in „noſtra eſſe poteſtate. Item ſi nihil in no„ſtra poteſtate eſt, ſupervacaneæ ſunt leges, „& tamen naturaliter omnes gentes legibus „quibusdam utuntur, quod ſciant, ſe ha„bere poteſtatem agendi, quæ legibus ſan„ciunt; & pleræque gentes leges ſuas ad „deos auctores referunt, ut Cretenſes ad „Jovem, Lacedæmonii ad Apollinem: quare „naturaliter omnium hominum mentes im„buit hæc opinio, eſſe aliqua in noſtra po„teſtate. Quod autem de admonitione dixi„mus, idem de vituperationibus & laudi„bus, ceterisque, quæ evertunt ſententiam, „omnia fato fieri, intelligendum eſt.

CAPUT XL.

Quæ ſint illa, quæ in noſtra ſunt poteſtate.

Quænam ſint in noſtra poteſtate.

„Dicimus generatim omnia, quæ per nos „ſponte aguntur, in noſtra poteſtate „eſſe. Proprie autem in noſtra poteſtate „ſunt omnia, quæ ad animum pertinent, & „de quibus conſultamus, quod perinde eſt, „quaſi in noſtra ſit poteſtate, agere & non „agere, quod proponitur. Oſtenſum eſt au„tem ſupra, conſultationem eſſe rerum con-

„tin-

„tingentium in utramque partem, quod ge-
„nus contingentium ſic definitur: quod cum
„ipſum poſſumus tum ejus oppoſitum: hu-
„jus optio penes noſtram mentem eſt, &
„hæc actionis eſt principium, eaque in no-
„ſtra poteſtate ſunt, quæ æque in utram-
„que partem contingunt, ut moveri, & non
„moveri, & quæcunque ejusmodi ſunt, ut
„in iis vitii & virtutis opera inſint. Sunt
„etiam artes in iis, quæ æque in utram-
„que partem eveniunt; omnis enim ars in
„iis producendis verſatur, quæ eſſe & non
„eſſe contingit; & quorum principium in eo,
„qui facit, non in eo, quod fit, reperitur:
„nihil enim, quod æternum vel neceſſario
„eſt, vel neceſſario fit, arte fieri dicitur.
„At neque, quæ ita fiunt, ut aliter quidem
„ea ſe habere contingat, ſed in ſeipſis ef-
„ficiendi vim cohibent, ut in animalibus,
„& Stirpibus accidit, arte aliquid dicitur
„fieri; natura enim non arte fiunt. In no-
„ſtra ergo ſunt poteſtate & artium munera
„& virtutes, & omnes animæ rationisque
„actiones. Nec obſtat quod *Jer.* 10. *v.* 33.
„dicitur: *non ſunt in homine viæ ejus.* Et
„*Pſ.* 94. *v.* 11. *Inanes ſunt cogitationes ho-
„minum.* Utpote cum exequi non poſſi-
„mus, quod cogitamus. Sed hæc dicunt,
„qui neſciunt, quomodo voluntas in homi-
„ne libera ſtatuatur: non enim, ut divites
„ſimus, aut pauperes, aut perpetuo ſani,
„aut natura robuſti, vel fortunæ bona, aut
„quorum exitus a providentia pendet, no-
„ſtra

„ſtra poteſtas eſt, ſed actionum ad virtutem „& vitium, & electionum & motuum, & „quorum oppoſita etiam æque agere poſſu„mus.

CAPUT XLI.

Quam ob cauſam libera voluntate procreati ſimus.

Cur liber homo creatus. „Dicimus cum ratione ex natura conjunctam „eſſe liberam voluntatem, & rebus „genitis connatam eſſe mutationem iis ma„xime, quæ ex ſubjecta materia generatæ „ſunt, principium enim cujusque ortus mu„tatio eſt; nam ex commutatione ſubjectæ „materiæ ortus exiſtit. Ejus porro, quod „ratione utitur, aliud in contemplando aliud „in agendo ponitur: in contemplando poni„tur, quod rerum naturam, quemadmodum „ſe habeat, perſpicit: in agendo, quod de„liberat, quod rebus iis, qui ſub actionem „cadunt, rectam rationem ſtatuit, atque il„lud quidem mentem, hoc rationem; illud „ſapientiam, hoc prudentiam appellant. Qui„cunque autem conſultat, ut eligat, con„ſultat, ut, ubi elegerit, agat. Omnino er„go neceſſe eſt, in eo, in quo eſt conſulta„tio, etiam dominium eſſe actionum, ſine „quo deliberandi vim fruſtra haberet: ne„ceſſario ergo cum ratione libera voluntas „exiſtit. Demonſtratum etiam eſt, quæ ex „ſubjecta materia nata ſunt, mutabilia „eſſe; itaque ex utroque concluditur, ho-

„minem

inem neceſſario libera eſſe voluntate & ntabilem, mutabilem, quia genitus, lira voluntate, quia ratione præditus: are qui Deum accuſant, quod hominem n crearit ejusmodi, ut in illum vitium llum cadere poſſet, ſed liberæ voluntaeffecerit, imprudentes Deum accuſant, od rationis compotem hominem genue. Neceſſarium eſt enim alterum ex duois, aut rationis expertem eſſe factum, t libera voluntate, & ſua natura mutaem: ſed illæ quidem naturæ, quæ ex bjecta fiunt materia, dupliciter ſunt mubiles, & propter materiam, & quod fae ſint; quæ autem non ex ſubjecta ſunt ateria, uno ſolum modo nempe vi ortus nt mutabiles. Rurſus ex his naturis, æ materia vacant, eæ, quæ circa term verſantur, & ob ſocietatem cum hoinibus in rebus agendis occupantur, mas ſunt ceteris mutabiles: quæ vero ob turæ præſtantiam cum Deo per inclinanem verſantur, & per illius contemplanem beatitudine fruuntur, manent imutabiles, libera quidem voluntate prætæ, quia ratione utuntur, non tamen utabiles, utpote ad ſolum Deum conver:, & a rebus agendis & materia remotæ. ud quoque demonſtratum eſt, naturas tionis participes ab initio optime eſſe getas, & ſi ita manſiſſent, ab omni fuiſnt vitio remotiſſimæ, nunc autem id ſua ſæ voluntate & electione incurrunt; nam æ ita permanſerunt, beatitudine per-

„fruuntur: ſoli autem angeli, inter ea, „quæ ſunt ſine corpore, mutati ſunt, non „tamen omnes, ſed aliqui, qui ad inferio„ra propenſi a Deo diſceſſerunt.

Nos ſumus improbitatis cauſa.

2. „Itaque manifeſtum eſt, quoniam na„tura ſumus mutabiles, nos vires quibus „eligimus mutabiles habere, neque tamen „improbitatis noſtræ culpa in Deum confe„renda eſt: non enim in facultatibus ſunt „vitia ſed in habitibus, habitus autem ex „electione & voluntate ſunt; itaque noſtra „ipſorum voluntate improbi evadimus, non „natura ſumus. Si ergo facultas vitium „non eſt, ſed habitus, non qui facultatem „nobis dedit, cauſa nobis improbitatis eſt, „ſed habitus, qui nobis a nobis per nos „& propter nos comparatur; licebat enim „contrarium habitum, non iſtum vitioſum, ex„ercitatione quærere: differt autem facul„tas ab habitu, quod omnes facultates na„turales ſint, habitus a nobis parti, & fa„cultates doctrina tradi non poſſint, habi„tus diſcendo & conſuetudine adveniant: „quare ſi facultas naturalis quædam res eſt, „nec doctrina tradi poteſt, & habitus adven„titia res eſt, & doctrina traditur, non natura „cauſa vitiorum eſt, ſed vitioſe inſtituti ſu„mus, & vitioſum habitum comparavimus. „Facultates porro naturales eſſe, ex eo pa„tet, quod omnes easdem habent faculta„tes, mutilis exceptis, contra habitus non „eſſe naturales, perſpicitur, quod non eos„dem omnes habent habitus, ſed alii alios:

„quæ

ıæ enim natura ſunt, eadem ſunt apud nnes.

CAPUT XLII.

De Providentia.

„Primum hic quærendum eſt, ſit ne providentia: ſecundo, quid ſit: rtio, quorum ſit. Ac Judæus quidem, ſi innus non ſit, providentiam non ignorat, cum iat miracula, quæ in Ægypto evenerunt, ım audierit, quæ in ſolitudine contigeət; in quibus illuſtrior hominibus appait providentia, quam quæ in oculis cerıntur: Chriſtianos autem tum hæc oma docent, eſſe providentiam, tum inpriis diviniſſimum illud & ob eximium norem in humanum genus ſumme inedibile providentiæ opus, quod Deus ſe ırpore noſtra cauſa induerit. Itaque eſſe ovidentiam iisdem rationibus quis oſtenıt, quibus Deum eſſe probatur; nam nnium permanentia & maxime eorum, ıæ oriuntur & occidunt, ſitus item & or› rerum, qui ſemper idem conſervatur, : aſtrorum curſus, & anni tempora ſemər eadem, quomodo, ſi nemo provideat, militer adminiſtrari & perſeverare poſınt? Quin etiam pœna, quæ peccata inquitur, & peccatorum deteɛtio eſſe prodentiam declarat. Plenæ ſunt hujusmo. hiſtoriis Hebræorum Scripturæ, & Græ›rum litteræ: nam ejusmodi Suſannæ ca- *Providentia datur.*

„ſus litteris ſanctis mandatus eſt. *Dan.* 13.
„Et apud Græcos Poetæ Ibyci, cujus cæ-
„dem occulte patratam & interfectores ejus
„grues convolantes manifeſtarunt. Maxi-
„me autem eſſe providentiam oſtendit cor-
„porum, quæ oriuntur & intereunt, fabrica
„& ſimilis proportio; nam in omni corpo-
„ris parte apparet providentiæ cura, quod
„licet ex diverſis libris colligere: colorum
„quoque in animalibus varietas eumdem
„ſemper ornatum ſervans clamat eſſe pro-
„videntiam. Atque etiam quod inter omnes
„homines conſtat, adhibendas eſſe preces Nu-
„mini Divino, idque ſacrariis & muneribus
„colendum, providentiam ſignificat; ſi enim
„nulla providentia univerſum gubernaret,
„quis aut a quo quiſquam precabitur? Idem
„confirmat ſtudium benefaciendi, quod ab ho-
„minibus non depravatis naturaliter coli-
„tur: nam mercedem ejus in poſterum tem-
„pus expectantes, etiam in eos, qui repen-
„dere non poſſunt beneficium, conferimus.
„Quodſi tollatur providentia, permitti vide-
„tur injuria iis, qui eam inferre poſſunt;
„tollitur erogatio in pauperes, Deique me-
„tus, & ſimul cum iſtis virtus religioque
„evertitur; ſi enim Deus non providet, ne-
„que punit, neque bonis præmia tribuit,
„neque propulſat injuriam ab injuſte læſis,
„quis Deum veneretur? Deletur etiam pro-
„phetia & omnis præſcientia, quæ videmus
„quotidie adhuc accidere.

2. „Præ-

2. „Præterea Deus bonus eſt, & ad bene „merendum propenſus, adeoque etiam pro„vidus. Quid hic recenſeam res quasque „a Deo creatas, earumque proportionem, „ordinem & uſum pro univerſo? Quomodo „homo ex homine, bos ex bove ſemper gig„nitur, & quodque ex ſuo ſemine, ſi abeſt „providentia? Nam ſiquis dicat, ut ab ini„tio quæque creata ſunt, ita ſerie quadam „procedere, & hoc dicat, cum creatione om„nino copulatam eſſe providentiam, cum om„nia ordine procedant, & a Creatore ſapien„ter adminiſtrentur. Quis, cum videat for„mas hominum in infinita pene multitudine „differentes, non admiretur? ſi autem cau„ſam hujus reputet, cognoſcet a providen„tia formas rerum ſingularum eſſe diſtin„ctas: nam ſi eamdem omnes retinerent fi„guram, quanta rerum confuſio ſequere„tur, cum neque familiarem, neque alie„num quis cognoſceret, neque hoſtem aut „improbum ab amico & probo viro diſcer„neret. Omnia fere ſimul eſſent, ut Ana„xagoræ fuit opinio, & nihil obſtare, quo„minus cum ſororibus & matribus corpus „miſceremus, aut aliud quid improbe face„remus, ſi modo in ipſo facinore non de„prehenderemur. Neque differentia formæ „ſatis fuit; nam velut corollarii loco etiam „colorum differentiam providentia adjceit, „ut naturæ humanæ imbecillitati multis mo„dis ſuccureretur. Arbitror etiam, pleraque „animalia figura & ſpecie ſimilia habere ali„quas in aſpectu differentias, quibus inter

„ſe ſe conjugatim cognoſcant; corvi enim „ſæpe multi congregantur, conjugatim tamen ſeparantur, quoniam quodvis eorum „jugatam, & natura ſibi conjunctam avem „agnoſcit.

CAPUT XLIII.

Quid ſit Providentia.

Quid ſit providentia.

„Providentia eſt rerum procuratio a Deo „ſuſcepta, quæ ita definitur; Providentia eſt voluntas Dei, per quam omnia „quæ ſunt, apta gubernantur. Quodſi Dei „voluntas eſt providentia, neceſſe eſt, recta ratione, & optime, & diviniſſime, & „qua ſola recta ratione ſe habeant, fieri, „quæ fiunt, neque melioris ordinis eſſe capacia. Neceſſe eſt autem, eumdem eſſe, „qui res efficiat, & effectis provideat, neque enim rectum eſt, nec decet, alium „efficere, alium effecta procurare: nam hoc „quidem certe imbecillitatis eſt. Multa ſunt „etiam in animalibus ſimulacra, & imagines eorum, quæ diximus: quidquid enim „genuit, cibum quoque fœtui procurat, & „homo etiam de ceteris omnibus, quæ ad „vitam degendam ſpectant, quoad ejus fieri „poteſt, proſpicit; quæ vero non provident, „ob imbecillitatem non provident. Quare „oſtenſum eſt, Deum eſſe, qui provideat, „& providentiam eſſe ejusdem voluntatem,

CAPUT

CAPUT XLIV.

Quarum rerum ſit providentia.

„Plato & univerſas res & ſingulas a „providentia gubernari vult, & Providentiæ rationem partitur in tria. Primum enim eſſe principis Dei providentiam, qui primario quidem loco ideis, deinde toti orbi conſulit, & omnibus rebus univerſis, id eſt, generibus, ſubſtantiæ, quantitati, qualitati, & aliis talibus, & formis, quæ iſtis ſubjectæ ſunt. Ortui autem ignobiliorum animalium, & Stirpium, & omnium, quæ generantur & corrumpuntur, ſecundos deos, qui cœlum volvunt, proſpexit, quorum ortum Ariſtoteles ad ſolem, & ſigniferum orbem refert. Tertiam Plato ſtatuit providentiam, penes quam ſit adminiſtratio rerum agendarum & exitus, itemque naturalium, & fortuitorum bonorum, quæ materiæ admixta, & inſtrumenti locum obtinere dicuntur, atque etiam eorum, quæ his contraria ſunt, adeptio. Huic providentiæ præeſſe cenſet certos quosdam dæmones circa terram, cuſtodes humanarum actionum, ac ſecundam tertiamque providentiam a prima proficiſci, ut poteſtate omnia a Deo gubernentur, qui primos & ſecundos & tertios procuratores conſtituit: in quo, quod omnia ad Deum refert, & ab ejus voluntate omnem pendere providentiam affirmat, in laude ponendum eſt, quod vero ſecundam provi-

Quarum rerum ſit Platonis opinio.

„dentiam facit eos, qui cœlorum orbes
„quent, non item: non enim hoc provi
„tia eſt, ſed fatum & neceſſitas. Nan
„cunque illi figurentur, neceſſe eſt, &
„fiunt, fieri, & quidem aliter non co
„gere; eorum autem, quæ providentia
„bernantur, nihil cadere ſub neceſſit
„jam dudum oſtenſum eſt.

Stoicorum & aliorum.

2. „Stoici, qui & fatum, & in noſtr
„quid eſſe poteſtate tuentur, nullum lo
„providentiæ relinquunt, imo volun
„noſtras libertate ſpoliant. Democri
„Heraclitus, & Epicurus neque unive
„neque ſingulis a Deo provideri volunt:
„curus enim dicebat, quod beatum ſit
„immortale, neque ipſum habere nego
„neque alteri exhibere, atque ideo n
„iracundia, neque gratia teneri, hæc
„omnia imbecillitate ſpectari. Ira enim a
„aliena eſt, & excitatur in re, quæ co
„quam velimus accidat: Deo autem
„præter voluntatem accidit. Sed cur
„falſo putent, hoc univerſum caſu, &
„mere eſſe conſtitutum, falſo etiam dic
„omnia vacare providentia, quorum
„nemo creator eſt, eorum quis ſit pı
„rator?

Ariſtotelis.

3. „Veniamus ad Ariſtotelis opinio
„& ceterorum, qui negant, rebus ſin
„a Deo conſuli; nam Ariſtoteles a na
„ſola vult adminiſtrari ſingula: hanc
„utpote, quæ divina ſit, & omnibus i

„

generantur, ait cuique naturaliter fug-
re, ut ad res ſalutares accedat, & fu-
, quæ ſunt contraria; quodque enim
nal & idoneum ſibi alimentum deligit,
emedia morborum habet cognita. Eu-
les & Menander, quibusdam locis men-
, quæ in quoque eſt, cuiquam provi-
afferunt, Deum vero nemini. Ve-
mens quidem in iis ſolis perſpicitur,
in noſtra poteſtate ſunt; at providen-
eorum eſt, quæ in noſtra poteſtate non
, v. g. ut opulentus quis ſit &c. quo-
nihil facere mens poteſt, ac nec natu-
quidem, cujus opera perſpicua ſunt.
d autem ad mentem aut ad naturam,
d aliquando ab eo pœnæ exigantur,
hominem occiderit, aliquando ſceleris
nam effugit? Niſi quis dicat, quod men-
& naturæ eſt, ad providentiam perti-
, quod ſequitur, ad fatum: quo modo
il erit in noſtra poteſtate, quod non ita
Quæ enim ad mentem ſpectant, tam in
ndo quam contemplando in noſtra po-
ate ſunt; non omnia autem, quæ pro-
entia geruntur, naturæ ſunt, etſi quæ
uræ ſunt, providentia adminiſtrantur:
lta enim, quæ Dei providentia acci-
it, non ſunt naturæ opera, uti in eo,
hominem occidet; eſt enim pars pro-
entiæ naturæ non ipſa providentia.

„Porro ſunt, qui Deo curæ eſſe ajunt *Fortuito*
um, quæ ſunt permanentium, ut nihil *nil fit.*
um, quæ nata ſunt, occidat, ſingula

„vero

„vero fortuito temereque jactari, eam
„ob cauſam multa iniqua facinora inter
„mines verſari, & horum alios etiam
„niri, quorum neutrum nec ſecundum
„ctam rationem, nec ex lege evenit.
„autem neque ratio, neque lex locum
„tinent, quomodo quis dixerit, Deum
„qui procuret? Et quidem vere uſi
„nit, ut viri boni afficiantur injuria, de
„mantur, & innumerabilibus affligant
„improbi contra augeantur honoribus,
„bus, ceterisque bonis ad vitam comm
„agendam. Verum mihi videntur, qui l
„loquuntur, multa ignorare præcepta
„videntiæ, tum maxime animæ immor
„tatem; nam mortalem eſſe arbitrantes
„jus vitæ terminis res humanas definiu
„deinde perverſa habent de bonis judi
„divites enim & honoratos beatos judic
„animæ autem bona pro nihilo ducunt. (
„nis autem bonus beatus, & omnis im
„bus miſer, etſi omnibus fortunæ bonis
„undet, quæ cum multitudo ignoret, ſ
„beatos dicit, qui & corpore bene ſunt
„fecti, & copioſi: quare providentiam re
„hendunt, quæ res humanas non ſolum
„ſenſibilibus, ſed ex propria præcogni
„ne adminiſtrat: cum enim Deus non
„ſciat, bono viro expedire, pauperem e
„& ejus ſenſum opes depravaturas, eum
„paupertate ſinit vivere, & opulentum ſ
„importuniorem fore videns, ſi egeat, n
„pe ad latrocinandum progreſſurum, pe
„illum opibus permittit.

5. „Sed hæc quidem contra eos, qui providentiam damnant, diſputata ſint, in quos etiam illud ex Scriptura Sancta convenit dicere: *An lutum dicit figulo?* Quomodo enim non fugiendus homo eſt, qui contra Deum legem fert, & adverſus providentiæ opera nititur, cum ne hominum quidem legibus audeat obſiſtere? Itaque hac impietate prætermiſſa, oſtendamus, non recte eos a rebus ſingulis providentiam removere, cum generalibus a Deo conſulatur: hæ enim tres ſolæ cauſæ afferri poſſunt, cur res ſingulæ Dei providentia non regantur: aut Deum ignorare, rectum eſſe etiam eis conſulere, aut nolle, aut non poſſe. Verum ignoratio quidem ab illa beatiſſima natura alieniſſima eſt, quæ ipſamet ſapientia & ſcientia eſt: nec quidquam obſtat, quo minus omnia individua intereant, ſi divinitus nulla providentia gubernentur, quibus pereuntibus etiam univerſa interibunt. Quodſi dicant, hoc ſolum illi curæ eſſe, ne omnia individua intereant, ut ſpecies conſerventur, non vident, ſe dicere, etiam ſingularum rerum providentiam eſſe; quandoquidem rebus ſingulis, ut ipſi ajunt, proſpiciens, genera, ſpeciesque tuetur. *Providentia ad ſingula ſe extendit.*

6. „Alii dicunt, non ignorare quidem Deum, ſed providere nolle. Verum hoc ipſum nolle duabus de cauſis accidit, aut ob ignaviam, aut quod indecorum ſit. Verum ecquis ita inſaniat, ut ignaviæ Deum

„accu-

„accuſet? Rurſus enim duabus de cauſis
„ignavia innaſcitur, voluptate, & timidi-
„tate, quorum neutrum de Deo ſuſpicari
„fas eſt. Si ignavia quidem Deum liberant,
„ſed illi indecorum hoc genus providentiæ
„dicant, quæ ad res viles, & minutas ſe
„demittat, & corporeis noſtris ineptiis pro-
„fanetur, non intelligunt, ſe Deo duas vi-
„tioſiſſimas affectiones tribuere, ſuperbiam,
„& inquinationem: aut enim ob ſuperbiam
„Deus gubernationem ſingularum rerum de-
„ſpicit, quod abſurdum eſt, aut ut inqui-
„nationem devitet; ſed in Deum neque in-
„teritus, neque macula, neque commutatio
„ulla poteſt cadere: inquinatio autem & om-
„nia, quæ ſunt hujusmodi generis, ad muta-
„tionem pertinent.

7. „Cæterum an providere quidem vult,
„non tamen poteſt? Quo modo ex adverſo
„ſic afferens Deum imbecillum afferit, &
„bene merendi facultatem non habere. Præ-
„terea dupliciter intelligi poteſt, Deum in-
„dividuis providere non poſſe, aut quod ipſa
„natura non ſit ad procurandum idoneus,
„aut quod res ſingulæ providentiæ non ſint
„capaces. Verum idoneum illum eſſe ad
„providendum, etiam ipſi concedunt, dum
„ajunt, illum rebus univerſis providere,
„eoque magis, quod inferiora ad ſuperiora
„pertingere non poſſunt, at ſuperiorum vis
„etiam ad ultima, ſenſumque fugientia om-
„nia fovens & conſervans pertineat. Eſſe
„autem individua ipſa capacia providentiæ
„ex

animalibus perſpicitur, quæ imperiis
ɔuſdam, & magiſtratibus gubernantur,
ınum in locum convenientia principi-
quibusdam ſubjiciuntur, quos audien-
ſequuntur, ut in apibus & formicis
t cernere, maxime autem in hominum
tu & republica; videmus enim eos le-
atorum & Magiſtratuum rectionem, &
curationem admittere.

. „Jam vero res ſingulas regi providen-
magno argumento eſt, quod naturali-
ejus notitia hominibus eſt inſita: nam
icili & neceſſario noſtro tempore ſtatim
Numen Divinum, & preces confugimus
uti natura nos ſine doctrina ad Dei opem
ducente; nam in repentinis perturba-
ıibus ſine electione, neque deliberate
l Numen invocamus. Quæ ergo ratio
ɾerſarios ad contrariam ſententiam ad-
cit? Primum quidem, quod exiſtiment
n corpore animam interire; deinde quia
ionem rerum ſingularum providentiæ
cipere nequeunt. Verum animam mor-
non deleri, neque hujus vitæ circum-
ptione res humanas terminari, & di-
ſſus ab uno corpore in aliud, quod do-
ſimi Græcorum probant, & loca, quæ
untur animabus pro cujusque vita di-
buta, & ſupplicia, quibus animæ affi-
ntur, declarant: hæc enim, etſi in ali-
ɔ quopiam peccant, tamen remanere
mam poſthanc vitam, & luere pœnam
catorum confitentur. Sin providentiæ
„ratio

„ratio rerum ſingularum a nobis con„hendi non poteſt, quia inveſtigabiles „ſunt viæ ejus. *Rom.* 9. Non tamen „neganda providentia eſt; neque enim„niam maris terminos & arenæ num„ignoramus, neget quis mare & ar„eſſe: nam hoc quidem modo etiam h„nem, aut aliud quodpiam animalium „negent, quoniam numerum eorum neſc

9. „Cum autem ſit in uno quoque „mine duplex differentia, una, qua ab „homine diſcrepat, altera, qua a ſe „multum enim quotidie quisque mut„& a ſeipſo differt in vitæ genere, in „diis, in vitæ neceſſitatibus, in cupid„bus; neceſſe eſt, etiam congruentem „que providentiam, eamque differentem „cum rerum ſingularum immenſitate „junctam comitari. Unde permittit „Deus virum bonum in calamitates inci„ut latentem in eo virtutem ceteris pr„uti de Job accepimus: alias permittit, „quid abſurdi fieri, ut illa re abſurda „nam quamdam rem & admirabilem „quatur, uti per crucem ſalutem human„neris. Alio modo Sanctum, & pium „minem in ærumnis eſſe permittit, ne „bona animi conſcientia, & poteſtate „data in arrogantiam prolabatur, uti in „lo animadverti poteſt. Deſeritur igitur „tempus ad correctionem alterius, ut „caſum ceteri intuentes erudiantur, ut „Lazaro & divite evenit: natura enim

„tu

„comparati ſumus, ut dum alios in malis
„cernimus, ipſi animis contrahamur: deſti-
„tuitur etiam aliquis gloriæ alterius cauſa
„non ſuo aut parentum vitio, ut is, qui
„natus erat cæcus ad gloriam filii hominis.
„Rurſus ad alterius æmulationem mala per-
„peti quisquam permittitur, ut patiendi
„gloria amplificata ceteri ſpe futuræ lau-
„dis, & cupiditate venturorum bonorum
„commoti idem patiantur; quod in marty-
„ribus perſpicimus, & qui pro patria aut
„genere ſuo aut dominis occubuerunt. Quodſi
„cuiquam adverſari rationi videatur, ad al-
„terius correctionem quempiam vexari, ſciat,
„hanc noſtram vitam eſſe certamen, & ſta-
„dium virtutis; itaque quo labores majo-
„res, eo majora præmia. Quare omnia
„recte & decenter providentiæ opera effi-
„ciuntur, quod ita eſſe, ſiquis duo hæc
„ſpectet, quæ ab omnibus conceduntur, re-
„ctiſſime animadvertet: Bonus eſt, ſolusque
„ſapiens: quod bonus eſt, merito providet,
„quod ſapiens ſapienter & optime providet.
„Itaque hos duos ſcopos intuentibus, nul-
„lum providentiæ opus damnandum eſt, ne-
„que re non explorata de ea quidquam eſt
„detrahendum, ſed omnia in bonam par-
„tem accipienda ſunt; omnia habenda ad-
„mirationi, omnia recte & decore fieri cre-
„denda, etſi vulgo iniqua videantur. Ve-
„rum illud perſpicuum eſt, cum dicimus,
„omnia recte fieri, nos non de hominum vi-
„tiis loqui, neque de operibus, quæ in no-
„ſtra

„ſtra poteſtate ſita ſunt, ſed de providen-„tiæ effectibus, quæ in noſtra poteſtate ſita „non ſunt.

10. „Dicis: quomodo ergo viri aliqui „acerbiſſima morte multantur, & ſine cauſa „jugulantur? Si enim inique, cur juſta illa „providentia cædem non prohibuit; ſi juſte, „nullum eſt peccatum eorum, qui occide-„runt. Reſpondebimus, & eum, qui occi-„dit, inique occidiſſe, & eum, qui occidi-„tur, aut juſte occidi aut utiliter, juſte ob „improba quædam facinora nobis incog-„nita, utiliter, quod occupet providentia „futura illius maleficia, & quod e re illius „ſit, non ulterius vitam producere, quod & „ſanctis viris accidit. At qui occidit, injuſte „occidit, non quidem ob eam cauſam, „quod ſibi liceret, ſed ſponte quæſtus facien-„di & prædandi cauſa: in noſtra enim eſt „poteſtate agere & perpeti, occidi vero in „noſtra poteſtate non eſt. Nulla autem mors „mala eſt, niſi quæ ob peccatum infertur; „ut e morte Sanctorum hominum cognoſci-„tur: improbus vero etſi in lectulo, etſi re-„pente ſine ulla moleſtia, vitam finierit, male „mortuus eſt, ut qui malam ſibi ſepulturam „aſciverit peccatum. Qui tamen interimit „improbe interimit: nam in his, qui juſte „interficiuntur, ſubdit ſe in locum carnifi-„cis, in his, qui utiliter, ſanguinariorum, „& ſceleratorum. Idem judicandum de iis, „qui hoſtes interimunt, & bello capiunt, & „in captos omne exemplum improbitatis

„edunt

dunt. Idemque in iis, qui alios pecu-
ia ſpoliant; nam quibus eripitur, vero-
militer conducit non poſſidere, & qui alie-
am pecuniam concupierunt, ſunt injuſti:
am ex cupiditate habendi, non quia illis
t utile, ademerunt.

MAGNI SANCTIQUE

ARSENII

OCTRINA ET EXHORTATIO.

Monitum.

anctus Arſenius doctrina, & eruditione
plurimum præſtans a magno Theodoſio
Imperatore in aulam accitus Arcadium,
Honorium Auguſtos inſtituit, eosque de
ptismo ſuſcepiſſe traditur. Verum relicta
a annis 40. in ſolitudine Sceti, Troe an-
10. tribus Canopi, & iterum Troe reli-
is annis vitæ transactis, demum anno vi-
95. objit: ex ejus ſcriptis una tantum
nos pervenit exhortatio, quam primus
blici juris fecit Combefiſius *in auctuar.*
niſſ. parte. 1. Quæ autem præterea de hu-
s ſancti Geſtis & dictis habentur, exhi-
nt nobis Patrum Apophtegmata a Cotele-
& Poſſino collecta, quorum potiſſima re-
entur.

S. ARSENII EXHORTATIO.

Interior homo mundandus.

1. „Fratres, quidquid tandem aliquis ne„gotii aggrediatur, ratio finisque „proprius præeat neceſſe eſt, quo ſe operi „accingat. Rationem vero, cur a ſæculo fu„gam ineundam duximus, nullam aliam „dixerimus, quam ut animam emundantes „ſalutem conſequamur. Adhibenda igitur „diligentia eſt præſertim, ut interiorem ho„minem emundemus, penes quem & gra„vior incumbit belli moles, & victoria dif„ficilior eſt: ſunt enim multi, qui emun„dandis carnalibus ſordibus, & peccato, „quod opere præſtatur, eliminando continen„tiæ plurimum exhibuerunt, jejuniaque & „vigilias adhibuerunt, ad animæ autem ſor„des quod attinet, nihil, aut parum quid ad„modum curaverunt. Multos ſane ea inceſ„ſit cura, ut ſcortationem ac reliquas libi„dines diligenter caverent, ut autem occul„tiora vitia eluerent, puta invidiæ, inanis „gloriæ, & alia, ſeque horum moleſtia li„berarent, pauci admodum curaverunt: hinc „fit, ut dimidio hi mutilam emundationem „accipiant, quin imo majori parte immundi „perſeverent.

Diaboli fraudes ſub boni ſpecie.

2. „His nos itaque etiam occultis vitiis „majorem in modum emundari ſtudeamus; „quin ne hoc quidem nos lateat, hoſtem „noſtrum diabolum multis, & variis ma„chinis hoc moliri, ut nos ſeducat, & „ſub honeſti ſpecie in foveam malorum tra„hat.

„hat. Sic hoſpitalitatem colere admonet, „& ut adventantes fratres læti ſuſcipiamus, „quibuscum pari menſa cibum potumque „ſumamus; quod eo occulte trahit, ut ven„tri ſerviamus, indeque libidinibus ad nau„ſeam usque inquinemur. Aliis rurſus elee„moſynam ſuadens, & benignitatem, per eam „occaſionem pecuniarum amorem accendit, „& ut avaritiæ æſtro inſaniant. Aliis alio„rum utilitatem iis capiendis eſcam ſubſe„minans auctor fuit, ut ſolitudinem quaſi „inutilem ejusque otia deſererent, & ut ſæ„cularium vulgo colloquia miſcerent: quan„doque etiam ſuaſit, ut & cum fœminis „idipſum incautius præſtarent, & ita libi„dinoſos miſeros effecit. Alios omni cogi„tationum æſtu liberos ſinens in ſuperbiam „extulit, ſicque facile proſtravit: quando„que etiam a pugna abſtinens erga eos ma„xime, qui ad vitæ religioſæ agones ſe nu„per exuiſſent, ſui ſecuros eſſe & non ſol„licitos induxit, eosque in ſegnitiem impul„ſos repente adortus innumerabilium cogi„tationum æſtum illis commovit, & ſæpe „in profundo vitiorum merſit. Aliis rurſus „ſuaſit, ut ſibi ipſi confiderent, & ut alio„rum concreditas ſibi cogitationes accipe„rent, affectusque & libidines, & prælia „detegentes audirent; cumque ſua vitia nec„dum probe eluiſſent, ad carnem polluen„dam miſerabili eos exitu præcipitavit. Cum „igitur varii ſint tentatoris inſultus, magna „nobis opus erit cautione & vigilantia, ut „bonis imprudenter non utamur, nec in no-

10. „Narravit aliquando Arſenius, ſe-„nem aliquando in ſua cella hanc vocem „audiviſſe; veni, oſtendam tibi opera homi-„num. Et oſtendit illi æthiopem ligna cæ-„dentem, & ex illis novis ſemper adjectis „ſarcinam componentem, quam portare non „poterat: & hic eſt homo onuſtus peccatis, „qui loco pœnitentiæ alias adjicit iniquita-„tes ad peccata ſua. Alius homo haurie-„bat aquam ex lacu, & transferebat in per-„tuſum vas, quod eam in lacum refunde-„bat: & eſt ille homo, qui quidem bona „opera facit, ſed quia mala cum illis per-„miſta habet, in eo etiam bona opera per-„didit. Tunc vidit templum, ac duos viros „ſedentes in equis, & portantes lignum ob-„lique, unde per januam ingredi non po-„terant, qui ſunt illi, qui juſtitiæ jugum „portant cum ſuperbia, nec volunt ſe hu-„militer demittere.

11. „Dum aliquando ægrotaret Arſenius, „presbyter duxit eum in Eccleſiam, poſuit-„que in ſtrato cum parvo cervicali, quo „viſo ſenex aliquis ſcandalum ſumpſit, cui „presbyter dixit: vides hunc Abbatem Ar-„ſenium, quando in mundo verſabatur, pa-„ter extitit Imperatorum, mille ſervi aurea „Zona vincti aſſiſtebant ei; tu autem Pa-„ſtor fuiſti, nec habebas in mundo, quam „nunc poſſides requiem, at ille delitiis, qui-„buscum vivebat in ſæculo, hic caret: en „igitur tu animo indulges, ille affligatur. „Quibus auditis ſenex compunctus eſt, ve-

„nia-

niaque per corporis inclinationem poſtulata dixit: Parce mihi Pater, peccavi.

12. „Arſenius ſolebat dicere: Arſeni, quamobrem e ſæculo egreſſus es? Loqui pœnituit me ſæpe, tacuiſſe numquam. Ut autem morti fuit proximus, fratres viderunt eum flere, & ajunt ei: in veritate tu quoque times Pater? is illis: revera timor, quo hac hora corripior, mecum eſſe non deſtitit a tempore, quo monaſticam vitam ſuſcepi; atque ita obdormivit. Affirmabant autem, quod per omne tempus vitæ ſuæ ſedens ad manuficium ſuum pannum in ſinu geſtaverit ob lachrymas ex oculis decidentes: nam qui ſemetipſum hic non deflet, ſempiterne illic plorabit.

13. „Arſenius teſte Daniele Abbate numquam de ulla Scripturæ quæſtione loqui voluit, licet potuerit, ſi voluiſſet, ſed nec litteras facile ſcribebat: quando autem ad Eccleſiam per intervalla veniebat, ſedebat a tergo columnæ, nequis videret faciem ipſius, nec ipſe aliis intenderet. Porro ſpecie erat angelica, totus canus corpore eleganti: fuit autem aridus, geſtavit barbam longam, quæ ad ventrem pertingeret, pili oculorum præ fletus vehementia deciderant; ſtatura erat alta, ſed ſenio curvus. *S. Arſenii effigies.*

14. „Quamdiu virgo degit in domo patris ſui, plurimi cupiunt ſponſi illius fieri, cum vero maritum acceperit, nequaquam

„placet cunctis, ſed illi quidem contem
„alii vero prædicant, nec in tali honor
„quali antea fruebatur, quando ma
„abſcondita. Eodem pacto & animæ
„ex quo vulgantur, omnibus nequeun
„tisfacere.

FAUSTINI PRESBYTEI

O P E R A.

Monitum.

Fauſtini opera. Gennadius *de vir. illuſt. c.* 11. men Fauſtini presbyteri, quem perh ſcripſiſſe Flaccillæ Reginæ adve Arianos, & Macedonianos libros ſeu tius capita ſeptem, quæ nonnulli perpe Gregorio Bætico Eliberitano Antiſtiti adſc „ferunt, ſub cujus etiam nomine prodiit „mæ anno 1575. Sed in variis antiqui „bus operum veterum Patrum collectioni „Fauſtino auctori ſuo opus reſtitutum „Præmittitur Epiſtola ad Auguſtam Fla „lam, quæ etiam extat in utriſque or „doxographis Baſileenſibus, & aliis Pat „Bibliothecis, nec non in poſtrema Lug „nenſi: Librum adverſus Arianos ex „Fauſtini fides Theodoſio Imperatori obl „Scripſit etiam Fauſtinus librum, quem „lentiniano, & Arcadio Imperatoribus

„de

defenſione ſuorum cum Marcellino presbytero obtulit. De quibus in ſequentibus tractabitur.

FAUSTINI PRESBYTERI AD GALLAM FLACCILLAM.

DE TRINITATE, SIVE DE FIDE CONTRA ARIANOS.

FAUSTINUS AUGUSTÆ FLACCILLÆ.

Reginam te orbis Romanus ſuſpicit, & „quia jam nihil eſt, quo amplius creſcere debeas in rebus humanis, ſacra in Deum fide cœleſtia deſideras poſſidere, & cum grata ſis Chriſto Deo & Domino noſtro, ſollicita interrogatione perquiris; quomodo capitula illa ſolvantur, quæ ab Arianis adverſus Catholicos opponuntur. Sed huic tam pio deſiderio tuo etſi me imparem vides, tamen reſiſtere non audeo; quia fervor fidei periculum credit eſſe, ſi taceamus & adverſus hoſtem impium provocati quaſi terga vertamus, maxime cum in cauſa fidei non ſermonum ſublimitas requirenda eſt, quando ipſa ſola teſtimonia Divina ſufficiant, quæ potius operantur, quam quævis fœcundior eloquentia. Sed nec vitiorum conſcientia cogitanda eſt, quando potius relevatur, ſi primo Deum non trepidet confiteri. Incipiamus ergo collidere cum adverſario, non quidem de no-

Epiſtola ad Flaccillam.

„ſtris

„ſtris viribus præſumentes, ſed habente
„fiduciam de præſidiali patrocinio Salvato
„ris, adverſus quem more gentilium, & fu
„rore Judæorum bellum exagitat impieta
„hæreticorum. Sed quia in his, quæ ſcribe
„re dignata es, vidi plurima eſſe confuſa
„ut videreris non plenius noſſe aſſerta Aria
„norum, ſumpſi primum liquido palam fa
„cere, quomodo credant, & quomodo ſu
„ambiguitate ſermonis ſimplices animas ca
„piant: quia tunc demum reſponſio mani
„feſta eſt, ſi prius ſacrilegæ ſectæ impi
„tergiverſatio propaletur.

CAPUT I.

De Profeſſione impia Arianorum.

Explicatio Ariana Patris & Filii.

1. „Ariana impietas aſſerit multa nobis „cum quidem iisdem ſermonibus „ſed non iisdem ſenſibus: nam iisdem vo„cibus perſonat Deum Patrem, & Deum Fi„lium, & omnia a Deo Patre per Filium „facta, & Filium ante ſæcula genitum: ſed „ita dicit Patrem, ut non vere genuerit; „ita Filium pronuntiat, ut apud eum adop„tione non natura ſit Filius, & non vere „de Deo Patre genitus, ſed aliunde ad Fi„lii nomen aſſumptus. Nam licet & ante „ſæcula Filium natum eſſe fateatur, tamen „ei initium tribuit, dicendo: erat, quando „non erat. Sed ſic quoque per eum facta „dicit univerſa, ut eum aſſerat ex nullis ex„tantibus ſubſtitutum; quia præſumſit non

„vere

„vere de Deo Patre genitum, & Chriſtum „Deum quidem eſſe, ſed non verum, cui „initium deputetur, & Filium quidem ita, „ut factus intelligatur eſſe non natus, ſed „de nihilo ſubſtitutus. Ob hoc quoque & „mutabilem credit, quia in fide ejus non „vere Deus, non verus Filius eſt; & ut „hos impios ſenſus commendet, adhibet di„vinarum Scripturarum teſtimonia, dicens ex „perſona ſapientiæ probatum: *Dominus crea„vit me initium viarum ſuarum in opera ſua. „Prov.* 8. Chriſtum autem ſapientiam eſſe „Apoſtolus confirmat. 1. *Cor.* 1. *v.* 24. Adeo„que creaturam, & erat, quando non erat.

2. „Sed huic erat, quando non erat, „opponendum eſt de Evangelio teſtimonium: „*In principio erat Verbum. Joan.* 1. Sicut „enim Chriſtus Dei ſapientia eſt, ita & Dei „Verbum eſt; cum ergo ait: in principio „erat Verbum, quomodo erat, quando non „erat? Nam non dixit, in principio factum „eſt Verbum, & utique quod in principio „erat, ſemper fuiſſe credendum eſt. Num„quid aliqua hic eſt opinio temporis? num„quid aliqua ſuſpicio ſæculorum, vel ali„quod intervallum puncti aut momenti ali„cujus, ut dicere audeas, erat quando non „erat? *Filius numquam non erat.*

3. „Et ne forte Verbum intelligas, quod „eſt loquentis officium, ſequitur: *Et Ver„bum erat apud Deum.* Non dixit: Verbum, „quod locutus eſt Deus, ſed & Verbum *Sed ſemper erat.*

„erat

„erat apud Deum: ipſe poſtremo int
„tatus eſt, quid ſit Verbum dicens, *&*
„*erat Verbum.* Si in principio erat
„bum, & hoc Verbum apud Deum
„& Deus erat Verbum, patet, Chriſtu
„lium Dei & ſemper fuiſſe, & ſempe
„ſeparabilem a Patre, & ſemper Deum.
„nique & ipſe ita concludit: *Hoc er*
„*principio apud Deum.* Quomodo ergo
„quando non erat, qui ſemper eſt?
„modo ex nullis extantibus eſt, qui
„per apud Patrem eſt? Quomodo Crea
„qui ſemper Deus, & per quem o
„facta ſunt? Si enim & ipſe factus eſt,
„modo per ipſum omnia facta ſunt?
„enim, cum fieret, poteſt ſui auctor eſſe
„non fuit, atque ideo infectus credendu

Chriſtus verus Deus.

4. „Similiter & Paulus docet, Chri
„ſemper fuiſſe, & Deum eſſe, & æqu
„Patri: ait enim: *Qui cum in forma*
„*eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſ*
„*æqualem Deo, ſed ſemetipſum exin*
„*formam ſervi accipiens. Philip.* 2. Si
„homo eſt Chriſtus, cum formam ſervi
„cipit, vere quoque Deus eſt, cum in
„ma Dei eſſe perhibetur: nec alia rat
„ſe æqualem diceret, niſi in forma Dei
„verum Deum voluiſſet intelligi. Se
„per eum *omnia facta* ait Apoſtolus,
„*ipſe eſt ante omnes. Col.* 1. *v.* 16. Erg
„ſe ſemper eſt, per quem, & in quo
„nia facta ſunt. Sed & Hymnidicus
„tans ait: *Omnia in ſapientia feciſti. Pſ.* 1

„*v.*

v. 24. Non tamen dixit factum eſſe ipſam ſapientiam.

5. „Sed & Moyſes hoc idem docuit; nam *Et verus Dei filius.* um ait: *Et dixit Deus: fiat firmamentum.* Patris intelligenda perſona eſt; cum autem dicit: *& fecit Deus firmamentum*, in faciendo Filii intelligenda perſona eſt. Alias Apoſtolica periclitabitur aſſertio, dicens: *Unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipſo, & unus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum.* 1. *Cor.* 8. v. 6. Niſi enim totam fabricam per Filium factam eſſe credideris, & omnia viſibilia & inviſibilia, quomodo credis illud Apoſtoli, per quem omnia? Sed abſolutius inferius proſequitur per illud: *Et dixit Deus: faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Gen.* 1. *v.* 26. Nam pluralitas horum verborum: *Faciamus* & *noſtram* Patris, & Filii perſonas ſignificat, quod autem ſingulariter *imaginem* dicit, una Deitas, una virtus utriusque perſonæ, manifeſtatur. Si Creatura eſt Chriſtus, quomodo in opere Deo conſors adhibetur? ad ipſum enim dicitur: *faciamus.* Si non eſt verus Filius, quomodo una illi cum Patre imago eſt? Adoptivus filius non habet imaginem adoptantis: & ne forte uſurpares de una perſona dici potuiſſe, *faciamus*: ſubſequitur: Et *fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum.* Nonne apertiſſimum eſt, quod jam tunc Spiritus ſanctus per Moyſen Evangelica Sacramen-

„ta

„ta tractabat, dicens: *Deum & Deum*
„tamen duos deos, quia una imago e
„tris & Filii?

Non adoptivus.

6. „Sed ne Arius ſub occaſione l
„narum diverſitates induceret naturæ
„ſufficit in hoc capitulo Moyſen conco
„cum Evangeliis & Apoſtolis. *Deu*
„*Deum* prædicat Moyſes, ita & Jo
„Deum & Deum annuntiavit dicens
„*principio erat Verbum, & Verbum erat*
„*Deum, & Deus erat Verbum.* Nemo
„duos deos, nemo non unam imaginem
„tris & Filii annuntiavit, & ideo u
„Deum novit fides catholica, non t
„ut per confeſſionem unius Dei filius
„getur eſſe, quod Deus eſt. Sed & Jo
„cum Verbum in principio apud Deum
„aſſerit, per hanc Verbi Dei a Deo in
„rabilitatem idem mihi videtur innuere,
„in ſignificantia imaginis, & formæ eſt;
„ſi per unam imaginem Patris, & Fil
„ſeparabilitas oſtenditur, cur non Jo
„citatis verbis eamdem annuntiat? cum
„paululum inferius apertius proſecutu
„dicens: *Et vidimus gloriam ejus gl*
„*quaſi unigeniti a Patre.* Sicut ergo
„imago, ita & gloria non alia eſt
„quam quæ Patris eſt. Interea qui
„ſtum de adoptione filium dicis, quo
„intelligis, gloriam ejus quaſi Uni
„a Patre? Quodſi Chriſtus adoptivus
„quomodo Unigenitus a Patre eſt, ex
„tibus quoque aliis per adoptionem f

n ille ſolus Unigenitus a Patre ſit. Quid
o mirum, ſi in Filii imagine Patris
ıgo ſignatur, cum ipſe Salvator dice-
: *Qui me videt, videt & Patrem. Joan.* 14.
). Ubi ſicut & Filii non unam eſſe
ꞩndit perſonam, ita unam eſſe oſtendit
tatem. Si autem Creatura eſt Filius,
ꞩmodo qui videt Filium, videt & Pa-
m? nemo enim in viſione Creaturæ Pa-
m videt, niſi de inſpectione Filii; ſine
io enim Pater non eſt, ſicut nec Filius
ꞩ Patre, unde etiam ſubdidit: *Ego in*
re, & Pater in me. Joan. 14. *v.* 10. Eſt
alius ſenſus dicti illius: *Qui me vidit,*
it & *Patrem.* Non qui corporeis oculis
iſſet Jeſum, vidiſſe Patrem refertur, ſed
Chriſtum Filium Dei & vere eſſe Deum
fitetur, hic videns Filium, Patrem quo-
ꞩ ſe vidiſſe non dubium eſt.

. „Hoc ſenſu accipe & illud; *Ego in* *re, & Pater in me.* Pater cum ſit per- *Pater in Filio.*
:us perfectum genuit Filium, & cum
invifibilis & incomprehenſibilis Deus,
verum lumen, & Filius talis natus eſt,
ılis eſt ille, qui eum genuit, nec ta-
n duos deos dicimus: nam licet lumen
Filius, & Pater lumen ſit, unum ta-
n Patris, & Filii lumen eſt, quia in
tre & Filio nulla diſcretio eſt, nulla
aratio luminis eſt. Sacramentum autem
ꞩparabilis unitatis etiam ex illo Salva-
is dicto probatur: *Ego & Pater unum*
„*ſumus.*

„ſumus. *Joan.* 10. *v.* 30. *Sumus* enim plu-„ralitatem ſignificat perſonarum, quia hic „Pater & hic Filius; *Unum* autem unam „eamdemque in *Patre*, & Filio ſubſtantiam, „deitatemque conſignat. Quo loco & Sa-„bellius excluditur, & Arius confutatur; „Sabellius, qui illud *unum* de ſingularitate „perſonarum Patris, & Filii interpretatur: „Arius vero reſpiciens ad illud, *ſumus*, plu-„ralitatem deorum introduxit, credens unum „ſempiternum Deum, & alium, qui cœpe-„rit eſſe Deus. Quin etiam illud: Ego & „Pater unum ſumus, Arii ſectatores volunt „eludere, dicentes: unum ſunt quidem non „ſubſtantia, non deitate, ſed voluntate. Ve-„rum Chriſtus non dixit: Ego & Pater „unum volumus.

Loquela Patris eſt loquela Filii.

8. „Sed dicunt hæretici, Chriſtus ait: „*Qui me miſit Pater, ipſe mihi præceptum de-„dit, quid dicam aut quid loquar. Joan.* 12. „*v.* 49. Verum hoc dictum eſt, non quod „filius ignoraret, quid ſibi loquendum erat, „ſed ut duritiam fidei noſtræ ad piam di-„vinitatis intelligentiam Patris quoque au-„ctoritate molliret; ſicut enim opera filii „opera Patris ſunt, eoquod faciente Filio „Pater in ipſo manens faciat, ita quod lo-„quitur Filius, Pater in ipſo manens loqui-„tur: eadem ergo Patris, & Filii loquela „eſt. Et ſi Pater, & Filius unum ſunt vo-„luntate, non video, quomodo negari poſſit, „quod & ſubſtantia & divinitate unum ſint; „quare enim non una ſubſtantia ſit, & una

„divi-

livinitas, quibus una voluntas eſt? utpote
quæ in Deo eſt invariabilis.

CAPUT II.

e eo, quod hæretici dicunt: ex nihilo ſibi Deus filium fecit, adeoque Creatura eſt, & non Filius.

„Ex nihilo inquiunt hæretici, Deus fi- *Chriſtus*
„lium fecit, adeoque Creatura eſt: *filius Dei.*
ed quid eſt, quod filium dicis, quem
reaturam eſſe confirmas? ſane non potes
um & Filium dicere & creaturam: filius
nim ex nativitate conſiſtit, Creatura vero
x factura; contraria ergo pronuntiat, qui
um & filium Dei verum & creaturam pro-
nuntiat, cum Pater Deus e cœlo teſtetur:
*Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacui. Matth.* 3. *v.* 17. Numquid
dixit: hic eſt, quem ego feci ex nihilo.
Et vide, quia hoc tunc dixit, quando Je-
ſus ut homo acceſſit ad Baptiſmum, &
puto non alia ratione, quam quia poterat
redi, non eſſe filius Dei, qui corporeus
videbatur, & inter ceteros homines ut
peccator, veniebat ad Baptiſmum, cum pec-
cata propria non haberet. Quid ais hære-
tice? credis ſine dubio Chriſto, quod ſe
filium hominis fecerit, & non credis Pa-
tri, cum Chriſtum filium ſuum eſſe teſta-
tur, qui etiam in transfiguratione Chriſti
idem teſtimonium repetiit. *Matth.* 17. Certe
Moyſes & Elias cum Jeſu loquentes filii

„Dei adoptivi erant, & tamen ad
„eorum dictum eſt, hic eſt Filius
„lectus: addens etiam, *ipſum audit*, p
„auctoritatem oſtendit in Filio, qui ui
„ter audiendus eſt.

2. „Sed videamus, ſi Chriſtus nusq
„ſe dicit eſſe Filium Dei, ſi nusqu
„Deum Patrem habere profitetur.
„vox eſt: *Omnis plantatio, quam non p*
„*vit Pater meus, eradicabitur. Matth.* 15.
„*Domum Patris mei feciſtis domum nego*
„*nis. Joan.* 2. *v.* 16. Et alibi: *Tu*
„*in filio Dei. Joan.* 9. *v.* 35. Non, i
„nego Filium, ſed nego verum filium.
„go & Petrus ideo beatitudinis vocem
„meruit, quia Chriſtum verum Filium
„non credidit, licet *Filium Dei vi*
„confeſſus. *Matth.* 16. *v.* 16. Sed d
„adoptione Chriſtus eſt filius, & non v
„Filius: ſed interrogemus Joannem,
„reſpondet: *Deum nemo vidit umquam*,
„*Unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Pa*
„*Joan.* 1. *v.* 18. Ergo Unigenitus Fi
„non eſt Creatura, qui Deum vidit, qu
„nulla vidit Creatura; & ne eum unum
„adoptivis filiis crederes, dixit non ſo
„Filium, ſed etiam *Unigenitum filium*,
„non adoptione, ſed natura verus ſit fili
„qui eſt *in ſinu Patris.* Ubi inſeparal
„paternæ ſubſtantiæ filius oſtenditur.

Et verus Deus. 3. „Item legimus: *Sic Deus dilexit n*
„*mundum, ut Filium ſuum unigenitum da*

omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed beat vitam æternam. Joan. 3. *v.* 16. Non deo, quomodo dilectio Dei commende-r ad mundum, ſi non verus & unige-tus eſt Filius, quem dedit pro mundi demtione: mundus ſine dubio Creatura t, ſi Chriſtus Creatura eſt, quid contu-: mundo dans pro Creatura creaturam? ım tamen Paulus dicat volens Dei in nos ommendare dilectionem: *Qui ſuo Filio m pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit lum. Rom.* 8. *v.* 32. Cum dicit Filio ſuo, oprietatem veritatis expreſſit in nomine, ıjus figura in Abrahamo parato immo-re proprium filium pro dilectione Dei æceſſit. Sed adhuc reliquam partem opoſiti teſtimonii videamus; nam proſe-ıitur & dicit: *Ut omnis, qui credit in m, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* ſt Unigenitus Filius, quomodo qui cre-it in eum, non perit, ſed vitam habet ternam, cum credere in creaturam ſit ivinitatis offenſio? & S. Joannes ita clau-rit ſuum Evangelium: *Hæc autem ſcrip-ſunt, ut credatis, quoniam Jeſus eſt Chri-us filius Dei, & ut credentes vitam æter-ım habeatis in nomine ejus. Joan.* 10. *v.* 30.

4. „De nihilo, inquis, fecit ſibi Deus lium. Verum Joannes in Epiſtola ſua pri-ıa. *Cap.* 5. *v.* 1. Ait: *Omnis, qui diligit atrem, diligit eum, qui ex eo natus eſt.* lumquid ait, quem fecit Deus ex nihilo? :d nec Patrem nominaſſet, niſi ſciſſet, de *Deitas Filii Dei.*

„eo natum Filium; cumque etiam mundus
„factus ſit ex nihilo, ergo & mundus a no-
„bis diligendus eſt, ſi diligendus eſt Pater,
„cum tamen Joannes clamet: *Nolite diligere*
„*mundum*. 1. *Joan*. 5. *v*. 15. Si igitur Chri-
„ſtianus es, crede, quod Joannes docuit:
„*Ex patre*, inquit, *natus eſt*: ſi hoc non
„credideris, & in Patre negas, quod Pa-
„tris eſt, id eſt, generare, & in Filio,
„quod Filii eſt, id eſt, naſci. Audi nunc,
„quale tibi nomen Joannes impoſuit, dicens:
„*Hic eſt antichriſtus, qui negat Patrem, & Fi-*
„*lium*. *Joan*. 2. *v*. 22.

5. „Idem proſequitur Joannes: *Qui ne-*
„*gat Filium neque Patrem habet, qui confite-*
„*tur Filium, & Filium, & Patrem habet*.
„*Ibid*. *v*. 23. Vides, ubique Joannes ipſa
„nomina ponit, ut nihil aliud intelligatur,
„quam quod eſt in natura nominum; unde
„1. *Joan*. 5. *v*. 20. Ita concludit: *Scimus*,
„*quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis*
„*intellectum bonum, ut cognoſcamus ipſum ve-*
„*rum, & ſimus in ipſo vero Filio ejus Jeſu*
„*Chriſto. Hic eſt verus Deus, & vita æter-*
„*na, & reſurrectio noſtra in ipſo*. Ait ergo:
„*Scimus, quia Filius Dei venit*. Habes
„unam de Filio confeſſionem: Subſequitur.
„*Et dedit nobis intellectum bonum*, nimirum
„Spiritum Sanctum, in quo cognoſcimus
„ipſum verum. Deinde omnes impias in-
„terpretationes excludit. dicens: *Ut ſimus*
„*in ipſo vero Filio ejus Jeſu Chriſto*; & am-
„plius denſat piam fidem dicens: *Hic eſt*
„*verus*

„*verus Deus*. Quod magis exaggerat ſub-„dens : *Et vita æterna*, *&* *reſurrectio noſtra* „*in ipſo*. Ecce uno teſtimonio tot modis „filii verum nomen expreſſum eſt, imo quia „& verus Deus; quomodo enim non verus „Deus, qui verus eſt Filius? Quomodo vita „æterna, quæ eſt ſine fine & principio? Er-„go verus Deus? Quomodo reſurrectio no-„ſtra, niſi poteſtas in eo veræ divinitatis „agnoſcatur? quæ denique vel uno veteris „Scripturæ teſtimonio probari poteſt, quo „etiam Salvator ipſe uſus eſt, cum vult ſe „Deum & Dominum credi, adducens illud: „*Dixit Dominus Domino meo*, *ſede ad dexte-„ram meam*, *donec ponam inimicos tuos ſca-„bellum pedum tuorum. Pſ.* 10. *v.* 9. Sed & „Paulus hoc ipſum expoſuit dicens: *Ad* „*quem autem Angelorum dixit aliquando*, *ſede* „*ad dexteram meam. Hebr.* 1. *v.* 13. Hoc „explanans; quia de Angelis talis non eſt, „qualis eſt Filius, de quo etiam in ſequenti „dicitur: *Ex utero ante luciferum genui te.* „Proinde confitendum eſt, quod ſicut verus „eſt conditor in ſignificatione operis ma-„nuum, ita & verus eſt Pater in ſignifica-„tione uteri gignentis, etſi nihil in ſe mem-„brorum habeat.

Facere & generare non idem in Deo.

6. „Sed quia ſoletis dicere o Ariani; in „Deo idipſum eſt facere, quod & generare, „opportune hanc veſtram perverſitatem, con-„vincam: multa ſunt ſemper opera ma-„nuum, ſed unus eſt unigenitus filius ven-„tris: non ergo idipſum eſt facere, quod

„& generare, & omnia quidem per Ver„bum & in ſapientia facta ſunt, Verbum „autem ſive ſapientia non per aliquem, ſed „ex Deo nata eſt: unde non idem eſt fa„cere & generare, niſi enim eſſet differen„tia, nihil prohibebat dicere, *manus tua* „*generaverunt me, & cœli ventris mei ſunt* „*opera.* Sed ſicut dictio ita & res multam „habet differentiam: *Ex utero*, inquit, „*ante luciferum genui te.* Hoc autem dicit „Pater ad Filium, ubi ſpecialiter docetur, „quod Filius vere ex Patre ſit natus, & non „factus: quod autem ait, *ante luciferum*, „ante omnem creaturam ſignificat, ſecun„dum quod dictum eſt: *Et ipſe eſt ante* „*omnes. Col.* I. *v.* 17.

CAPUT III.

Quod Dei Filius ſit omnipotens & indemutabilis, & quod una ſit omnipotentia Patris, & Filii, ſicut & deitas, & de Sacramento Filii.

Omnipotentia Filii.

I. „Dicunt ulterius Ariani, quod Filius „non ſit omnipotens. Sed quomo„do non eſt omnipotens, per quem omnia „facta ſunt? Et cum nullum ſit opus, quod „non Patris exiſtat & Filii, & Joannes in „Apocalypſi aperte dicat: *Qui eſt, & qui* „*erat, & qui venturus eſt? Dominus Deus om*„*nipotens. Apoc.* 3. *v.* 14. Et Salomon de „Sapientia ait: *Dominus omnipotens nomen*

„eſt

ſt illi. *Sap.* 7. *v.* 26. Et *Sap.* 11. *v.* 18. *Non enim impoſſibilis eſt omnipotens tua manus.* Et *Sap.* 8. *v.* 15. *Omnipotens ſermo tuus exiliens de regalibus ſedibus.*

2. „Agnoſce ergo omnipotentiam Filii, cum omnia innovat, agnoſce item, quod indemutabilis ſit, cum in ſemetipſa permanent omnia, id eſt, licet omnia innovet, ipa tamen inde mutabilis perſeverat, ſicuti Pſalmiſta ait: *In initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt, tu autem permanebis. . . Tu autem idem es, & anni tui non deficient.* *Pſ.* 101. *v.* 26. Licet autem & Pater, & Filius ſit omnipotens, tamen unus eſt omnipotens, quia Patris, & Filii eadem eſt omnipotentia, ſicut eadem deitas, *& non eſt Deus præter te.* *Iſ.* 45. *v.* 14. Quia in Patre, & Filio eadem eſt divinitas, hoc ſolo differens a Patre Filius, quod ille Pater eſt & genuit, & ille natus eſt. *Immutabilitas.*

3. „Quodſi infirmitates aſſumtæ carnis objicias, cum tamen Deus impaſſibilis exiſtat, ſcito, quod per eas deitas ejus non violata credatur ſed naturæ ſuſcepti hominis, & diſciplinæ, quam tradebat, executio probetur. Vanum eſt enim, noluiſſe ut hominem naſci, licet ex Virgine, nec infirmam hominis in ſe deſignare naturam; vanum eſt, præcepta dare, quibus homines viverent, & ipſum ſine præceptorum obſervatione concurriſſe. Si ille non homi- *Incarnatio.*

„nis infirmitatem exercere voluiſſet,
„crederet, quod homo factus fuerat ex
„ginis noſtræ matrice licet ſine viri
„plexu? Quandoquidem hodie non de
„qui negent, eum noſtram geſtaſſe c
„lentiam: Ille, ſi factus homo non ſerv
„quam docere venerat, diſciplinam, no
„num Magiſterii dediſſet exemplum. V
„quia & infirmitates pati debuit, ut h
„natus probaretur. Videamus nunc &
„cramentum paſſionis. Totus Adam p
„verat, & expulſus e paradiſo fuerat,
„tum ſuſcipere debuit expulſum, qui to
„ſalvare venerat; non autem videbatu
„tum expulſum in ſe ſuſcepiſſe, niſi per
„ſtantiam carnis & animæ: hoc enim
„tus homo eſt per naturam, quod tunc
„bari potuit, ſi ipſas infirmitates carni
„animæ ſuſtineret, licet ſine vitio pec
„rum, ne cum in ſe hominem ab infi
„tatibus & paſſionibus liberat, etiam l
„qui veſtigia ejus ſectantur, liberatos
„crederemus. Sed patrocinetur huic ſ
„Apoſtolus vivacius ſcribens: *Sicut in A*
„*omnes moriuntur, ita & in Chriſto* *c*
„*vivificantur*. 1. *Cor*. 15. *v*. 23. Sed n
„ram ſuſcepti in eo hominis melius d
„bit *Eſaias c*. 53. *v*. 1. *ſeqq*. Qui ne h
„tantum crederetur Chriſtus, dixit: *Ge*
„*tionem ejus quis enarrabit?* Illam ut
„qua de Deo Patre generatus eſt, &
„ſine initio eſt, & inveſtigari non p
„ſicut nec divinitas, quæ illi una cum
„tre eſt. Si ergo Chriſtus & orat Pa

& nihil a ſe facere ſe dicit, niſi quod Patrem viderit facientem, certe humanæ extollentiæ modum multum Magiſter imponit, ut tanto magis diſcat homo Deo deferre, quanto detulit & verus Filius, qui cauſam ſubjectionis propriam non habebat, qui & formam orandi dederat, ut non tam fieri noſtram voluntatem rogaremus, ſed voluntatem Patris, qui in cœlis eſt. Sed & quod minor factus eſt, quod creſcit, quod eſurit, quod dolet, quod moritur, ad naturam aſſumpti hominis referendum eſt, quam pro noſtræ Sacramento ſalutis myſtice exercuit.

CAPUT IV.

De hoc, quod ait Filius: Pater major me eſt.

1. „Dicunt hæretici ad depretiandam Filii perfectam in omnibus deitatem: *Pater major me eſt. Joan.* 14. *v.* 18. *Pater quomodo major Filio.*
„Sed requirendum eſt, quando hoc Filius „dixit: nonne quando impletum eſt in eo, „quod ſcriptum eſt? *Paulo minus ab angelis „minoratum videmus Jeſum propter paſſionem „mortis: Gloria & honore coronatum, ut gra„tia Dei mortem guſtaret pro omnibus. Hebr.* 2. „*v.* 9. Quid mirum, ſi pro omnibus & mi„noratus eſt? Pro omnibus autem guſtavit „mortem „ non pro ſe, qui nulli proprio „peccato tenebatur obnoxius. Vide, quo„modo; quod minoratus eſt propter paſſio„nem

lus hoc ipſum teſtimonium poſuit, ut ad humilitatem exemplo Salvatoris ſingulos provocaret. Deinde etiam Filius qua Filius minor dicitur Patre, id eſt, quia Filius de Patre ſit, & plenitudo exiſtens plenitudinem genuit; Pater autem genuit Filium, qui qua Deus Deo æqualis eſt, & ideo non dixit: Deus major me eſt, ſed Pater major me eſt.

CAPUT V.

Quod in actibus Apoſtolorum legitur, certiſſime itaque ſciat omnis domus Iſrael, quia Dominum illum & Chriſtum Deus fecit hunc Jeſum, quem vos crucifixiſtis.

„Inter cetera hæreticorum citatum lo„cum. *Act.* 2. *v.* 36. Opponunt Ariani; ſed hujus quæſtionis abſolutio manifeſta eſt ſecundum ſuperiorem expoſitionem, in qua diximus, Filium Dei etiam Filium hominis factum, qui etſi pati non poteſt, quia Filius Dei eſt, tamen per hoc, quod homo factus eſt, paſſibilis eſt, & mortem crucis ſuſtinuit, manens in ſe ſemper, quia Deus inviolabilis, etiam cum verſatur in homine & crucifigitur. Hunc ergo Jeſum, qui eſt ſecundum carnem, Dominum illum & Chriſtum fecit Deus: nam ſecundum hoc, quod eſt unigenitus Filius Dei, non eſt aliqua factura, ſed in omni- *Jeſus quomodo Dominus factus.*

„bus

„bus Deus perfectus, ſicut & Pater
„Hic autem Jeſus ſecundum carnem D
„nus factus eſt, quando primum form
„ſervilis, quam acceperat de Adæ pe
„liberata eſt; Adam enim de domin
„ſervitutem recidit ex commiſſione pe
„*Joan.* 8. *v.* 34. Salvator autem reno
„multo firmius & incorruptibilius in aff
„homine dominium, cum in eo pecc
„cauſam ſervitutis abſterſit. Sed factu
„iterum vere Dominus, cum in illum
„puli credentes ſe ejus dominio ſub
„runt.

Quomodo Chriſtus factus.

2. „Factus eſt autem Jeſus ſecundum
„nem non ſolum Dominus, ſed & Chri
„in Chriſti autem nomine Regis & Sace
„tis Sacramenta verſantur; nam in v
„Scriptura Sacerdotes & Reges olei unct
„conſignati Chriſti vocabantur. Salvato
„tem noſter vere Chriſtus ſecundum car
„factus eſt, exiſtens verus Rex: *Ego*
„*tem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper*
„*montem Sanctum ejus. Pſ.* 2. *v.* 6. Et
„cerdos: *Tu es Sacerdos in æternum ſ*
„*dum ordinem Melchiſedech. Pſ.* 109.
„Eſt ergo Salvator ſecundum carnem &
„& Sacerdos non corporaliter unctus,
„ſpiritualiter Spiritu Sancto, ut adimpl
„tur, quod de eo ſcriptum eſt: *Propt*
„*unxit te, Deus, Deus tuus oleo læt*
„*præ conſortibus tuis. Pſ.* 44. *v.* 8. In
„enim plus quam conſortes iſtius nom
„unctus eſt, cum eſt unctus oleo lætiti

„

ro quo non aliud ſignificatur, quam Spitus Sanctus, ſicut Chriſtus ipſe ait: *Spitus Domini ſuper me, propter quod unxit e. Luc.* 4. *v.* 18. Et S. Petrus: *Quem 'eſum unxit Deus Spiritu Sancto & virtute. lct.* 10. *v.* 37.

3. „Hæc autem ideo proſecutus ſum, *Quomodo crucifixus.* t appareat, Jeſum Dei, non ſecundum uod Verbum eſt, crucifixum, ſed ſecunum hoc, quod aſſumpſit de Maria, quamis per aſſumpti hominis paſſionem & Unienitum Filium Dei paſſum eſſe dicamus; on quia vere ipſe Unigenitus Filius, qua 'erbum eſt, paſſus eſt, ſed quia quidquid ı aſſumptum hominem ejus injuriæ vel paſonis illatum eſt, id totum ad unigenitum npaſſibilem Deum quadam ratione revocar. Unde & Paulus ait: *Si enim cogno-ſſent,* ſcilicet principes hujus ſæculi, *numıam Dominum majeſtatis crucifixiſſent.* 1. *Cor.* 2.

8. Non pro impio Photino hæc loquiur, qui nudum vult eſſe hominem ſine erbi Dei incarnatione, ſed contra Arium ntichriſtum recitamus, qui vult ipſum nigenitum Filium qua Deum, & non qua ominem crucifixum, & Dominum ac Chriam factum, dicentem de ipſo Verbo Dei riptum eſſe, quod Deus illum fecerit. Sed c etiam Verbum Dei factum eſſe Domiım & Chriſtum, quid hoc præjudicat, ıia ſemper eſt Verbum Dei? non enim ſubantiam Verbi Dei dicit eſſe factam, ſed ɔc ipſum Verbum, quod ſemper eſt Filius

„Dei,

„Dei „ factum eſſe Dominum & Chriſ
„Non enim idem eſt, hoc, quod om
„non erat, fieri, & id quod erat, ali
„fieri: nam & Deus fit aliquoties adj
„non tamen quia factus eſt adjutor, jam e
„hoc, quod Deus eſt, factus eſſe crede
„eſt. Non ergo cum dicitur, Verbum
„factum eſſe Dominum & Chriſtum,
„ſtantiam Verbi Dei factam eſſe intelli
„dum eſt, ſed quia Dominus & Chr
„factum eſt hoc ipſum Verbum, quod
„per Deus erat.

4. „Fit autem Dominus eorum, qu
„eidem mancipant propoſito ſerviendi.
„Chriſtus tunc Apoſtolorum Dominus fa
„eſt, quando relictis omnibus eidem ſer
„maluerunt: ipſarum quoque gentium
„Dominus factus eſt, quando idolorum
„perſtitione derelicta ipſæ gentes ſe ejus
„minio tradiderunt. Eadem etiam ratione
„etiam Chriſtum fieri intelligitur: factu
„enim Rex eorum, qui regno mortis
„rius non tenentur adſtricti, in quorum
„tali corpore ceſſavit regnare peccatum.
„& cum fungitur pro nobis Sacerdotis
„cio, Chriſtus factus eſt, Advocatus
„nobis ſemper aſſiſtens, & Patrem inte
„lans, ut expiata labe delinquentiæ di
„ejus propitiatione ſervemur. Non vid
„etiam abſurdum, ſi illud ſimiliter int
„gas, quod ait: *Ego autem conſtitutus*
„*rex ab eo ſupra Sion montem ſanctum*
„*Pſ.* 2. *v.* 6. Etſi enim conſtitutus Rex
„ci

citur, tamen cum additur: Supra Sion montem ſanctum ejus, oſtenditur, quod non de illo regno ejus dicat, quod etiam habuit, antequam conſtitueretur rex ſupra Sion: Rex enim eſt ante omnia æva ævorum, continens poteſtate ſua omnem, quam condidit, creaturam, unde & omnipotens approbatur, quod poſſit omnia continere, quæ facta ſunt.

CAPUT VI.

De hoc, quod Salomon ait: Dominus creavit me initium viarum ſuarum in opera ſua.

„Dicit hæreticus: vides creaturam eſſe „ſapientiam, quæ utique interprete Paulo Apoſtolo Chriſtus eſt. Verum intende, quia hæc ſapientia nihilominus ait: *Ante omnes autem colles genuit me. Prov.* 8. *v.* 25. Quomodo ergo hæc ipſa ſapientia in eodem loco, & creatam ſe eſſe dicit & genitam. Prius eſt, ut videamus, quid primum ſit, utrum quod genita eſt, an quod creata eſt: ſed licet primum dixerit: *Dominus creavit me. &c.* Tamen ne ſe creaturam putares, recurrit ad illud, quod prius eſt in ſequenti dicens: *Ante omnes autem colles genuit me.* Vide enim, ne putes poſtea genitam, quia primum præmiſerat ſe creatam: etſi enim in ordine ſermonum primum poſitum eſt, quod creata „eſt,

Sapientia Dei an creata.

„eſt, tamen ſenſus hoc judicat, quod pri-
„mum eſt genita, quam creata, ut ſit ſen-
„ſus ſapientiæ ita dicentis: Dominus crea-
„vit me &c. Sed nequis putet me per hoc
„eſſe creaturam, aut tunc primum eſſe cæ-
„piſſe, quando me creavit, ſubſequor & di-
„co: ante omnes colles genuit me, ut ſcias
„prius me genitam quam creatam: quam
„ſenſus manifeſtat, etiam antequam creare-
„tur, ſapientiam ſubſtitiſſe, quippe quæ prius
„eſt genita, quam creata.

2. „Sed magis commendabitur hic ſen-
„ſus catholicus, ſi ipſa verba diſcutiantur;
„nam cum dixerit: *creavit me*, ne vere
„Creatura putaretur, proſequitur explanans,
„quid ſit creata, & ob quam cauſam ſit
„creata, ait enim: *Creavit me initium via-
„rum ſuarum.* Et cum ſequitur, *in opera
„ſua*, palam eſt, quod oſtendit & cauſas,
„cur creata ſit *initium viarum Domini.* Non
„ergo ſapientia, quaſi quæ non eſſet, creata
„eſt ad hoc, ut eſſet, ſed cum ſemper ſub-
„ſtantialiter fuerit, tunc creata eſt ſecundum
„diſpenſationem *initium viarum Domini*, &
„in opera Domini creata eſt. Ergo & ex
„hoc manifeſtum eſt, non eſſe creaturam
„ſapientiam, quæ in aliud creata eſt, id
„eſt, in opera Domini, cum ipſa ſit genita
„non in opera, ſed de Patre exiſtens ſem-
„piterna progenies.

3. „Sed & hoc intendendum eſt, quod
„aliud eſt dicere creari ſapientiam, & aliud
„eſt

: dicere, quod ſit Creatura; quamvis
im legatur creata eſſe ſapientia, nuſ-
iam tamen legitur, quod ſit Creatura:
n enim omne quod creatum eſt, Jam
eatura dicendum eſt, licet omnis Creatu-
creata ſit, ſicut nec omne quod factum
t, factura eſt, licet omnis factura facta
, ſicuti dicitur Deus *homini ſuſceptor & fugium factus. Pſ.* 58. *v.* 17. Non tamen
iam Deus quoque factura eſſe credendus
t, cujus divina ſubſtantia ſempiterna eſt.
militer & ſapientia, ſi creata dicatur,
n tamen Creatura eſt, quæ ſemper eſt,
d cum exiſtat ſemper, creatur ad aliquid,
proſit, non ut Creatura dicatur quaſi
cta, quæ non fuit: erat enim inſepara-
lis a Deo Dei ſapientia, & hæc ipſa exi-
ens Dei ſempiterna progenies creata eſt
itium viarum Domini.

4. „Sed adhuc apertius differam. Certe
pientia Dei ipſa eſt, quæ & Verbum eſſe
ribitur. Et numquid quia de Verbo Dei
riptum eſt: *Et Verbum caro factum eſt,*
m & Verbum aſſeveramus facturam, quaſi
nc primum eſſe cæperit, cum caro fa-
um eſt? Non ergo factura eſt Verbum
ei, licet caro factum eſſe dicatur, quia
r ipſum omnia facta ſunt: ita & ſapien-
a licet dicatur creata eſſe, non tamen
reatura eſt, quandoquidem *omnia in ſa-
entia facta ſunt. Pſ.* 103. *v.* 24. Addo &
c, quia non omne, quod creari dicitur,

„quaſi fiat in ſubſtantia, intelligendum eſt,
„ſic dum David orat: *Cor mundum crea in*
„*me Deus. Pſ.* 50. *v.* 12. Non cordis ſub-
„ſtantiam in ſe fieri precabatur, ſed ut cor
„ſordidùm mundum a Domino crearetur. Er-
„go & ſapientia, cum creata dicitur, non
„tam ſubſtantia ejus, quaſi quæ non erat,
„facta eſt, ſed ipſa exiſtens creata eſt ini-
„tium viarum in opera ejus. Ergo quod
„creata eſt ſapientia, ad myſterium vel rerum
„creandarum, vel humanæ diſpenſationis in-
„tellige, quam cum Dei ſapientia digna-
„ter aſſumit, creata dicitur; quod vero ſe
„genitam dicit, ut nihil ſit in illa minus di-
„vinitatis, quam habet ille, qui genuit.

CAPUT VII.

De Spiritu Sancto.

Divinitas Spiritus S. 1. „Nunc de Sancto Spiritu etſi breviter „confitendum eſt, ne ſi non ali-
„quid de eo ſpecialiter dixerimus, creda-
„mur ſimiliter blaſphemare, ſicut & illi,
„qui dicunt, illum eſſe creaturam: horum
„tamen miramur inſaniam, quod impie ſen-
„tiant de eo, quem Sanctum Spiritum con-
„fitentur; ſi enim Spiritus Sanctus eſt, quo-
„modo Creatura eſt? Non enim ſic Sanctus
„eſt, ut ceteri, qui ad Sancti vocabulum
„fide & Deo placita converſatione, & ipſius
„Sancti Spiritus ſignatione venerunt; ſed ipſe
„naturaliter ſemper Sanctus eſt, ita ut alios
„ſanctificet, non tamen ut ipſe extrinſecus

„acce-

:ceperit ſanctitatem. Hoc nomen Sancti a poſſidet Spiritus, uti poſſidet Pater & ilius, poſſidet autem ipſe non ut Pater xiſtens aut Filius, ſed Spiritus Dei, qui t ejusdem ſubſtantiæ cum Patre & Filio, uia & una ſanctitas eſt Patris, & Filii, t Spiritus Sancti; unde Salvator dicit: *'untes ergo nunc docete omnes gentes baptizan-s eos in nomine Patris, & Filii, & Spi-itus Sancti. Matth.* 28. Sicut enim verum ocabulum eſt Patris & Filii, ita verum ſt vocabulum Spiritus Sancti.

2. „Intelligamus ergo, quomodo pro-rium, & verum vocabulum eſt Spiritus anctus; ſcilicet cum hoc ipſum naturaliter ſt Spiritus Sanctus ſine initio, ſine fine: umquam enim ex æqua nominis auctori-ıte cum Patris, & Filii veris vocabulis ancti Spiritus vocabulum jungeretur, ſi on & Spiritus Sancti proprium, verum-ıe probaretur. Non eſt Creatura Spiri-ıs Sanctus, qui vocabulum habet, quod ılla habere poteſt Creatura. Sed & cum :æcipit Dominus, ut gentes in nomine atris, & Filii, & Spiritus Sancti bapti-:ntur, apertiſſimum eſt, Spiritum San-um non eſſe creaturam vel ex ipſa So-etate, quæ illi cum Patre, & Filio eſt: ımquam enim præciperet Dominus, ut Creaturæ nomine aliquis baptizaretur. t bene, quod unum nomen poſuit, di-:ns: *In nomine Patris, & Filii, & Spi-tus Sancti.* Ut una principalis auctoritas

 „cre-

„crederetur indiviſibilis Trinitatis: qu
„do enim Spiritus Sanctus a principal
„ctoritate diſcretus eſſe credatur, quan
„ipſo ſcriptum eſt, *& Spiritu principal*
„firma me. Pſ. 50. *v.* 12. Ergo & pe
„oſtenditur, quod una eſt principalita
„tris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſiqu
„in omni conditione Patri, & Filio c
„invenitur. Accipe interim vel unu
„ſtimonium: *Verbo Domini cæli firmati*
„& ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum. I
„*v.* 6. Et per hoc ergo oſtenditur,
„tum Sanctum non eſſe creaturam, ſiqu
„& ipſe cum Patre, & Filio Conditc
„probatur.

3. „Denique hoc ad compendium
„bandæ divinitatis Spiritus Sancti ad
„quod etiam per hoc ipſum Deus pro
„Spiritus Sanctus, per quod oſtenditur,
„eſſe Creatura; omne enim, quod eſt
„divinitas eſt, aut Creatura, ſed Sp
„Sanctus hoc ipſum exiſtens ſine init
„ſine non eſt Creatura: ergo res eſt
„nitatis, quia incorruptibilis, & inde
„bilis, & ſempiternus Spiritus Dei.
„eſt ergo divinitas Patris, & Filii, &
„ritus Sancti, ſicut & una ſanctitas eju
„perfectæ & inſeparabilis Trinitatis.

Fauſtini fides. *Nota I.* Librum adverſus Arianos in Bibli
Gallandii excipit Fauſtini fides Theodoſi
peratori oblata, quæ cum nihil ſpeciale
tineat & admodum brevis ſit, ommittur.

No

Ejusdem & Marcellini liber ad Imperatores.

ota II. Majoris momenti eſt Fauſtini Liber, quem Valentiniano & Arcadio Imperatoribus pro defenſione ſuorum cum Marcellino quodam presbytero obtulit: ex quo oſtenditur Luciferiano Schismati conſenſiſſe; quia S. Hilarum Pictavienſem & S. Damaſum Papam in eodem Libro culpat, quaſi male conſuluerint Eccleſiæ, quod prævaricatores Epiſcopos in communionem, & Sacerdotium recepiſſent, quod Luciferianis ita diſplicuit, ut Epiſcopos recipere noluerint, qui in Concilio Ariminenſi Arianis communicaverant. Porro huic libello præfatio præfixa eſt, quæ in narratione Urſiniani contra Damaſum Schismatis tota verſatur; nam in hoc Prologo rem omnem ab initio repetunt, ac de rebus olim geſtis in Damaſi, & Urſini diſſidio, cujus ipſi pars fuerunt, longam narrationem, ſed modo ſuo incruſtatam contexunt: id enim initium ſuæ calamitatis fuit. Nam Roma tandem expulſi Luciferianis ſe adjunxerunt: unde de hoc libello præmonuit Sirmondus primus illius editor. Qui Schisma olim Romæ adverſus Damaſum cum Urſino conflarunt, aut ex Luciferianis erant, aut cum Luciferianis ſe ſaltem conjunxerunt, & duplici diſſidio Eccleſiam turbarunt. Atqui Urſiniani quidem quam inquieti fuerint, & quam importune magiſtratuum, & principum aures fatigarint, Valentiniani ad Prætextatum Olybrium, & Ampelium præfectos Urbis, & Gratiani ad Aquilinum Vicarium reſcripta declarant, fidemque faciunt Conciliorum Aquilejenſis, & Romani ſynodicæ litteræ, quæ & Damaſo innocentiam integritatemque ſuam afferunt, & Urſini furorem ac dolos non diſſimulant. Luciferianorum autem non diſparem inverecundiam, & inſolentiam duorum ex his presbyterorum hic Liber oſtendit, in quo non Theodoſio ſolum Auguſto fraudulenta ſuggeſtione obrepunt, ſed orthodoxos omnes, qui obſiſtebant, cani-

na, uti Hieronymus appellat, facundia ſua ſic proſcindunt, ut non defuturi ſint, qui publica luce hunc Librum dignum non exiſtiment, quibus & nos ſubſcribimus, & lectorem, cui libet, ad Gallandii Bibliothecam remittimus, qui eum Tomo VII. refert, ex quo genius & character omnium pſeudo-reformatorum elucet, qui ſe exagitari, & mulctari malé ſemper queruntur; qui mala, quæ patiuntur juſte, in majus augent, & ſummum pro pietate & religione zelum perperam affectant.

SANCTI PHILASTRII
EPISCOPI BRIXIENSIS.
LIBER
DE HÆRESIBUS.

Monitum.

Philaſtrii Liber de hæreſibus.

Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus floruit ſub Theodoſio Imperatore, & fuit e numero Epiſcoporum Concilii Aquilejenſis. S. Auguſtinus refert, illum cum S. Ambroſio a ſe conſpectum fuiſſe. Supereſt ejus vita a S. Gaudentio ejus ſucceſſore conſcripta, ut quidam contendunt. Objit ante S. Ambroſium ad annum 387. Scripſit Tractatum de hæreſibus, in quo 22. hæreſes recenſet exortas ante natum Chriſtum, & 120. poſt ejus nativitatem uſque ad annum 380. quo ſcribebat,

bat, & ſingularum hæreſeon errores præci-
ios paucis verbis aperit. S. Auguſtinus ini-
libri ſui de hæreſibus obſervat, mirum
ſe, quod Philaſtrius, qui minus eruditus
at, & minus accuratus, quam Epiphanius,
ulto plures hæreſes recenſuerit: unde in-
rt, duos illos auctores non eamdem hæ-
ſeos ideam habuiſſe. Quare addit Augu-
ius, cum catalogus conficitur, duo ex-
ema vitanda ſunt, quorum alterum eſt
hæreſum numerum referre opiniones,
æ non ſunt hæreſes, alterum vero præ-
rmittere, hæreſes, quæ reipſa tales
nt: raro qui hæreſum catalogos contex-
runt, in ultimum hunc errorem, ſæpiſ-
me in primum inciderunt, & Philaſtrius
nic ſcopulo illiſit magis quam quiſquam
ius: cominiſcitur enim multas hæreſes,
uæ nusquam extiterunt, aliquando hære-
m catalogo adſcribit ſententias, quæ ve-
itati congruæ, vel ſaltem problematicæ
unt. Non ergo mirum eſt, ſi hæreſum ca-
logum adeo numeroſum compingat: res
ſuper multiplicavit, eandem hæreſin ſæ-
ius memorando. Philaſtrii ſtilus humilis
ſt, non multa eruditione inſtructus erat,
multos in hoc tractatu errores admiſit,
eo tamen etiam loca quædam notatu
igna reperiuntur. Tractatus hic impreſſus
aſileæ an. 1528. & Helmſtadii an. 1611.
an. 1614. cum libro S. Auguſtini de
æreſibus. Optima editio eſt Alberti Fab-
cii cum notis Hamburgi anno 1721. quam
tiam Gallandius ſuæ Bibliothecæ inſeruit.

S. PHILASTRII EPISCOPI BRIXIENSIS IN LIBRUM DE HÆRESIBUS.

Præfatio.

„De hæreſum diverſa peſtilentia, variisque erroribus, qui ab origine mundi emerſerunt, & ſub Judæis defluxerunt, & ex quo venit Dominus noſter Salvator in carne, pullulaverunt, dicere oportet, numerumque earum paulatim exponere, inimicumque humani generis fuiſſe a Jeremia Propheta non immerito perdici comparatum. *Jer.* 17. *v.* 11. Agnoſcere, qui cum infœcunditatem patitur, ſæpius aliorum ſuper fœtus incubans, quaſi ſuos jam fovet & vindicat filios usque ad tempus aliquod; cumque eis jam tempus ætatis diſcernens adcreverit, tunc omiſſis falſis parentibus jura parentum ſenſu proprio recordantes, palamque oculis intuentes, ſequi eos amplius non demorantur. Quorum cauſa nobis ſimilitudo hæc nuntiata eſt, ut diabolo relicto, qui orbem terrarum ſub ſua poteſtate ſe tenere putat, vero parente Chriſto a nobis viſo & cognito, omiſſa falſitate parentis mendaciſſimi, jam veri parentis Chriſti veſtigia ſequamur, eumque cum Patre ſemper eſſe credentes ac recordantes, ad eum ſupplices properemus, ut compleatur prophetia: *Recordabuntur ad Dominum,* Chriſtum, *omnes fines orbis terrarum. Pſ.* 22. *v.* 27.

CATA-

CATALOGUS.

EORUM, QUI ANTE ADVENTUM CHRISTI HÆRESEOS ARGUUNTUR.

1. OPHITÆ.

„Primi ſunt Ophitæ, qui dicuntur ſerpen- *Ophitæ.*
„tini, iſti colubrum venerantur dicen-
„tes, quod hic prior nobis initium ſcien-
„tiæ boni & mali attulerit; unde ei Domi-
„num invidiſſe aſſerunt, quia ſcientiam pri-
„mus detulerit mulieri bonæ rei atque ma-
„læ, perque illam ita ad omne genus ho-
„minum permanaverit: propter quod & de
„cœlo primo dejectus eſt in alterum cœlum,
„unde eum & de cœlo ajunt adventurum, &
„velut aliquam Dei virtutem eſſe eum æſti-
„mant, & eum annuntiant adorandum.

Nota. Hic eſt error chronologicus, dum Ophitæ recenſentur inter hæreticos, quaſi ante adventum Chriſti extiterint, cum modo poſt eum exorti fuerint.

2. CAJANI.

„Cajani, qui Cain laudant fratricidam, pri- *Cajani.*
„mogenitum patris noſtri ac beati Adæ
„protoplaſtæ dicentes, ex altera virtute, id
„eſt diaboli, Cain factum, ex altera autem
„Abel beatiſſimum natum, & virtutem ma-
„jorem, quæ erat in ipſo Cain invaluiſſe,
„ut ſuum interficeret fratrem.

3. SE-

3. SETHIANI.

Sethiani. „Sethianorum hæreſis: Seth filium A
„colunt dicentes, quod duobus cre
„hominibus in initio, & angelis in dif
„ſione conſtitutis tenuit virtus in cœlo
„minea; apud eos enim maſculi & fœmi
„dii, deæque eſſe putantur, quod pe
„dens, inquiunt, mater, quia occiſus
„Abel juſtus, cogitavit, ut pareret juſt
„Seth, in quem & collocavit magnæ vi
„tis Spiritum, ut poſſent deſtrui virtutes i
„micæ. De Seth autem ipſo Chriſtum I
„minum genus deducere ajunt, imo eti
„quidam eum Chriſtum eſſe aſſerunt.

4. DOSITHEUS.

Doſitheus. „Doſitheus quidam Judæus genere au
„eſt dicere, ſecundum carnem ſol
„eſſe vivendum in lege Domini, deque ea n
„ſperans reſurrectionem futuram, nec I
„Spiritum, nec Angelum eſſe credens, n
„futurum judicium de lege atque prophe
„expectans.

5. SADDUCÆI.

Sadducæi. „Sadducæi a Sadoc homine Judæo voc
„bantur, ſecundum carnem æque
„lum prædicant vivendum, circumcide
„dum, corpusque baptizandum; de le
„autem divina nihil aliud expectant, E
„curcam dementiam potius, quam divi
„le

s jura ſectantes: de quibus & in Evan-
o ſcriptum eſt docente Domino, con-
ue hanc hæreſin peſtiferam prædi-
te.

6. PHARISÆI.

arisæorum alia eſt hæreſis, quæ reſur- *Phariſæi.*
„rectionem futuram confitetur, legem
pit & Prophetas, Chriſtum autem ex-
at ut juſtum hominem. Hi Judaizant,
Evangelia non accipiunt, & quædam
pora Chriſto Domino noſtro eſſe con-
ia aſſerunt.

7. SAMARITANI.

maritani a Samario rege ſic nuncupati *Samaritani.*
„ſunt. Alii autem ajunt a filio Chanaan
narius vocato. Iſti legem accipiunt Moy-
id eſt, quatuor ſolum libros, judicium
rum non expectant, reſurrectionem ne-
t, Chriſtum Dominum Dei Filium in
& Prophetis nuntiatum non credunt,
mam immortalem habere hominem non
iunt, ſolum autem hoc in corpore vi-
dum eſſe putant, reſurrectionem futu-
in procreatione filiorum quotidiana con-
unt, eamque vanitatem prædicant.

Rex Samarius Samaritanorum inane figmen-
m eſt, in nullo antiquitatis monumento fun-
tum.

8. NA-

8. NAZARÆI.

Nazaræi. „Nazaræorum hæreſis eſt, quæ legei „Prophetas accipit, carnaliter tı „vivendum affirmat, omnemque juſtific „nem in carnali obſervantia conſiſtere ı „catur: crines etiam nutriunt capitis, „nemque virtutem juſtitiæ in eo putant „ſiſtere.

9. ESSENI.

Eſſeni. „Eſſeni autem ſunt, qui monachorur „tam exercent, eſcas delitioſas „ſumunt, nec ſtudium in veſtimentis ge „nec poſſident aliquid; lectioni autem & „nis operibus inſiſtunt, & in locis ſe| „tis habitant: Chriſtum autem Domi „Dei Filium non expectant, nec in leg „Prophetis eum ut Dominum annuntia „agnoſcunt, ſed ut Prophetam aut ju: „hominem credentes expectant.

10. HELIOGNOSTI.

Heliog-noſti. „Heliognoſti, qui & Devictiaci dicun „ſolem adorant, & dicunt, ſc „ſcire omnia, quæ Dei ſunt, hom „etiam non alium niſi ſolem illumina „ſolemque eis præbere omnia nutrin „ta, non cognoſcentes, quod ſcriptum „de Deo: *Qui dicit ſoli oriri, & ori „& non oriri, & non oritur. Job.* 9. ı „Unde falſo Hermes ille vanus Triſm „ſtus docuit poſt Dominum omnipoten

„

non alium niſi ſolem debere homines adorare, qui cum ad Cettarum provinciam perrexiſſet, hunc errorem eis ſuaſit. Quin & Judæi captivati ſolem adorabant, uti Ezechiel Propheta illos incuſando condemnat. *Ezech.* 8. *v.* 16.

11. RANARUM CULTORES.

Alii ſunt, qui ranas colunt, quas ſub „Pharaone per iram Dei Ægyptiorum terra germinavit, putantes Dei iram hac obſervantia poſſe placari. *Ranarum cultores.*

12. MUSORITÆ.

Muſoritæ ſunt quidam, qui ſorices co- „lunt, qui ſub Heli Sacerdote capta arca eorum fruges deperiebant: unde admoniti a ſuis fecerunt aureos mures, & eos cum arca & quinque ſedibus aureis remiſerunt, ſtatimque peſtilentia deſiit. *Muſoritæ.*

13. MUSACCARONITÆ.

Alii ſunt, qui muſcam Accaron colunt „in civitate dicta, ut in regnorum libro ſcriptum eſt. 4. *Reg.* 1. *v.* 2. *ſeqq.* *Muſaccaronitæ.*

14. TROGLODYTÆ.

Troglodytæ ita dicuntur in Judæis, qui „in ſpeluncis habitantes idola colere non deſinebant, ut ait Ezechiel Propheta. *Cap.* 7. *v.* 11. *Troglodytæ.*

15. HÆ-

15. HÆRESIS DE FORTUNA COELI.

De regina cœli. „Alia eſt Hæreſis in Judæis, quam reginam ſeu etiam fortunam cœli nuncupant, quam & cœleſtem vocabant in Africa, „eique ſacrificia offerre non dubitabant: unde etiam Prophetæ Jeremiæ dicebant, quod „ex eo tempore, quo reginæ cœli non ſacrificarent, multa illis mala contigerint. *Jer.* 44. „*v.* 17. Cujus impietatem Jeremias in ſuis „lamentationibus deflens civitatis caſum illis nuntiabat.

16. BAALITÆ.

Baalitæ. „Sunt & Baalitæ, qui Baal nomen regis „Tyriorum detinentes, & ipſius idolum „adorantes eidem ſacrificabant, ut in regnorum libro continetur. 3. *Reg.* 16. *v.* 31.

17. ASTARITÆ.

Aſtaritæ. „Alii ſunt, qui Aſtar hominem & Chamos „abominationem Chananæorum & Sidoniorum, id eſt, idola hominum & mulierum venerabantur, eisque diverſa offerebant ſacrificia, quorum cauſa illis captivitas ſæpius advenit, uti in regnorum „libris continetur.

---

18. HÆ-

18. HÆRESIS
[D]E IDOLO MOLOCH, ET REMPHAN.

[A]lia eſt Hæreſis in Judæis, de qua Dominus prophetans incuſabat eos, & [S]. Stephanus eos increpabat dicens: Suſcepiſtis tabernaculum Moloch veſtri, & ſidus Dei veſtri Remphan, propter quod [t]ransmigratione vos faciam captivari in Babylonem. *Act.* 7. *v.* 42. *Idolum Moloch, & Remphan.*

19. HÆRESIS
DE ARA TOPHET.

[S]unt & qui aram collocantes ita dictam Tophet, nomine alicujus in valle filii [E]nnon ibidem ſuos filios, & filias Judæi [d]æmoniis immolabant. *Ezech.* 8. *Ara Tophet.*

20. PUTEORITÆ.

[P]uteoritæ ſunt, qui puteos colunt in altum fodientes, quaſi aquam ſalutis in [e]a ſperantes aliquam, cum dicat Dominus [p]er prophetam: *Me dereliquerunt fontem [aq]uæ vivæ, & foderunt ſibi lacus detritos, [q]ui non poſſunt capere aquam ſalutarem,* [sc]ilicet Baptiſmi. *Jer.* 2. *v.* 13. *Puteoritæ.*

21. HÆRESIS
OB ÆNEUM SERPENTEM.

[H]æreſis eſt quoque in Judæis, quæ ſerpenti æreo, a Moyſe juſſu Dei ere[ct]o. *Num.* 21. *v.* 9. Usque ad Ezechiam regem *Ænei ſerpentis adoratores.*

„regem ſacrificabat. 4. *Reg.* 18. *v.* 4. For-
„mationes etiam in lapide magno in templo
„poſito, & impreſſiones ſculpebant Judæi,
„& ponentes in lamina bajulabant in collo:
„incantationes etiam docebant, & maleficia
„exercebant, ac alligaturas portabant in
„pectore, quæ omnia Rex Ezechias aboleri
„præcepit, & ideo Aſſyrios delevit. 4. *Reg.* 19.
„*v.* 35.

22. HÆRESIS
SUBTERRANEIS IN LOCIS AD OMNEM TURPITUDINEM APTA.

Hæreſis in ſubterraneis.

„Alia eſt Hæreſis, ut Ezechiel Propheta „Dei juſſu vidit. *Ezech.* 8. *v.* 10. Sub „terra in ſpelunca ſtantes ſeptuaginta viri „Seniores Judæorum tenebant thuribula, di„verſis formarum ſculptilibus ſacrificantes, „& eadem adorantes.

23. HÆRESIS
MULIERUM CUM THAMUS SIMULACRO.

Thamus dolum.

„Eſt & alia Hæreſis Judæorum, quam ſub „ſpelunca juſſu Dei cogitur videre Eze„chiel Propheta. *Ezech.* 8. *v.* 14. Mulieres „ſedentes & plangentes quemdam Thamus „nomine, qui filius fuit regis gentilium, „cujus Judææ mulieres ſimulacrum cum fle„tibus adorabant, & ei offerre ſacrificia non „deſinebant. Thamus autem Pharao ille di-

„ceba-

:ebatur, qui ſub beato Moyſe Ægyptio-
'um Rex præſidebat.

24. BELITÆ.

Alia eſt Hæreſis in Judæis, qui multo- *Belitæ.*
„rum quaſi hominum, & mulierum co-
ens idola in Baalitarum ſpeluncis eisdem
›fferre ſacrificia non deſinebant. Hoc nomi-
ıe a Belo rege orientis, & ipſius uxore & li-
›eris dicebantur. Belus autem ſive a pro-
›rio nomine, ſive a fortitudine belli hoc
ıomen ſortitus eſt: deque hac impietate
& ſacrificiis regibus, & eorum cognationi
›blatis Judæos divina Scriptura accuſat,
& Deus eos diverſis captivitatibus tradidit.

25. HÆRESIS CUM BAAL IDOLO.

Alia eſt Hæreſis in Judæis, quæ Baal *Baal ido-*
„idolum a Balaam pſeudopropheta, *lum.*
le quo *Num.* 22. agitur, afferunt nomen
ıccepiſſe, qui cum contra Dei populum
naledicta cogitaret, Judæi pagani ſub hoc
vocabulo idolum ipſius facientes colere il-
.ud non deſinebant.

26. DE PYTHONISSA MULIERE HÆRESIS SUPERSTITIOSA.

Alia eſt Hæreſis de Pythoniſſa, qua coo- *Pytho-*
„perientes veſtimentis mulierem ab ea *niſſa.*
quædam reſponſa ſperabant conſequi; unde

„& ajunt, Pythoniſſam illam Samuelis ani„mam ab inferis ſuſcitaſſe, qui Sauli vera „prophetavit.

27. DE ASTAR ET ASTAROTH SIMULACRIS HÆRESIS.

Aſtaroth. „Eſt Hæreſis in Judæis, quæ Aſtar, & Aſta„roth poſt Moyſis mortem colebant, „quæ nomina regum Syrorum, & Ægyp„tiorum fuerunt, quorum filii & filiæ cum „a populis ſuis colerentur, & templa illis „erigerentur, etiam a Judæis honorabantur.

28. HERODIANI.

Hero-diani. „Alii Herodiani ab Herode rege Judæorum „ita appellati. Iſti reſurrectionem con„fitentur, legem & Prophetas accipiunt; „Herodem autem regem Judæorum percuſ„ſum ab angelo ipſum ut Chriſtum ſperan„tes expectant.

Nota. S. Philaſtrius in allatis modo hæreſibus multas recenſet, quæ nusquam extiterunt, nempe Nazaræi, Heliognoſtæ, murium cultores Muſcaronitæ, Troglodytæ, fortunatiani Baalitæ, Belitæ, Molochitæ, Tophitæ. Hoc modo abominationes a Judæis admiſſas, & ſacrificia a populis ipſis vicinis peracta in varias hæreticorum ſectas convertit. Puteoritarum hæreſin ex *Ezech.* 8. confingit, & ſæpe ex una hæreſi plures facit. Verbo: non hæreſes ſectas aliqua deſignat, ſed dogmata, quo pacto hæreſum numerus multum augeri poſſet.

CATA-

CATALOGUS

EORUM, QUI POST CHRISTI PASSIONEM HÆRESEOS ARGUUNTUR. SIMON MAGUS.

1. „Poſt paſſionem Chriſti Domini noſtri, „& aſcenſionem in cœlum Simon „quidam fuit. *Act.* 8. *v.* 11. Magus, Sama„ritanus genere de villa Citiҫjus in Sama„ria vocitata, qui magicis vacans artibus „multos fallebat, dicens ſe eſſe virtutem „quamdam Dei, quæ ſupra omnes virtutes „eſſet, quem Samaritani velut Patrem ve„nerabantur. Hic baptizatus a beatis Apoſto„lis. *Act.* 8. *v.* 13. Receſſit a fide eorum, & „ſceleratam hæreſin ſeminavit, dicens, ſe „transformatum quaſi umbram paſſum fuiſſe, „cum tamen non pateretur. Dicebat etiam „mundum ab angelis factum eſſe, angelos „autem a quibusdam ſenſibus de cœlo præ„ditis factos eſſe, eosque fefelliſſe genus hu„manum: Intellectum autem quemdam, qui „deſcendit in mundum ſalutis cauſa homi„num, Helenam illam eſſe inquit, quæ in „Trojano bello a Poetis edita nuntiatur, cu„jus concupiſcentia ductæ virtutes, quæ „mundum fecerant, ſeditionem movebant. „Iſta enim dans concupiſcentiam illis virtu„tibus, & in figura fœminæ apparens aſcen„dere in cœlum non poterat, quod virtu„tes in cœlo impediebant: expectabat ergo „virtutem aliam, id eſt Simonis magi præ- *Simon magus.*

„ſentiam, quæ eam adveniens ſalvaret. „Ligneum etiam equum Trojanum dicit per „allegoriam omnium impiarum gentium ig„norantiam, cum tamen conſtet Helenam, „quæ cum mago erat, Tyri meretricem „fuiſſe, & cum Simone mago multa ſcelera „perpetraſſe, qui cum fugeret beatum Pe„trum Apoſtolum Romam venientem, ibique „cum S. Apoſtolo apud Neronem Imperato„rem pugnaret, devictus oratione Apoſtoli, „& percuſſus ab Angelo interiit, ut ejus „magiæ mendacium cunctis pateſieret.

MENANDRUS.

Menandrus. 2. „Poſt hunc Menandrus quidam nomine, „qui diſcipulus factus Simonis im„pietatem ejus eſt ſecutus in omnibus.

SATURNINUS.

Saturninus. 3. „Saturninus quidam paulo poſt aſſerebat „item, mundum ab angelis factum, „& diviſum eſſe per ordinem angelis, & „cogitaſſe eos, ut facerent hominem, quem „& fecerunt. Facto autem homine, quia im„potens erat, ſalvari non potuit: unde vir„tus ſuperna miſit ſcintillam, quæ correxit „hominem, & fecit eum vivere. Chriſtum „umbratiliter apparuiſſe affirmant, non car„nem hominis veram, & animam accepiſſe, „& omnem œconomiam myſterii Salvatoris „ita compleſſe.

BASI-

BASILIDES.

4. „Baſilides hæreſiarcha a multis dictus, *Baſilides.*
„quia de lege, prophetis, & Apo-
„ſtolis loquendo, aliter autem ſentiendo, jura
„Chriſtianæ veritatis violabat. Hic cum ve-
„niſſet Ægyptum, docebat de innato & ſolo
„Deo natum fuiſſe intellectum, de intellectu
„Verbum, de Verbo ſenſum, de ſenſu au-
„tem & virtute ſapientiam, de virtute au-
„tem & ſapientia principatus, poteſtates
„& angelos diverſos factos, qui fecerunt cœ-
„lum, poſt quos alii angeli fecerunt aliud cœ-
„lum, & ſic ſecundum ordinem fecerunt
„365. cœlos. Hominem autem ab angelis
„factum aſſerit. Dominum etiam omni-
„potentem angelum aſſerit, & accepiſſe in
„hæreditatem genus Judæorum, & eduxiſ-
„ſe eos de terra Ægypti: Chriſtum autem
„dicit quaſi per umbram paſſum fuiſſe, &
„Simonem Cyrenæum portantem ejus crucem
„pro eo ad paſſionem veniſſe. Hic uti & Sa-
„turninus permittit male vivere, & vitiis
„ſæcularibus inhærere: prohibet etiam pati
„martyrium homines pro nomine Chriſti.

NICOLAUS ANTIOCHENUS.

5. „Nicolaus Antiochenus ſub Apoſtolis *Nicolaitæ.*
„fuit, & ab eis eſt electus diaco-
„nus ſeptimus. *Act.* 6. *v.* 5. Poſtea vero ab
„eis & ſana doctrina receſſit: nam & ipſe
„dicit, virtutes eſſe plurimas, unde & Gno-
„ſtici, qui ſcire ſe aliquid putant, emerſe-

 „runt.

„runt. Iſti Barbelum venerantur, & No-„riam quamdam mulierem, alii autem ex „illis Jaldabaoth; alii autem Cavlacav ho-„minem. Dicunt autem: ante erant ſolum „tenebræ & profundum & aqua, & terræ „diviſio facta eſt in medio, & Spiritus ſe-„paravit hæc elementa. Tunc ergo tenebræ „irruentes in Spiritum genuerunt quatuor „Æonas, quæ ſunt dextra & ſiniſtra lux; „& quemdam etiam concubuiſſe cum dicta „muliere ajunt, de qua nati ſunt dii & ho-„mines & angeli, & ſeptem Spiritus dæmo-„niorum. Addunt etiam prophetas quosdam „natos de ea ſpecioſo nomine, & Barcaban: „alii autem Evangelium conſummationis, „& viſiones inanes, & plenas fallaciæ, & „ſomnia ſe videre diverſa aſſerunt delirantes.

HÆRESIS AB JUDA TRADITORE.

Hæreſis de Juda. 6. „Alii ab Juda traditore inſtituerunt hæ-„reſin dicentes, bonum opus feciſſe „Judam, quod tradiderit Salvatorem: hic „enim, inquiunt, nobis omnis ſcientiæ bo-„næ auctor extitit, per quem cœleſtia nobis „myſteria manifeſtata ſunt. Virtutibus enim „in cœlo nolentibus pati, Chriſtum Sciens „Judas, quod ſua paſſione ſalutem homi-„nibus allaturus eſſet, tradidit Salvato-„rem: cum econtra beati Apoſtoli ſenten-„tiam adverſus eum edocentes confirmave-„rint. *Act.* I. v. 18.

CAR-

CARPOCRAS.

„Poſt illum Carpocras nomine ſurrexit, *Carpocras.* „dicens, unum principium, de quo, id eſt, de Deo, prolationes factæ ſunt angelorum & virtutum, quæ deorſum exiſtentes fecerunt creaturam hanc ſeu mundum viſibilem, ubi nos conſiſtimus. Chriſtum autem dicit non de Virgine Maria & divino Spiritu natum, ſed de ſemine Joſeph, ſicuti omnes homines. Qui poſt paſſionem, inquit, melior inter Judæos vita integra inventus eſt, cujus animam in cœlum ſuſceptam prædicat, carnem vero in terra dimiſſam, animique ſalutem ſolum, non vero carnis opinatur.

CERINTHUS.

„Cerinthus ſucceſſit hujus errori, do- *Cerinthus.* „cens de generatione itidem Salvatoris deque Creatura angelorum, in nullo diſcordans ab eo, niſi quod ex parte ſolum legi conſentit, quod a Deo data ſit, & ipſum Dominum Judæorum æſtimet, qui legem dedit filiis Iſrael. Docet autem circumcidi, & Sabbatizare, & Chriſtum nondum reſurrexiſſe a mortuis, ſed ſurrecturum annuntiat. Apoſtolum Paulum non accipit, Judam traditorem honorat, Evangelium ſecundum Matthæum ſolum accipit, tria Evangelia ſpernit, Actus Apoſtolorum abjicit, beatos Martyres blasphemat. Hic ſub Apoſtolis quæſtionem ſedi-

„tionis commovit, dicens, debere circumcidi
„homines, unde contra illum & hæreſin
„ejusdem decreverunt, non debere homi-
„nes Judaismo id eſt circumciſioni aliisque
„ſuperſtitionis vanæ parere ceremoniis, qui
„de gentibus venientes credebant in Chri-
„ſtum. *Act.* 15. *v.* 9.

EBION.

Ebion. 9. „Ebion diſcipulus Cerinthi in multis ſi-
„militer errans, Salvatorem noſtrum
„hominem de Joſeph natum carnaliter æſti-
„mabat, nihilque in eo divinitatis fuiſſe do-
„cebat, ſed ſicut omnes prophetas gratiam
„Dei habuiſſe aſſerebat: non tamen Domi-
„num majeſtatis & Dei Patris filium cum
„Patre ſempiternum eſſe credebat, cum ta-
„men divinæ Scripturæ Dominum ſempiter-
„num cum Patre vero & ſempiterno ubique
„teſtentur.

VALENTINUS.

Valentinus. 10. „Poſt illum Valentinus Pythagoricus
„magis quam Chriſtianus vanam
„doctrinam eructans, & velut arithmeticam
„fallaciam prædicans multorum animas cap-
„tivavit: & inprimis quidem fuit in Eccle-
„ſia, & clarior factus degens in Cypri pro-
„vincia ita docuit. Nihil aliud erat ante in
„mundo, niſi profundum maris & ſilentium,
„quod Poetæ chaos aſſerunt: de hoc proceſ-
„ſit intellectus & veritas; de his autem
„Ver-

rbum & vita. De his autem homo &
cleſia, de quibus proceſſerunt duodecim
ones, id eſt, ſæcula; & de verbo &
ta decem Æones, de intellectu autem
veritate octo Æones, & eſſe hanc tria
ntita Sæculorum, id eſt, triginta Æo-
s: de ogdoade vero & decade, & duo-
çade conſiſtere triginta Æonas delirat.
icit autem Chriſtum a Patre, quem pro-
ndum appellat, ad totius mundi ſalutem
iſſe dimiſſum, deque cœlo carnem detu-
ſe, nihil autem accepiſſe de Sancta Vir-
ne, ſed ut aquam per rivum, ita tran-
ſe per eam. Animam ergo ſolam ſalvari
n vero corpus hominis arbitratur.

PTOLEMÆUS.

„Alii ſunt ſucceſſores illius, Ptolemæus, *Ptolemæus.*
„qui doctrinam æque vanam intu-
, dicens, quatuor eſſe Æonas, & alios
uatuor, novum quid volens commenti
lſi decernere, quam Valentinus doctor
us eſt ementitus.

SECUNDUS.

„Poſt hunc quidam Secundus nomine *Secundus.*
„Æonas ſimiliter docet eſſe factos, aſ-
rit tamen infinitos; Chriſtum autem quaſi
r phantaſiam apparuiſſe, id eſt, velut
nbram humano generi, & non veram
rnem hominis habuiſſe ſuſpicatur.

HERA-

HERACLEON.

Heracleon. 13. „Poſt hunc Heracleon diſcipulus ipſius „ſurrexit, dicens: Principium eſſe „unum, quem Dominum appellat, deinde „de hoc natum aliud, deque his duobus „generationem multorum aſſerit principiorum, cum ſuis delirans itidem doctoribus.

MARCUS.

Marcus. 14. „Marcus autem quidam poſt ipſum „ſucceſſor numerum faciens litterarum, non in parvam itidem incurrit „amentiam: docuit enim ita. Viginti quatuor „litteræ ſunt, quæ perfectionem habent omnium rerum, propter quod & Chriſtus dicebat: *Ego ſum Alpha & Omega Apoc.* 1. *v.* 8. Dicebat etiam, quod in extremo tempore Chriſtus deſcendit ad Jeſum in figura columbæ, „& Chriſtum columbam eſſe, quæ deſcendit ad duodecim Æonas, ſeu Apoſtolos, & „unum ex eis Judam cecidiſſe; Chriſtum autem putative dicit apparuiſſe, & non vere paſſum eſſe in corpore.

COLORBASUS.

Colorbaſus. 15. „Poſt hunc Colorbaſus ſimiliter in litteris, & numero elementorum, „aſtrorumque ſeptem, vitam omnium hominum & generationem conſiſtere aſſerebat, „& non in Chriſti majeſtate & potentia, neque in ipſius carnali præſentia veram hominum ſperari ſalutem aſſerebat.

CER-

CERDON.

1. „Cerdon autem quidam ſurrexit poſt *Cerdon.*
„hos, pejus ſuis doctoribus præ-
dicans], qui cum veniſſet Romam de Syria,
uſus eſt dicere, duo eſſe principia, id eſt,
unum Deum bonum, & unum malum, &
Deum quidem bonum bona facere, & ma-
um mala. Jeſum autem Salvatorem non
natum aſſerit de Virgine, nec apparuiſſe in
carne, nec de cœlo deſcendiſſe, ſed puta-
ive viſum fuiſſe hominibus, qui non vi-
debatur vere, ſed erat umbra, uti & pu-
abatur quibusdam pati, non tamen vere
patiebatur.

MARCION.

7. „Marcion diſcipulus ejus genere Pon- *Marcion.*
„ticus de civitate Synope Romam
devenit, ibique ſceleratam ſuam hæreſin
ſeminavit, quia in Evangelio ſcriptum eſt:
*Non eſt arbor bona, quæ faciat malum fru-
ctum, neque arbor mala, quæ faciat bonum
fructum. Matth.* 7. *v.* 8. Similiter unum
Deum bonum, & unum malum annun-
tians; Chriſtum autem putative per um-
bram apparuiſſe, & paſſum eſſe. Secundum
Lucam autem Evangelium ſolum accipit,
non Evangelia, nec Epiſtolas Pauli niſi ad
Timotheum & Titum: quæ enim de Chri-
ſto dicunt ut de Deo vero, præterit, quæ
autem quaſi de homine dicunt Scripturæ,
ea accipit capitula, & neque Chriſtum ju-
„dicem

„dicem eſſe omnium confitetur. Hic fuga-
„tus a beato Joanne Evangeliſta, & a Pres-
„byteris de civitate Epheſi Romæ hanc hæ-
„reſin ſeminabat.

LUCANUS.

Lucanus. 18. „Lucanus poſt ipſum quidam ſimili-
„Marcioni ſtatuebat, & ut ille di-
„ctor ipſius in omnibus eſt mentitus.

APELLES.

Apelles. 19. „Fuit Apelles diſcipulus ejus, ſimili-
„in quibusdam Marcioni prædicans,
„qui interrogatus a quibusdam, quonam
„modo de fide ſentiret, reſpondit: non mihi
„opus eſt diſcere a Marcione, ut duo prin-
„cipia afferam coæterna, ego enim unum
„principium eſſe prædico, quem Deum co-
„noſco, qui fecit angelos, & alteram etiam
„virtutem, quem Deum ſcio eſſe ſecundum,
„qui & virtus eſt, quæ fecit illum. Hic
„autem Deus, qui fecit mundum, non eſt bo-
„nus, ut ille qui fecit colum; ſubjectus au-
„tem eſt Deo illi, a quo factus eſt, quemad-
„modum nunc ſentiunt Ariani. Dicit autem
„Chriſtum in carne apparuiſſe, non tamen
„de cœlo carnem deſumſiſſe: ait etiam post
„paſſionem non carnem ſurrexiſſe, ſed de
„quatuor elementis, quæ de mundo acce-
„perat, ea in terra demiſiſſe, & ipſum in
„cœlum ſine carne aſcendiſſe.

TATIA-

TATIANUS.

„Poſt Decii autem perſecutionem Ta- *Tatianus.*
„tianus quidam diſcipulus S. Juſti-
Martyris receſſit a veritate poſt paſſio-
ſm ipſius dicens: Æonas quosdam de cœ-
fuiſſe prolatos: addens etiam hoc,
dam patrem noſtrum Protoplaſtum non
lvari, Æonas autem nuntians ſicut Mar-
on deliravit. Qui etiam generationem
ɔminum execratur, & jus nuptiarum le-
timum abjicit, idque juris a Deo ſtatu-
m non confitetur.

CATAPHRYGES.

„Alii autem poſt illos ſurrexerunt Ca- *Cataphry-*
„taphryges in Phrygia provincia *ges.*
ıbitantes; iſti Prophetas & legem acci-
unt, Patrem, & Filium, & Spiritum
ınctum confitentur, carnis reſurrectionem
cpectant: quosdam autem ſuos prophetas,
eſt, Montanum nomine & Priſcillam &
[aximillam annuntiant, quos neque Pro-
ɔetæ neque Chriſtus nuntiavit. Addunt
iam, plenitudinem Sancti Spiritus non
:r Apoſtolos Chriſto dante fuiſſe conceſ-
m, ſed per illos ſuos pſeudoprophetas.
[i mortuos baptizant, publice myſteria
:lebrant, Pepuzam villam ſuam in Phry-
a Jeruſalem appellant, ubi Maximilla &
riſcilla & ipſe Montanus vitæ tempus lu-
uctuoſum habuerunt, ubi & myſteriorum
ynicorum, & infantis execranda celebra-
„tur

„tur impietas : dicunt enim , eos de i
„tis ſanguine in paſcha miſcere in ſuu
„crificium, ſuisque ita ubique emittere
„nitioſis & falſis ſatellitibus.

THEODOTUS.

Theodotus. 22. „Poſt ipſos Theodotus quidam By
„tinus genere denegator Chriſti
„noſtri in perſecutione extitit Salvatoris,
„cœpit dicere; communis homo erat
„omnes homines, Chriſtus: quod ideo
„bat, ut ſiquis ei diceret: quare negaſti C
„ſtum Deum ac Dominum? Diceret: h
„nem negavi non Deum. Iſti utuntur
„tulis Scripturarum, quæ de Chriſto
„homine docent, quæ autem de Deo di
„ea non accipiunt.

HÆRESIS
DE PATRIS, ET FILII SUBSTANTIA.

De Patris, & Filii ſubſtantia. 23. „Sunt alii dicentes μεταγγισμον,
„eſt, Filium intrare in Patrem
„ut vas in vaſe ineſſe, cum Salvator non
„xerit, Filium in Patrem intrare, ſed æq
„litatis cauſam in divinitate docuerit, ſ
„cet, qualis immenſus eſt Pater, talis
„Filius, talis eſt & Spiritus Sanctus, æq
„lis in omnibus, ita ut ſit immobilis T
„nitas immenſa, omnipotens, & ſempite
„ubique; tres Perſonæ viventes in per
„tuum, & æquales in omni majeſtate & p

„tent

ntia, Filius tamen & Spiritus Sanctus de atre ſint proprie.

DE MELCHISEDECH.

„Poſt iſtos alii recedentes ab his dixe- *Melchiſe-dechiani.*
„runt ſimilia: addunt etiam Mel-
iiſedech ſacerdotem virtutem Dei mag-
ım eſſe, & nomina quædam diverſa ho-
inum aſſerunt, a fide catholica diſſo-
ıntes.

NOETIANI.

„Alii autem Noetiani Diſcipuli cujus- *Noetiani.*
„dam nomine Noeti, qui dicebat,
ıtrem omnipotentem ipſum eſſe Chriſtum,
ipſum natum, paſſum, & mortuum fuiſſe
corpore. Hic etiam dicebat, ſe Moſen
ſe, & fratrem ſuum Eliam prophetam.

SABELLIUS.

„Sabellius poſt iſtum de Lybia diſci- *Sabelliani.*
„pulus ejus ſui doctoris ſecutus eſt
rorem; unde & Sabbelliani poſtea ſunt
ɔpellati, qui & Patripaſſiani, & Praxia-
a Praxea, & Hermogeniani ab Hermo-
me, qui fuerunt in Africa, & abjecti ſunt
ɔ Eccleſia Catholica.

SELEU-

SELEUCI ET HERMIÆ
HÆRESIS DE DEO CORPOREO.

Seleuciani. 27. „Quæ eſt hæc vanitas Galatarum Se-
„leuci & Hermiæ hæreticorum?
„Qui cum volunt Deum eſſe corporeum,
„hylen etiam, id eſt, materiam mundi co-
„æternam cum Deo eſſe dicunt, & mate-
„riam quidem elementorum, quæ eſt ſine
„anima, quæ facta eſt a Deo Patre per Fi-
„lium ex nihilo, non ita accipiunt: Spiri-
„tum autem hominis, id eſt, animam non
„factam a Deo per Filium, ſed de terra eſſe
„ajunt, malum autem aliquando a Deo ali-
„quando a materia eſſe aſſerunt. Salvato-
„rem autem in carne negant ſedere ad dex-
„teram Patris, ſed expoliaſſe carnem, &
„poſuiſſe in ſolem æſtimant. Paradiſum vi-
„ſibilem ex Platone negant, & animas ho-
„minum de igne & Spiritu eſſe æſtimantes
„iſto Baptiſmo non utuntur, quia Joannes
„dixit: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu & in*
„*igne. Marc.* 1. *v.* 8. Iſti angelos dicunt
„creatores animarum noſtrarum, mundum
„autem iſtum infernum eſſe aſſerunt, & re-
„ſurrectionem in filiorum quotidiana pro-
„creatione prædicant.

PROCLIANITÆ.

Proclianitæ. 28. „Alii ſunt diſcipuli horum, qui Procli-
„nitæ appellantur, & Hermioritæ;
„addunt etiam diverſos errores dicentes,
„quod in Ezechiele. *Cap.* 1. v. 5. Scriptum
„eſt,

ſt, leonem eſſe regem Parthorum, vitu-
um Ægyptiorum, aquilam Romanorum,
iominem vero piiſſimorum. Hi ſapientiæ
ibro utuntur Sirach illius, qui ſcripſit
oſt Salomonem poſt multa tempora lib-
um unum ſapientiæ. Chriſtum autem in
arne veniſſe negantes, reſurrectionem, &
udicium non credunt.

FLORIANI
SIVE CARPOCRATIANI.

9. „Floriani ſive Carpocratiani dicuntur, „qui & milites vocantur, quia de militaribus fuerunt: negant judicium & reſurrectionem, Chriſtum natum de Virgine ion credunt, omnemque reſurrectionem n filiorum procreatione putant conſiſtere; inde in Eccleſia ſua poſt occaſum ſolis lucernis extinctis miſcentur cum mulierculis, egis præceptum implere putantes *naſcimini, & multiplicamini. Gen.* 1. *v.* 28. *Floriani.*

DE PASCHATIS
FESTO HÆRESIS.

. „Sunt qui de die Paſchatis ſaluberrima „ambigunt, aſſerentes, quarta decima luna celebrandum eſſe Paſcha, non icut Eccleſia Catholica celebrat, & menſe Martio ſemper celebrandum aſſerunt. At cum ioc faciunt diem dominicam Paſchæ non emper cuſtodiunt, non computantes hoas & dies, ſed ſecunda, aut tertia, aut *Quarta-decimani.*

 „quar-

„quarta, aut quinta, aut ſexta, die ce
„brant, & ex hoc errore non cognoſci
„diem Paſchæ Domini noſtri veram &
„lubrem unam orbi terrarum ſtatutam,
„confirmatam a Domino curſu numerali
„næ, menſibus, & embolismis, & cum h
„non computant, ignorant, quid celebra

CHILIONETITÆ.

Chilionetitæ.

31. „Alia eſt hæreſis Chilionetitarum,
„eſt mille annorum, quæ do
„ita: cum venerit Chriſtus de cœlo, mi
„anni illi erunt iterum carnaliter ad
„vendum, generandum, & manducandu
„ſicut fit nunc in hoc ſæculo, ignoran
„eſcam cœleſtem, id eſt, immortalita
„præmium affuturum.

HÆRESIS EVANGELIUM JOANNIS, ET APOCALIPSIN EJU REJICIENS.

Evangelium, & Apocalypſin S. Joannis rejicientes.

32. „Poſt hos ſunt hæretici, qui Evang
„lium ſecundum Joannem, & Ap
„calypſin ipſius non accipiunt, & cum n
„intelligunt virtutem Scripturæ, nec de
„derant diſcere, in hæreſi permanent pe
„euntes, ut etiam Cerinthi hæretici aud
„ant dicere, Apocalypſin non eſſe beati Joa
„nis Evangeliſtæ.

MAN

MANICHÆI.

33. „Manichæi poſt hos de Perſide a Mane homine ſive Turbone ita dicto ſurrexerunt, qui duos deos unum bonum & unum malum eſſe aſſerentes, & pugnam inter Deum, & Dominum eſſe prædicantes: & hominis quidem animam de Deo eſſe proprie putant, corpus autem a diabolo factum arbitrantur. Reſurrectionem negant, judicium non ſperant, dæmonia colunt, elementa adorant, deorum dearumque nomina ut pagani invocant, maſculos fœminas quasdam eſſe dicunt, & utriusque naturæ participes, & nefandæ turpitudini ſerviunt. Hi ab Archelao Sancto Epiſcopo in diſputatione ſuperati & abjecti, manifeſtati ſunt univerſis ab illo ut latrones; jam vero ſub figura confeſſionis Chriſtianæ multorum animas mendacio & pecudiali turpitudine non deſinunt captivare, qui & in Hiſpania & quinque provinciis latere dicuntur, & multos captivare. *Manichæi.*

PATRICIANI.

34. „Patriciani a Patricio quodam, qui fuit Romæ, dicti ſunt; hi carnem hominis non a Deo factam aſſerunt, ſed a diabolo, quam etiam omnibus modis abjiciendam aſſerunt, ut etiam ultro quidam ſibi mortem inferre non dubitaverint. *Patriciani.*

SYMMACHIANI.

Symmachiani. 35. „Symmachiani diſcipuli iſtius, eadem „ſentientes in omnibus, nec ſpe„rantes judicium, vitiis ſæcularibus, & car„nalibus concupiſcentiis prædicant ſervien„dum.

PAULUS SAMOSATENUS.

Paulus Samoſatenus. 36. „Paulus quidam fuit Samoſatenus poſt „hos in Syria, qui Verbum Dei „id eſt Chriſtum Deum Filium ſubſtantivum „ac perſonalem & ſempiternum eſſe cum Pa„tre denegabat, prolativum autem, id eſt, „quaſi aera quemdam dicebat, non tamen „perſonam vivam Filii ſempiternam cum „ſempiterno Patre credendam docebat. Hic „Chriſtum hominem juſtum non Deum ve„rum prædicabat, Judaizans potius, utpote „qui etiam circumciſionem docebat: unde „& Zenobiam quamdam reginam in Oriente „tunc temporis ipſe docuit judaizare.

PHOTINUS.

Photinus. 37. „Photinus doctrinam ejus ſecutus in „omnibus, ſimiliter prædicabat, „inque hoc mendacio perſeverans projectus „eſt de Eccleſia Sirmienſium civitatis a San„ctis Epiſcopis ſuperatus.

ARIANI.

Ariani. 38. „Ariani ab Ario presbytero Alexan„drinæ civitatis, qui ſub Alexan„dro Epiſcopo bonæ memoriæ fuit, & Con-

„ſtan-

„ſtantino Sancto Imperatore: dixit Filium „Dei Deo ſimilem nominetenus, & non Dei „ipſius Patris divinam credidit ſubſtantiam, „& hæreſin periculoſam incurrit; nam & „Creatura ſimilis Deo dicitur, cum dicat „Scriptura: *Faciamus hominem ad imaginem „& ſimilitudinem noſtram. Gen.* 1. *v.* 26. Non „tamen eſt homo aut angelus de Deo proprie ac naturaliter, id eſt, de divina illa „ſubſtantia Patris inenarranda & ſempiterna „genitus, ut unicus Filius, qui genitus eſt „de Patre proprie ſempiternus; ſed homo & „angelus facti ſunt ex nihilo, Filius autem „cum ſit verus, oportet, ut de divina illa „ſubſtantia Patris genitus cognoſcatur: Verus enim Deus alio modo eſſe non poteſt „filius unicus, niſi ſit de Patris illa divina „ſubſtantia proprie genitus. Sempiterna illa „ſimilitudo Filii eſt ſecundum opera, quia „*ſicut Pater, & Filius facit ſimiliter omnia. „Joan.* 5. *v.* 19. Et de ipſius qualitatis „divinæ ſubſtantia genitus, quia de ipſo natus eſt proprie ſempiternus, non factus ex „nihilo ut homo & angelus.

SEMIARIANI.

39. „Semiariani ſunt quoque: hi de Patre, „& Filio bene ſentiunt, unam qualitatis ſubſtantiam, unam divinitatem eſſe „credentes, Spiritum autem non de divina „ſubſtantia, nec Deum verum, ſed factum „& creatum Spiritum prædicantes, ut eum „conjungant Creaturæ, cum tamen Chriſtus *Semiariani Macedoniani.*

„Dominus eum Patri, & ſibi in fide Baptismi „ſalutis æternæ conjunxerit, eumque cum „Patre & Filio cunctis credentibus adorandum juſſerit, omnique ſæculo Deum verum prædicandum ſtatuerit, non intelligentes, quod Evangeliſta, cum dicit, *omnia per ipſum facta ſunt*, non de Spiritu „Sancto dicat quaſi factum Spiritum per Filium. Nam propheta Trinitatem omnia feciſſe viſibilia & inviſibilia definit, dicens: „*Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Pſ.* 32. *v.* 6. „In omni itaque Creatura, quæ facta eſt „per Spiritum, non aliquid prætermiſit, „quod non per eum factum ſit, alioquin in „fide ſervus cum Domino non jungeretur, ſi „eſſet Creatura divinus & Sanctus Spiritus. „Hujus cauſa omnis Scriptura, & Dominus „concedi omnia peccata hominibus præter „blasphemiam divini Spiritus cœleſti ſententia pronuntiavit.

HÆRESIS

APOLLINISTARUM, ANIMAM VERAM CHRISTUM NON HABUISSE DICENTIUM.

Apollinariſtæ. 40. „Alii ſunt, qui circa incorporationem „errant, dicentes, non animam „veram hominis rationalem accepiſſe Salvatorem, ſed corpus ſolum hominis, & cum „ſubtrahunt animam a corpore, veram denegant hominum ſalubritatem; quomodo „enim anima dici poteſt, quæ non ſumpta „eſt

„eſt a Salvatore, cum ipſe dicat: *Triſtis eſt*
„*anima mea usque ad mortem. Matth.* 26. *v.* 38.
„Scire ergo nos convenit, quod & animam
„veram hominis habuit, intellectum haben-
„tem, & corpus hominis, ſenſum itidem
„carnalem, ut & dolere poſſet & emori.
„Attamen de Sancto Spiritu facta hæc cog-
„noſcitur caro, & creata anima.

EUNOMIANI.

41. „Eunomiani ab Eunomio diſcipulo Arii *Eunomiani.*
„in omnibus inimici veræ fidei
„ajunt, tres eſſe diverſas qualitatis ſubſtan-
„tias, ut auri, argenti: Et Patrem quidem
„feciſſe Filium, & iterum Filium, qui eſt
„Creatura, feciſſe Spiritum Sanctum: & aſ-
„ſerunt, Filium non Patri eſſe ſimilem, quia
„Creatura eſt, neque Spiritum Filio ſimilem,
„quia a Filio factus eſt, magis impietati
„paganæ & iniquitati Judaicæ conſentientes,
„quam Chriſtianæ doctrinæ ac fidei Catho-
„licæ parere volentes.

TROPITÆ.

42. „Tropitæ ſunt, qui dicunt, conver- *Tropitæ.*
„ſum Verbum in carnem, non in-
„telligentes, quod ait Apoſtolus Joannes:
„*Verbum caro factum eſt, & habitavit in*
„*nobis.* Non attendentes, quod Verbum eſt
„immutabile, id eſt Deus, Dei Filius: caro
„autem, quam accepit, pro noſtra ſalute ipſe
„eam formando aſſumſit, ut inviſibilis per

„viſibilem carnem videri poſſit, credi, at-
„que cognoſci, & ab humano genere capa-
„citer adorari.

HÆRESIS
DE PASSIONE CHRISTI.

Hæreſis de paſſione Chriſti.

43. „Sunt etiam hæretici, qui circa paſ-
„ſionem errant, dicentes, quod in
„paſſione dimiſerit Chriſtus carnem, & ſic
„aſcenderit in cœlum, ut jam non ſit in
„carne divinitas: neque enim poſt paſſionem
„reſurrexit in carne, neque cum carne aſcen-
„dit in cœlum; cum tamen ſalus omnis ho-
„minum in paſſione carnis ipſius, & reſur-
„rectione & aſcenſione in cœlum conſiſtat.

AERII.

Aerii.

44. „Aerii ab Aerio quodam appellati ſunt,
„qui abſtinentiis vacant, & in
„provincia Pamphilia quam plurimi comoran-
„tur, qui & Encratitæ dicuntur, id eſt,
„abſtinentes: hi non poſſident aliquid, eſcas
„abominantur, quas Deus cum benedictione
„humano generi tribuit, damnant etiam de
„lege nuptias, non a Domino inſtitutas aſ-
„ſerentes.

BORBORIANI.

Borboriani.

45. „Alia eſt Hæreſis Borborianorum, qui
„vitiis implicati ſæculi, & malis
„concupiſcentiis ſervientes, non ſperant ju-
„dicium

„dicium futurum, ſed potius carnalem ſæculi „concupiſcentiam laudant. Hi itaque in cœ„num euntes, & inde obliti de cœno facies „& membra deformantes, eademque cun„ctis veluti culpandam Dei creaturam de„monſtrantes: cum tamen illa vorago cul„parum & vitiorum pernitioſa damnatio ex „hominum voluntate, non legis divinæ per„miſſione deſcenderit.

ARTOTYRITÆ.

46. „Artotyritæ ſunt nomine, & reipſa im- *Artotyritæ.* „poſito in Galatia, qui panem & „caſeum offerunt, non illud, quo Eccleſia „Catholica & Apoſtolica celebrat offerendo.

ASCODROGITÆ.

47. „Alii ſunt Aſcodrogitæ in Galatia, qui *Aſcodrogitæ.* „utrem inflatum ponunt, & coo„periunt in ſua Eccleſia, & circumeunt eum „inſanientes potibus, & bacchantes ſicuti „Libero Patri, & cum ſuis cæcitatibus pro„perant obedire, alieni modis omnibus Chri„ſtianæ ſalutis reperiuntur.

PASSALORINCHITARUM HÆRESIS.

48. „Alii ſunt Paſſalorinchitæ, qui digi- *Paſſalorinchitæ.* „tum imponentes in nares, & in „ora ſua & in labio quaſi ſilentium ſemper „exercent, non rei aliæ niſi taciturnitati

„quaſi

„quaſi ſtudium commodantes: hoc autem fa-
„cientes quaſi prophetas cupiunt imitari,
„quia David ait: *Pone Domine cuſtodiam ori*
„*meo. Pſ.* 140. Et quia jejuniis beati Pro-
„phetæ vacantes ſilentium ſæpius commenda-
„bant, æſtimant aliquid, obſervare Pytha-
„goricam vanitatem potius, quam Prophe-
„tarum, cœleſtem vitam, & ſapientiam ſequi
„properantes.

AQUARII.

Aquarii. 49. „Aquarii ſic dicti ſunt, qui in Sacra-
„mentis cœleſtibus offerunt tan-
„tum aquam, non illud, quod Eccleſia Ca-
„tholica & Apoſtolica facere conſuevit.

HÆRESIS DE PROPHETIS.

Hæreſis de Prophetis. 50. „Sunt nonnulli, qui prophetas quoti-
„die afferunt, & prophetias fieri
„prædicant, ignorantes *legem & Prophetas*
„*usque ad Joannem fuiſſe Baptiſtam. Matth.* 11.
„*v.* 13. Finemque legis & Prophetarum in
„Chriſti præſentia completum eſſe atque con-
„ſummatum.

COLLUTHIANI.

51. „Colluthiani a Collutho quodam ita
„dicti ſunt in Ægypto, qui di-
„cunt, Dominum malorum non eſſe facto-
„rem: contra autem alter quidam opponebat
„dicens: Dominum malorum eſſe factorem.
„Qui

„Qui & ipſe erat hæreticus pariter, & dum „utrique contentione ferrentur inani, neſcie„runt potentiam rationis. Scriptura enim „Deum facere bona & mala prædicavit, „cum dicat propheta: *Ego ſum Dominus*, „*qui facio pacem*, & *creo mala. Iſ.* 44. *v.* 7. „Sed mala iſta non natura eſſe a Deo facta „dicit Scriptura, ſed cauſis exiſtentibus ho„minum, ſcilicet in lege peccantium Domi„no, quæ ſunt tentationes, perſecutiones, „diverſæque anguſtiæ, quæ Deo permittente „inſurgunt peccantibus. *Amos* 3. *v.* 6. Non „autem feciſſe malam Deum naturam dicit „Scriptura: *Omnia erant valde bona, quæ* „*fecit Deus. Gen.* 1. *v.* 31. Quæ ergo pu„tantur hominibus in coercitione mala, hæc „eruditionis & utilitatis ſunt plena, quæ „hominum perverſa voluntas pati meretur, „non tamen ſine emolumento hæc humano „generi fieri permittuntur: juſtus enim in „tribulatione ſuſtinendo juſtior comprobatur, „peccator autem aut peccare deſinit emen„datus, aut perſeverans de mundo tollitur, „ne amplius vivens amplius delinquere vi„deatur.

DE MUNDO HÆRESIS.

52. „Alia eſt hæreſis, quæ dicit, mun„dum non mutari, ſed in eodem „ſtatu ſemper manere, etiam poſt Domini „noſtri Chriſti de cœlis præſentiam, cum ipſe „dicat: *Omnia tranſibunt*, & *mutabuntur*. „*Matth.* 24. *v.* 35. Hoc autem non intelli„gunt

„gunt mutationis cauſa elementorum dictum „fuiſſe a Domino, ut his mutatis a nova „Creatura reformetur, quod & David do„cet: *Ipſi peribunt, tu autem ipſe es in æter„num. Pſ.* 101. *v.* 27. Et, *ego facio cœlum „novum & terram novam. Iſ.* 65. *v.* 17. Re„ſtauranda potius ergo non pereunda an„nuntiat elementa. Tranſeuntia ergo erunt „elementa ad majorem gloriam, inque ea „permanſura cum hominibus, quamvis & „ad nihilum poſſit adducere, qui fecit om„nia Dominus; ſed in hoc eſt eminens Chri„ſti majeſtas & potentia, quod ad gloriam „majorem eadem elementa tranſire permit„tat: nam & Apoſtolus elementa hæc li„queſcere, & ad nihilum venire nuntiat pa„riter, & prophetat. 2. *Petri* 3. *v.* 10.

EXCALCEATI.

Excalceati. 53. „Excalceatorum eſt Hæreſis, quæ ex„calceatos homines, ambulare de„bere aſſerit, quia ſub Moſe dictum eſt: „*Solve calceamenta tua. Ex.* 3. *v.* 5. Et quod „Iſaias ita ambulaverit tribus annis, quæ „magis humanæ ac vanæ ſuperſtitionis ſunt, „non traditionis Sanctorum ac Domini no„ſtri Jeſu Chriſti juſſionis & imperii.

NOVATIANI.

Novatiani. 54. „Novatiani ſurrexerunt poſt perſecu„tionem poſtremam a Novato quo„dam, qui vetus & novum Teſtamentum re„cipiunt;

iunt; in perſecutione autem, quia lapſi
nt multi fideles, & in pœnitentiam ſu-
epti ſunt a Catholica Eccleſia, irati No-
tiani & ſuperbia ducti vanam doctrinam
minarunt dicentes, non eſſe fidei poſt
aptismum locum pœnitentiæ, cum tamen
eus per prophetam clamet: *Vivo ego di-*
Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed
agis ut convertatur, & vivat. Ezech. 33.
11. Si autem dixerint, de his, qui bap-
zandi ſunt, dixiſſe Scripturam, non vero
fidelibus, audiant Salvatorem poſt Bap-
smum aquæ dicentem de Baptismo alio,
enitentiæ ſcilicet paſſionis ita: ***Baptismo***
beo baptizari, & quam feſtino, ut ſi fi-
retur. Luc. 12. *v.* 50. Oſtendens poſt
aptismum aquæ aliud paſſionis pœniten-
e labentibus concedendum & a Domino
ibuendum: ut proviſor enim omnipotens
ccantibus concedit per pœnitentiam, ut
ii lapſus eſt, ſurgens iterum ac pugnans
que ea perſeverans ſperet, ſe poſſe a Do-
ino deſiderandam victoriam adipiſci: in
hriſto enim & ejus clementia & bonitas
opter peccantes, & pœnitentes abundat
otidie, ut Paulus teſtatus de illis eſt,
ii peccati cauſa non egerant pœniten-
am, *quis infirmatur; & ego non infirmor?*
Cor. 11. *v.* 29. Et Petrus Apoſtolus Si-
oni mago dixit: *Age pœnitentiam, ſi quo-*
odo dimittatur tibi, quod feciſti. Act. 8.
22. Et Paulus, quem abjecerat, eum
ſcipi poſt tempus iterum jubet.

MON-

MONTANISTÆ.

Montaniſtæ & Donatiani. 55. „Montaniſtæ ſunt, qui rebapti„ſiquos ſeduxerint homines „ſupra Baptiſmum Eccleſiæ Catholicæ „ſuum Baptisma promittunt, qui & I„tiani dicuntur, a quodam Donato in A„conſtituto, qui hanc hæreſin ſeminavit „& Parmeniani nunc appellantur a P„nione quodam, qui eorum nuper ſu„erroribus.

ABSTINENTES.

Abſtinentes. 56. „Sunt in Galliis, & Hiſpaniis, & A„tania veluti abſtinentes, q„Gnoſticorum, & Manichæorum ca„pernitioſiſſima ſequuntur, eademque „dubitant prædicare, ſeparantes perſua„bus conjugia hominum, & eſcarum „nentiam promittentes; quia non ex „præcepto, ſed promotionis cœleſtis & „nitatis cauſa voluntati hominum talis a „ſto conceſſa eſt gratia: *Non* enim „*capiunt hoc Verbum. Matth.* 19. *v.* 11. „iterum Dominus ait: *Qui dimiſerit ux„ſuam ſine cauſa criminis, facit eam mæ„Ib. v.* 9. Et iterum: *Qui non mand„manducantem non ſpernat. Rom.* 14. „Quod ergo extra legem eſt, non a Ch„eſt traditum, ſed inani hominum error„ventum, qui hoc ideo faciunt, ut „paulatim ſpernentes dicant, eas non „bonas, ſed a diabolo factas, perque „mendacium multorum animas captivat

CIRCUITORES.

57. „In Africa ſunt, qui circuitores dicun- *Circuitores.*
„tur: hi circumeunt terras, & quos
„inveniunt in via, cogunt eos, ut interſician-
„tur ab illis, dicentes, ſe deſiderare pati
„martyrium, & ſub cauſa hac multi latro-
„cinantur interdum. Quidam autem ex his
„velut biothanati moriuntur, ſeſe dantes ad
„præcipitium, diverſumque ſubeunt calami-
„tatis interitum, qui, cum ſine cauſa perire
„ita properant, honeſtæ mortis ſuſtinent de-
„trimenta, & judicio Dei futuro ſe potius
„implicant, quam ſolvunt.

HÆRESIS
DE CIBO, ET SPIRITU SANCTO.

58. „Nec deſunt, qui cum hominibus non *Hæreſis de cibo.*
„ſumunt eſcas, putantes ſe melius
„quid facere, quia & prophetæ hoc fa-
„ciebant, ignorantes diverſam œconomiam
„Chriſti Domini eſſe ſtatutam hominibus.
„Hi de Patre, & Filio bene ſentiunt, de
„Spiritu autem non recte accipiunt, crea-
„tum credentes eſſe Sanctum Spiritum, non
„Deum, ſicut Eccleſia Catholica prædicat.

HÆRESIS
ALIA DE PASCHATE.

59. „Alia eſt Hæreſis, quæ aſſerit, cum *De Paſchate.*
„Judæis debere fieri Paſcha. Iſti
„in Galatia, & Syria, & Phrygia commo-
„ran-

„rantur, & Hieroſolymis, & cum Judæos
„ſequantur, ſimili cum eis errore depereunt.

APOCRYPHI.

Apocriphi.

60. „Alia eſt Hæreſis Apocrypha ſeu ſe„creta dicta, quæ ſolum Prophe„tas, & Apoſtolos accipit, non Scripturas „canonicas, id eſt, legem & Prophetas, „vetus ſcilicet & novum Teſtamentum; & „cum volunt ſolum illa Apocrypha legere, „contraria Scripturis canonicis ſentiunt, e „quibus ſunt maxime Manichæi, Gnoſtici, „Nicolaitæ, Valentiniani, & alii, qui Apo„crypha Prophetarum & Apoſtolorum, id „eſt, actus ſeparatos habentes, canonicas „legere Scripturas contemnunt. Propter „quod ſtatutum eſt ab Apoſtolis, & eorum „ſucceſſoribus, non aliud in Eccleſia Catho„lica legi debere, niſi legem & Prophetas, „& Evangelia, & Actus Apoſtolorum, & „Pauli tredecim Epiſtolas, & ſeptem alias, „Petri duas, Joannis tres, Judæ unam & „unam Jacobi. Scripturæ autem abſcondi„tæ, id eſt, Apocrypha, & ſi legi debent „morum cauſa a perfectis, non ab omnibus „debent: quia non intelligentes multa addi„derunt, quæ voluerunt hæretici. Nam Ma„nichæi beati Andreæ Apoſtoli Apocrypha, id „eſt, actus legunt, quos fecit veniens de Ponto „in Græciam, quos conſcripſerunt diſcipuli „ſequentes Apoſtolum: unde & habent Ma„nichæi & alii tales Andreæ beati, & Joan„nis Evangeliſtæ actus, & beati Petri Apo„ſtoli,

Catalogus & canon S. S. Librorum.

olt, in quibus, quia ſigna fecerunt mag-
a, ita ut & pecudes & canes loqueren-
ur, etiam & animas hominum tales ve-
it canum hæretici putaverunt.

HÆRESIS
IORUMDAM DE EPISTOLA PAULI AD HEBRÆOS.

„Sunt alii quoque, qui Epiſtolam Pauli „ad Hebræos non aſſerunt eſſe ip-is, ſed dicunt, aut Barnabæ eſſe Apo-oli, aut Clementis de urbe Roma Epi-opi; alii autem Lucæ Evangeliſtæ ajunt, el Epiſtolam ad Laodicenſes ſcriptam: & uia addiderunt in ea quædam non bene ntientes, inde non legitur in Eccleſia opulo. At quia rhetorice ſcripſit Paulus ermone plauſibili, inde non putant eſſe usdem Apoſtoli; & quia factum Chriſtum icit in ea, inde non legitur: de pœniten-a autem propter Novatianos æque. Cum go factum dicit Chriſtum, corpore non ivinitate dicit factum, cum doceat ibi-em, quod divinæ ſit & paternæ ſubſtan-æ filius. *Hebr.* 1. *v.* 3. Pœnitudinem tiam non excludit, ſed diverſum gradum ignitatis oſtendit inter hunc, qui ſe inte-rum cuſtodivit, & illum, qui peccavit. Dignitatis eſt igitur detrimentum, non ſa-itis: nam ſi fortiter quis pugnaverit per artyrium, recipiet priſtinam dignitatem, ut ſi condigne in hoc ſæculo vixerit, impe-rat, quod deſiderat adipiſci. Nam & in ipſa

De Epiſtola ad Hebræos.

„Epiſtola rebaptizatores excludit, non autem „Baptiſmum pœnitentiæ abnegat, imo vero „pœnitentes bonis operibus inhærentes laudat, dicens per prophetam: *Non ero me-„mor malorum ejus, ſed bonorum potius, ſi „jam in bonis permanſerit operibus. Ezech.* 33. „*v.* 16.

MELITIANI.

Melitiani. 62. „Melitiani ſunt a Melitio quodam in „Ægypto, qui de parte fuerat „Ariana, & abjectus eſt ab Eccleſia Catho-„lica, qui poſtea quaſi verum ſequendo ſu-„ſceptus eſt, & diſcipuli ejus cum eo pa-„riter: atque iterum indifferenter poſt hæc „agere cupientes communicabant & hæreti-„cis, & Eccleſiæ Catholicæ; quorum cum „cognoviſſet indifferentiam, exſortes eos ſuæ „communionis fecit Eccleſia Catholica.

RHETORII.

Rhetorii. 63. „Alii ſunt in Ægypto & Alexandria „a Rhetorio quodam, qui omnes „laudabat Hæreſes, dicens omnes bene ſen-„tire, & neminem errare. Si itaque om-„nes laudabat, quem vituperabat? Ergo „non tenet, quod verum eſt, & Photinus „etiam laudandus eſt hæreticus, qui Chri-„ſtum Dominum negat eſſe ante ſæcula cum „Patre, & omnis Hæreſis, quæ blaſphe-„mat, aut in Patrem, aut in Spiritum San-„ctum, cum tamen Chriſtus dicat, non di-„mitti hominibus blaſphemiam in Spiritum

„San-

„Sanctum blaſphemantibus, & perſeveranti-„bus, neque hic neque in futuro.

DE DIVINITATE CHRISTI HÆRESIS.

64. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit, Divini-„tatem doluiſſe, cum caro patere-„tur in cruce conjuncta Divinitati, errans „in eo, quod non ſolum divinitas pati non „poteſt naturaliter, ſed nec teneri nec videri. „Errant ergo, qui dicunt, divinitatem Chri-„ſti, aut doluiſſe, aut fleviſſe, aut ingemuiſſe; „paſſio enim Chriſti eſt carnalis naturaliter „non divinitate dolente. Paſſus itaque eſt „carne paſſibili, non divinitate naturaliter „impaſſibili, non abſente tamen divinitate, „ſed conjuncta cum corpore pariter propter „myſterium conſummationis antea definitum. *De divinitate Chriſti.*

HÆRESIS TRIFORMEM DEUM FACIENS.

65. „Eſt Hæreſis, quæ dicit, veluti trifor-„mem Deum eſſe, & compoſitum, „ut quædam pars Patris, quædam Filii, „quædam Spiritus Sancti ſit. Sed ignorat, „quod alter eſt, qui miſit, alter, qui miſ-„ſus eſt. Ergo eſt vera perſona Patris, quæ „miſit Filium, & eſt vera Perſona Filii, „quæ advenit de Patre, & eſt vera Perſona „Spiritus, quæ a Filio, & Patre miſſa eſt. „Trium itaque harum Perſonarum una eſt „ſubſtantiæ æqualitas & divinitas ſempiter- *Sabelliani.*

 „na;

„ignorans, quodſi majus elementum factum „eſt, id eſt, terra, quanto magis & minus, „id eſt, aqua, quæ continetur a terra. Hæc „itaque terra veluti de radicibus illius prio„ris cognoſcitur habere ſubſtantiam, quæ ſu„pra aquam conſiſtere juſſa eſt, & copioſa „generi humano exhibet alimenta.

HÆRESIS
DE IMAGINE DEI IN CORPORE HUMANO.

De imagine Dei in homine.

69. „Hæreſis quoque eſt, quæ dicit, ante „corpus hominis factum non ani„mam, & quod imago Dei ſit corpus non „anima hominis, cum dicat Scriptura: *Et „fecit Deus hominem, ad imaginem ſuam fecit „eum, maſculum & feminam fecit eos. Gen.* 1. „*v.* 27. Ignorantes quid dixerit propheta: „cum enim dixit: *Faciamus* promittit ſe fa„cturum, cumque dicit: *Fecit Deus*, jam „opus factum demonſtrat, & factam non „carnem, ſed animam, quæ rationalis eſt, „declaravit, quæ eſt organum illius. Ma„ſculum & feminam cum dicit Scriptura, „animæ dominantis & ſubjacentis declarat „indicium: & quod non corpora ſint ante „facta, non eſt ambiguum, cum caro Adæ „& mulieris poſtea facta ſit; nam dicit „Scriptura de Adam: *Et accepit Dominus „terram de limo, & plasmavit hominem, quem „fecit. Gen.* 2. *v.* 7. Vides ergo, quomodo „factum hominem, id eſt, animam ante „oſtendit rationabilem & immortalem eſſe „crea-

„creatam a Domino, quæ utique imago Dei „eſt appellata, terram autem de limo acceptam adjunctam animæ, id eſt, exteriorem „hominem corpus fragile die ſequenti oſten„dit plasmatum, ac immiſſo ſopore in Adam „Dominum de coſta ejus feciſſe mulierem „Scriptura teſtatur, & ut primum ſit ani„ma facta, id eſt, ſexto die, die autem „ſeptimo corpus de terra plasmatum Adæ. „Evidens ergo eſt ratio veritatis, quod & „beatus David dicebat, factam animam pri„mum, & ſic corpus plasmatum. *Pſ.* 118. „*v.* 7. *&* *Pſ.* 50. *v.* 11.

HÆRESIS
DE ANIMA HOMINIS INSPIRATA.

70. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit inſpira„tionem animam eſſe, non inſpi„rationem in animam datam fuiſſe, igno„rans, quodſi inſpiratio anima eſt, quomo„do Dominus beatis Apoſtolis habentibus „animam inſpiravit. Inſpiratio itaque non „eſt anima, ſed gratia dignitatis de divino „Spiritu a Deo Chriſto proveniens omnibus, „quam habentes & cuſtodientes adjectionem „cupiunt gratiarum, uti Apoſtoli & Pro„phetæ & omnes juſti: injuſti autem, ne„gligentes ac contemnentes amittunt tan„tum meritum dignitatis. *Anima hominis inſpirata.*

HÆRESIS
DE ANIMA, ET INTELLECTU HOMINIS.

Anima de cœlo non venit. 71. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit, hominis „animam non factam a Deo ita „appellari animam, ſed antea intellectus „vocabatur, & erat in cœlo, poſtea autem, „quia terrena deſideravit, diſceſſiſſe eam de „cœlo, & ex eo eam animam nuncupatam „arbitrantur, ignorantes, quod a principio „facta a Deo & creata poſt angelos anima „eſt appellata a Domino, hocque nomen „proprietatis accepit a Deo, ut anima, non „intellectus vocaretur, dicente Scriptura: „*Anima ejus in bonis demorabitur. Pſ.* 24. *v.* 13.

GNOSTICORUM,
ET MANICHÆORUM HÆRESIS DE SERPENTIBUS, ET AVIBUS.

Bruta non ſunt rationalia. 72. „Eſt Hæreſis, quæ pecudes & ſerpen„tes, & aves rationabiles arbitra„tur eſſe ut homines ſicut Manichæi, & „Gnoſtici, & quidquid Poetæ & Philoſophi „Stoici ſuſpicantur, ignorantes, quod ho„mo rationabilis intellectum habeat animi „de Deo, id eſt, ſcire poſſe de Deo & cre„dere: ſenſum autem habet corporis cum „pecudibus, quæ ſenſum quidem corporis „habere poſſunt, intellectum autem animi „de Deo habere nullo modo poſſunt, aut „immor-

„immortalem ac rationabilem ut homo, qui „imago Dei eſt appellatus, dicente Scrip„tura: *Nolite fieri ſicut equus & mulus*, „*quibus non eſt intellectus. Pſ.* 31. *v.* 9. Sen„ſus itaque pecudum avium & ſerpentium „nobiscum communis eſt in corpore, intelle„ctus autem ſolummodo eſt hominum, id „eſt immortalis animæ potentia de Sancto „in eam infuſa Spiritu, quæ imago Dei eſt „appellata, quæ his omnibus imperat, re„git, ac poſſidet univerſa copioſe, ut ſcrip„tum eſt: *Dedi vobis omnia ſub poteſtate.* „*Gen.* 1. *v.* 29.

DE FALSIS PROPHETIS
HÆRESIS DEO OMNIA MALA ADSCRIBENS.

73. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit malos „reges, & pſeudoprophetas non „a ſua venire, & fieri voluntate, ſed a Dei „eos juſſione emitti, ignorans, quod non „a Deo illos fieri pſeudoprophetas aut ma„los reges Scripturæ annuntiant, ſed contra „Dei voluntatem ſua voluntate, & inimici „ſuggeſtione ſic eos advenire declarant, ut „Jamnes, & Mambres, de quibus Scriptura „ait: *Regnaverunt non per me, neque per* „*Spiritum meum. Oſee* 8. *v.* 4. Et de Pſeu„doprophetis ait: *Non illos mittebam, &* „*illi ibant in nomine meo prophetare. Jer.* 23. „*v.* 16. Non ſunt itaque a Deo Pſeudo„prophetæ miſſi, neque reges impii rece„den-

De falſis Prophetis.

„dentes a Domino, ſed etſi excitantur mali „contra malos, interdum dimittente Domino „hoc gignitur, ut a malis mali conſumantur. Boni enim ſuſtinentes perſecutionem, „& juſtitiam habentes apud Dominum recompenſationem magnam futuri expectant præmii: Mali autem ideo a malis, & non ſolum a bonis interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc ſæculo ex „parte puniatur.

DE TERRÆ MOTU
HÆRESIS.

De terræ motu. 74. „Terræ motum Hæreſis quædam non „Dei juſſione & indignatione fieri, „ſed (ſemper) ex natura ipſa elementorum opinatur, cum ignoret, quid dicat Scriptura: „*Qui conſpicit terram, & eam commovet terræ motu. Pſ.* 103. *v.* 32. Non attendentes „Dei potentiam, elementorum naturæ adſcribere audent potentiæ motionem, uti „quidam vani philoſophi. Quin etiam in „hujusmodi rebus indignatio Dei & potentia operatur, & ſuam commovet creaturam „converſionis cauſa & utilitatis, multorum „ſcilicet peccantium ac redeuntium ad Dominum Salvatorem & Creatorem.

HÆRESIS HERMIS TRISMEGISTI DE PECORIBUS, ET SYDERIBUS.

75. „Alia eſt Hæreſis, quæ ſecundum paganorum vanitatem Syderum diverſa nomina profitentur, ut Hermes ille Triſmegiſtus, & quidam Poetæ, qui Cometas & Pagonias, & Hyadas, hoedos & alia hujusmodi afferunt nomina, cum Scriptura pauca nomina Syderum nobis dixerit, ſcilicet *Plejades & Arcturum*, *Heſperum*, *& Auſtrum*, *& Oriona*, *& Luciferum*. *Job.* 9. *v.* 9. Hæc itaque pauca nomina legentes e Sacris Scripturis Poetæ poſtea falſique Philoſophi auſi ſunt alia plurima copulare, & impietatis ſemina Sæculo prædicare, ut ex his ſperare putarent etiam omnium Syderum aut plurimorum nomina poſſe comprehendi; cum omnium Syderum nomina non alter, niſi Deus Chriſtus, per quem fecit Pater univerſa, eis ſingula nomina vocaverit. *Pſ.* 146. v. 4. *De ſyderibus.*

DE VARIIS LINGUIS HÆRESIS.

76. „Eſt Hæreſis alia, quæ de lingua & linguis ambigit, cum Scriptura dicat & unam linguam & linguas. *Gen.* 11. *v.* 1. Si erat una, erat ante, quia pauci erant, ſive poſtea multæ, quia multi creverant jam nati homines in ſæculo, non „eſt *De variis linguis.*

„eſt adeo inutile hoc ſentire : poſt quintam „decimam enim generationem ab Adam uſque ad Heber 2700. anni ſunt, ſub quo „confuſio miſſa eſt linguarum propter peccatum, quod fecerant ædificantes turrim, ac „rebellantes. Habentes enim multarum linguarum ſcientiam non agnoſcebant datorem „Deum, adeoque hanc gratiam perdiderunt: „& quod ſine ſtudio ante omnibus donatum „fuerat, poſtea per ſtudium oblivione immiſſa a Deo vix diſcernere prævalebant „paucas linguas, ita ut tres quis aut quatuor eloqui valeret. Attamen omnem ſcientiam linguarum, quæ ante 2700. annos homines habebant, Apoſtolis rurſum poſt aſcenſionem ſuam Dominus per Spiritum Sanctum ſine labore conferebat. *Act.* 2. *v.* 4. „Ita ut audientes homines mirarentur de „gentibus, quod tantarum linguarum & ipſi „per fidem Chriſti ſcientiam haberent ſine „doctrina conceſſam.

HÆRESIS
DE NOMINE LINGUÆ.

De nomine linguæ. 77. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit nomen „linguæ de Judæis primum proceſſiſſe, alii de paganis, cum utrique ita „ſentientes errore non parvo decepti ſint: „homo enim rationis particeps factus fuit; „qui ergo loquebatur ratione, quomodo rationis alienus fuit? Plus ergo prius eſt, „rationis eſſe participem, quam nomen ſpeciale habere alicujus linguæ: ab Adam „enim

„enim usque ad Heber. 2700. anni tranſie-
„runt, & erat nomen linguæ omnium ho-
„minum unum, & una lingua; ex quo au-
„tem contra Dominum cogitaverunt, ſub-
„tracta eſt illis cœleſtis illa notitia lingua-
„rum; & Heber quidem Sanctus erat, quem
„voluit Deus hoc nomine nuncupari, ut ab
„eo, qui non conſenſerat ædificationi tur-
„ris rebellantium Hebræi nomine appella-
„rentur. Prior igitur Heber paganis & Ju-
„dæis ſui nominis primam hanc a Domino
„nuncupationem meruit impetrare.

HÆRESIS
DE ANNIS CHRISTI, ET TEMPORE DUBITANS.

78. „Putant quidam, quod, ex quo venit „Dominus, usque ad conſumma- *De annis Chriſti adventus ſecundi.*
„tionem ſæculi non plus nec minus fieri an-
„norum numerum niſi 365. usque ad Chri-
„ſti Domini iterum de cœlo divinam præ-
„ſentiam, quod contrarium invenitur: nam
„quadringentos jam plus annos tranſiſſe cog-
„noſcimus, ex quo venit Dominus. Pro-
„pheta itaque Iſaias dicens: *Annuntiate an-*
„*num acceptabilem Dei, & diem retributionis.*
„*Iſ.* 61. De anno illo dixit Salvatoris Do-
„mini, in quo docuit usque ad paſſionem
„& reſurrectionem, & aſcenſionem in cœ-
„lum, ſicuti & beatiſſimi tradiderunt non
„de 365. annis, ut quidam arbitrantur, ſed
„de anno illo poſt Baptismum, in quo præ-
„dicans

„dicans ſalutis myſteria reſerabat de lege
„pariter & prophetis, quæ olim dicta ſunt
„teſtando & conſummando.

DE CONSUMMATIONE SÆCULI.

De conſummatione ſæculi. 79. „Alia eſt Hæreſis, quæ conſummatio-
„nem ſæculi ſecundum temporum
„definitionem a Chriſto fuiſſe ſtatutam aſſe-
„rit, cum prophetæ nuntiaverint, circa
„500 annum fieri conſummationem ſæculi,
„& Dominum de cœlo iterum advenire, & Da-
„niel 70 ſeptimanas numeret. *Dan.* 9. *v.* 23.
„Hoc autem ſicuti antequam veniret Chri-
„ſtus in carnem completum eſt, ſic etiam
„idem numerus usque ad legem, quam ac-
„cepit Moyſes, & usque ad terræ promiſſæ
„introitum non ſatis longe a quingenteſimo
„annorum diſtare numero videtur. Hi vero an-
„ni etiam completi ſunt; unde ergo a præſen-
„tia Chriſti usque ad conſummationem ſæ-
„culi complendum annorum reperies nume-
„rum?

DE GIGANTIBUS TEMPORE NOE.

De gigantibus. 80. „Alia eſt Hæreſis, quæ de gigantibus
„aſſerit, quod Angeli miſcuerint
„ſe cum feminis ante diluvium, & inde na-
„tos eſſe gigantes ſuſpicatur; cum Nemrod
„non a Spiritu, id eſt, non ab angelo, ſed
„ab homine Chus filio Cham natus ſit, qui
„in

„in Scriptura primus gigas eſt appellatus „utpote venator fortis gigas dictus. *Gen.* 10. „*v.* 9. Homines itaque fuerunt fortes, & „a juventute rapaces contra naturam homi„num ſcelera perpetrantes, gigas enim per „etymologiam terræ monſtrum dicitur. Nam „ut ſcias gigantes ab hominum fuiſſe pro„genie editos, in regnorum libris habes. „2. *Reg.* 21. *v.* 20. Quos forma grandi, & „mole membrorum diffuſos & ingenti for„titudine de genere gigantum regnorum libri „nuntiarunt poſt 2300 annos diluvii, ſicut „& illum Goliath, quem ſolus David in „pugna dejecit. 1. *Reg.* 17. *v.* 7. Quod au„tem illi angeli de cœlo dejecti non ſint „humanæ naturæ ſimiles, non eſt dubium, „niſi ſolum quia nefanda ſuggerere præva„lent, ſuadentes contra ſanctos talia ſcelera „perpetrare. Siquis autem putaverit, an„gelos transformatos in carne ita peccaſſe, „violenta ratione decernit hiſtoriam, ſicuti „& paganorum & poetarum mendacia affe„runt, deos deasque transformatos nefan„da conjugia commiſiſſe. Gigas autem & „in bono accipitur virtutis cauſa: *Exulta„vit enim ut gigas ad currendam viam. Pſ.* 18. „*v.* 5. Quod in Chriſti divina præſentia pro„batum oſtenditur & conſummatum.

HÆRE-

HÆRESIS
DEO TRIBUENS PAGANITATEM ET OMNIA FACINORA.

Deus peccati non Author.

81. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit pag
„tatem a Deo inſtitutam no
„hominum malignitate, & ſuggeſtione
„mici vitiorum cauſa & facinorum gig
„dorum eſſe excogitatam. Sed quæ a
„inſtituta eſt, quomodo damnatur ab
„Nam quod ab Origine mundi Dei Pa
„& Filii, & Spiritus Sancti ſcientia nu
„ta ſit, non eſt dubium, cum enim in
„geneſis ſcriptum habeas: Et *dixit I*
„& *fecit Deus*: Et *faciamus hominem*
„Non angelo perſuaſore dixit, & in e
„libro geneſis habes adorandam Trinit
„nuntiatam, dicit enim: Et *pluit Do*
„*a Domino. Gen.* 19. *v.* 24. Et de S
„Spiritu: *Spiritus Dei ſuperferebatur*
„*aquam. Gen.* 1. *v.* 2. Poſtea vero vol
„hominum prava recedens a tanta ſci
„pietatis, cum idolorum mendaciis p
„rat inſervire, & turpiſſimæ vitæ ſe
„judicio damnationis obnoxia tenebatur
„ut prophetæ dicerent: *Sacrificans diis*
„*dicabitur. Exod.* 22. *v.* 20. Neque erg
„gelos adorari præcepit alicubi, neque
„menta, neque creaturam aliquam, r
„idola turpitudinis perpetrandæ cauſa a
„vis hominibus inventa, nam & ipſum
„men idoli ſpecies doli & prævaricati
„terpretatur. Trinitas itaque Chriſtiani

„ab Origine mundi prædicabatur, idolola-
„tria vero ab homine inſtituta eſt: *Quia*
„*amiſſum filium ſuum cum fleret quidam pa-*
„*ter, fecit imaginem eidem. Sap.* 14. *v.* 15.
„Atque ex eo tradita fuit poſteris, & di-
„verſa impietatis materia in humano genere
„pullulavit.

HÆRESIS
DE CHRISTIANIS TEMPORE ULTIMO VERBO DEI CREDENTIBUS.

82. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit Chriſtia- *Chriſtianorum antiquitas.*
„nos nuperrimos, & poſteriores
„Judæis & paganis fuiſſe creatos, ignorans,
„quod Judæis, & paganis natura priores
„creati ſunt & fide, vita & tempore & ſa-
„crificio, & converſatione. *Fide* quidem,
„quia ab Adam usque ad Moyſen tribus an-
„norum millibus & ſeptingentis omnes juſti
„Deum & Deum, Dominum colentes etiam
„Spiritum Sanctum veram nuntiabant Tri-
„nitatem; ita ut ipſam Trinitatem integram
„ab antiquis illis beatis poſſis cognoſcere,
„quod nobis poſtea etiam a Domino mani-
„feſtatum eſt: Cum enim dicit Scriptura:
„*Pluit Dominus a Domino. Gen.* 19. *v.* 24.
„Nonne Deum Patrem per Filium ſuum
„Chriſtum Deum cuncta mirabilia perfeciſſe
„declaravit? Quod ſciens David, Dominum
„Patrem, & Dominum Chriſtum id eſt,
„Verbum ejus & Sanctum Spiritum nuntia-
„bat, Trinitatem quidem Perſonarum, unius

„tamen majeſtatis & ſubſtantiæ docens: Et „Filium eſſe de Patre priore, & Spiritum „Sanctum eſſe proprie demonſtravit. (*Scili- „cet prioritate Originis*) dicens: *Verbo Do- „mini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus „omnis virtus eorum. Pſ.* 32. *v.* 6. Et alibi: „*Dixit Dominus Domino meo. Pſ.* 109. Ergo „fidei cauſa Chriſtianitatis temporalis non „eſt, ſed ante Judæos & paganos in lege „quidem ſtudentibus, & quærentibus erat „manifeſtata, non autem capientibus vox „Patris & omnipotentis ſcientia nuntiabatur „a ſanctis illis doctoribus & perfectis.

Vita etiam non alia priores illi ſancti „niſi hac in qua nos vivimus utebantur: uſ- „que ad Abraham enim non circumciſio- „nem habentes, non ſacrificiis gaudentes „Deo placebant, & juſti in omnibus ab eo „nuntiabantur, dixit enim David: *Sacrifi- „cium Deo cor contribulatum. Pſ.* 50. *v.* 9. „Et quod ſacrificia antiqua Judæis indicta „temporalia ſolum fuerint, dicit Propheta: „*Ecce ego facio nova. Iſ.* 43. *v.* 19. Et: *Cir- „cumcidimini corda veſtra, & non corpora ve- „ſtra. Jer.* 4. *v.* 5. Quale autem quod Sa- „crificium Melchiſedech ſub Abraham obtu- „lerit ante 400. annos, quam Judæi nomi- „narentur prævidens myſterium Chriſtiani- „tatis? Nempe ut omnia, quæ in Chriſtia- „nitate ſunt, ab Origine mundi nuntiata & „in Chriſto completa cognoſcas.

„Nam

„Nam quod & caſtitas ſimilis fuerit in „Prophetis plurimis, non eſt dubium, ut in „Elia, Eliſæo, Daniele, Jeremia, Esdra, „tribus pueris, & aliis multis, ut in Chri„ſti præſentia & quod ſupra legem erat ante „nuntiatum ab eis cognoſceretur, & per le„gem conjugium erat ipſius firmaretur divina „ſententia, & voluntati hominum conceſſa „hæc gratia noſceretur. Ideo & Dominus „priores illos ſanctos ante legem nobis, & „nos illis prioribus ſecundum fidem juſti„tiæ copulabat.

DE CORPORE,

ET ANIMA HOMINIS HÆRESIS NOCENTISSIMA.

83. „Eſt Hæreſis, quæ dicit, naſci paga„nos naturaliter, non Chriſtianos; id eſt, rerum natura corpus & animam „hominis non a Deo per Chriſtum creari „quotidie, ſed per vanitatem paganam ita „progredi arbitrantur, cum ab Adam usque „ad Abraham, & poſtea usque ad Judam „non pagani fuerint, neque Judæi appellati, „ſed gentes a provinciarum nomine nuncu„pati, pagani autem poſt Judæos, ſive a pa„go, id eſt, loco, ſive a provincia dicti „ſunt, ſive a Pagano rege, quod verum „eſſe, ut ait Heſiodus Græcus Poeta, ma„nifeſtum eſt: qui paganus filius fuit Deu„calionis.

De creatione hominis.

DE ANNORUM MUNDI INCERTITUDINE HÆRESIS.

De annis mundi. 84. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit, incertum eſſe numerum annorum a „mundi Origine, & ignorare homines curricula temporum, cum ab Adam usque „ad diluvium decem ſint generationes, & „2242. anni: Et a diluvio usque ad confuſionem linguarum ſub Heber quinta ſit generatio, pene 600 anni, quando & nomina provinciarum diviſa ſunt veluti 72. linguarum. Exinde usque ad Abraham quinta eſt generatio anni 540. & ab Abraham „usque ad Moyſen ſeptem generationes anni 430, ut ait beatus Apoſtolus. *Gal.* 3. „*v.* 17. Et a Moyſe usque ad Samuel judicem 629. anni, & a Samuel & David usque ad captivitatem Judæorum in Perſida „anni pene 500. & a captivitate usque ad „Domini noſtri præſentiam anni pene 500. „& inde a Domino usque nunc anni 380. „vel 430. plus minus. Errant ergo nimium „qui generationem hominis aut paganæ impietati aut Judaicæ audent aſcribere vanitati, cum Judæum niſi dies octava ſuſceperit, Judæum non licet appellari nec „paganum, niſi deos vanos hominem feciſſe „putaverit. Ergo natura rerum Deo adſcribenda eſt, non alicui horum vanitati, ſed „ſuum potius per fidem agnoſcens Dominum & Creatorem.

HÆ-

HÆRESIS
DE SEPTEM PLANETIS.

85. „Habenda eſt & Hæreſis, quæ dicit „nomina dierum, Solis, Lunæ, „Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni „a Deo ita poſita eſſe ab Origine mundi, „non hominum vana præſumptione nuncu- „pata, cum a prima Origine usque ad Græ- „cos reges, & Hermen illum ſalaciſſimum „qui hæc nomina vaniſſima mentiendo au- „ſus eſt nuncupare, ſi quærere volueris, in- „venies multum fluxiſſe temporis, & ſic „paganos, id eſt Græcos, hæc nomina po- „ſuiſſe, cum etiam ſecundum ſtellas ſeptem „dixerint hominum generationem conſiſtere: „dierum autem numerus primus, ſecundus, „tertius, quartus, quintus, ſextus, ſepti- „mus a Deo appellatus eſt. *De ſeptem Planetis.*

DE ADAMO
E PARADISO EXPULSO.

86. „Eſt Hæreſis, quæ dicit, Adamum „e Paradiſo a Domino expulſum „fuiſſe invidiæ cauſa, quod Manichæi a malo „Deo factum eſſe dicunt. Sed non invi- „dens Deus repulit patrem noſtrum de pa- „radiſo, ut non ibi moraretur, ſed magis „conſulens in parvo peccanti non pepercit, „ne parcendo ad majora crimina prodeunte „ætate prolapſum criminali judicio amplius „eum condemnaret. *De Adamo paradiſo expulſo.*

DE MUNDIS INFINITIS HÆRESIS.

De mundis infinitis. 87. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit, mun-„dos eſſe infinitos, & innumerales „ſecundum philoſophorum quorumdam in-„anem ſententiam, cum Scriptura mundum „unum dixerit, & de uno docuerit.

HÆRESIS DE ADÆ, ET EVÆ CÆCITATE.

De cæcitate Adæ. 88. „Sunt quidam hæretici, qui Patrem „noſtrum Adam, & matrem no-„ſtram Hevam æſtimant cæcos ante fuiſſe, „quam guſtarent de arbore, & poſtea ape-„ruiſſe oculos, ac tunc, quod nudi eſſent, „pervidiſſe: cum tamen ante Scriptura di-„xerit, quod vidit etiam oculis ſuis arbo-„rem, & fructum ejus, & quia bona aſpe-„ctu, & ſuavis viſu, & extendens manum „guſtaverit. *Gen.* 3. *v.* 7. Hæreticorum eſt „itaque dementiæ & Judæorum cæcitatis, „hoc ita ſentire, cum modum non intelli-„gant nuditatis, hancque amiſſionem im-„mortalitatis in prævaricatione mandati nos „docuit, non corporis nuditatem.

DE TUNICIS PELLICEIS.

De tunicis pelliceis. 89. „Eſt Hæreſis, quæ cum audit *Gen.* 3. „*v.* 21. quod Dominus pelliceas „tunicas poſt prævaricationem noſtros pa-„ren-

ntes veſtierit, æſtimant, corpora tunc
mporis feciſſe, eosque ſic induiſſe, cum
men ſeptimo die Scriptura dixerit, ac-
piſſe Dominum terram de limo & plas-
aſſe eorum corpora, & mulieris carnem
costa Adæ perfeciſſe. *Gen.* 3. *v.* 21. Non
go hic corpora eorum pelliceas tunicas
intiabat, ſed de potentia divina dediſſe
s ſapientiam declarabat, ut facerent ſibi
rporum indumenta. Si autem quis vo-
erit accipere, quod Dominus fecerit eis
inicas, omnipotens fecit ex nihilo.

HÆRESIS
LPAM FILIORUM IN PARENTES TRANSFUNDENS.

„Eſt Hæreſis, quæ cum audit in Exo- *De culpa filiorum in parentes transfuſa.*
„do. *Cap.* 4. *v.* 25. Quod Moyſi
currerit angelus, eumque vellet interfi-
re, non ejus filium, qui nondum fue-
t circumciſus, non parvum hinc ſumit
andalum, ſi enim & ita eſt, quis vult
ntire, quod minas eis tendebat angelus,
ıia transactis octo diebus non circumci-
ſſent filium, in parva ætate conſtituto-
m culpa filiorum non eſt illorum, quan-
m parentum eorum: Unde cum intelli-
ret, quod culpa eſſet parentum, non in-
ntis: *Statim circumcidit puerum mater ejus.*
xod. 4. *v.* 24. Mortisque pœnam, quam
minabatur inferre omni modo remo-
erat.

HÆRESIS
DE LIBRO DEUTERONOMII.

De Deuteronomio.

91. „Sunt quidam, qui turbantur hæreti
„de Deuteronomio, in quo Mo
„ſes cum exiret de corpore, huncque li
„rum conſcriberet, de quatuor libris rep
„tendo, in quo veluti prioris legis firm
„menta decernit, Chriſtique carnalem pr
„ſentiam conteſtatur, non parvo ducunt
„errore, aliter ſentientes, nam quæ in l
„ge, id eſt, in Exodo ſcripta ſunt, ead
„& in ipſo libro continentur, ſolum aut
„hoc videtur plus ab eo dictum, quod a
„didit: *Prophetam vobis ſuſcitabit Domi*
„*Deus veſter de fratribus noſtris ſicut me*, a
„*dietis eum Deut.* 18. *v.* 15. *Erit aut*
„*ſiquis eum non audierit, radicitus eradic*
„*tur. v.* 19. Quidam enim putant, Deu
„ronomium dictum ab eo, quod & in i
„acceperit in monte iterum tabulas conſc
„tas lapideas, cum in Exodo bis cogno
„tur accepiſſe. Rationis eſt itaque, ut qu
„legis & gratiæ erat, manifeſtaretur
„Chriſto Domino, ut quod in lege per u
„bram celebratum in Chriſti carnali præſ
„tia diffuſa cœleſti gratia credentibus nu
„tiaretur, ipſoque in libro conſcriptum o
„nibus velut teſtimonio traderetur.

D

DE NUPTIARUM
GITIMARUM CONTEMTORIBUS.

„Quidam ſunt hæretici, qui cum au„diunt, David dixiſſe in quinquaſimo Pſalmo: *In iniquitate conceptus ſum, in peccato peperit me mater mea. Pſ.* 50. 7. Æſtimant ita dixiſſe Prophetam, iod jus nuptiarum legitimum iniquitatem e dicunt & peccatum, cum tamen. *Gen.* 1. 28. Dicatur: *Naſcimini & multiplicani, & implete terram.* Et: *Honorandæ ptiæ. Hebr.* 13. *v.* 4. Ergo ſi ita quis aſerit tot juſti in iniquitate concepti ſunt, m & in ventre ſanctificati ſint, uti Jemias, & S. Joannes Baptiſta. *Luc.* 1. 15. Sed ignorant, quod David non dirit de naturali generatione, ſed de transeſſione Adæ patris noſtri & Evæ, qui ſt transgreſſionem mandati pulſi de padiſo genuerant filios, & quaſi matrem nnium poſt iniquitatem transgreſſionis andati eam ſic concepiſſe, & peperiſſe cuerit, atque de eis nos omnes parturit. Igitur de parentibus habemus illis ioribus prævaricationis iniquitatem communem carnis, & generalem ex hæreditte prima deſcendentem in omnes, ut dit Apoſtolus: *Sicut per unum hominem ors introivit in omnes homines. Rom.* 5. 12. Quare jus conjugii a Deo promulitum laudatur quotidie ac benedicitur conete, nam & quod erat primum oſtendit iſtitia, & quod Chriſti gratia cæleſtis „cre-

Conjugium licitum.

Peccatum originale.

„credentibus erat allatura magnum gau
„nuntiavit dicens: *Siquis non regene*
„*fuerit ex aqua, & Spiritu, non intra*
„*regnum cælorum. Joan.* 3. Ideoque in
„dem Pſalmo præſcius futuri gaudii teſ
„eſt dicens: *Aſperges me hyſſopo & m*
„*bor, lavabis me, & ſuper nivem dealb*
„*Pſ.* 5. *v.* 8. Ut per eum nos etiam
„dentes in ſalutari Baptiſmo cum eo
„ter gratulemur.

DE DIVISIONE ORBIS HÆRESIS.

Diviſio orbis.

93. „Sunt quidam hæretici, qui de
„ſione orbis non recte ſentiunt,
„ſputantes, quod Græci, Ægyptii aut
„ſæ cæperint deſcribere orbem terræ
„verſum, non beatus Noe ſuis tribus
„poſt diluvium, nempe Sem, Cham &
„phet: Sem quidem Orientalia Indiæ,
„ſarum usque ad partem aliquam meridi
„occidentis, ſeptentrionis usque ad mon
„Libani, fineſque ibi ſuum primogeni
„habiturum fixa ſententia confirmavit. Cl
„etiam ſecundo Filio omnes Syrias,
„diœceſes Ægypti, Africæ, Æthiopum
„gentem latitudinem prope fines tenden
„oceani atque Hiſpaniarum cenſendo di
„buit, in medio autem usque Cappadoci
„id eſt, Tauri montem fines habere com
„ſit: Tertio autem Japhet nomine Cappa
„ciam ingredientibus, atque a Cilicia

„e

„euntibus loca Frigida, quæ ſunt Armeniæ, „Bosphori, Ponti, Thraciæ, Pannoniarum, „Illyrici, Italiæ, & Occidentis univerſas „partes juſſu divino ei ſtatuendo attribuit. „Et de primo quidem 25. vel 20. generatio„nes numerat deſcendiſſe; de ſecundo 35. „id eſt de Cham; de Japhet autem 15. tan„tum, & amplior optanda a beato Noe pro„mittebatur affutura dicente Scriptura: *Di„latet Dominus Japhet. Gen.* 9. *v.* 27. Et „*habitet tabernacula Sem.* Cui cum minori „filio minor numerus generationum reperie„batur conceſſus tunc temporis, major cre„ſcendo eidem numerus poſtea amplificaba„tur adventurus, quam duobus ejus fratri„bus ut & media & extrema loca, id eſt, „Chananæorum, Ægyptiorum, Afrorum, Per„ſarumque teneret imperia, de quo poſtea „Romani ſunt editi victores orbis & recto„res univerſarum gentium. Unde cognoſci„mus Romanos, Latinos, Italos de Japhet „genus deducere.

DE DILUVIO HÆRESIS.

94. „Eſt & Hæreſis, quæ dicit ſub Deu„calione, & Pyrrha diluvium fuiſſe „antiquius, quam quod ſub Noe factum eſt, „quod pagani transferentes mutatis nomi„nibus impio modo, & arcam velut in Græ„cia fuiſſe poſt diluvium aſſerunt, & quod „factum eſt in Theſſalia loco brevi, velut *De diluvio.*

„factum

„factum ubique in omni mundo a pa
„furacibus edocetur.

HÆRESIS.

DE SIGNIS ZODIACI, ET OR HOMINUM.

De ſignis Zodiaci. 95. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit, ſe
„dum duodecim Zodiaci ſigna
„ſci homines, ſicut Mathematici illi v
„ſimi, totiusque ſceleris aſſertores, hæ
„audientes interdum indocti quam pl
„lege Dei dimiſſa mathematicorum inſe
„non dubitant vanitatibus, nam igno
„quod Zodia iſta duodecim diverſa ſunt
„mata diverſæque regiones in orbe terr
„a Deo diſpoſitæ, ut inhabitentur, l
„rumque & tempora diverſa temperan
„ſtatuta ſint, ut calidum, frigidum;
„cum & humidum e quatuor anguli
„culi, e quibus cum veluti pleni qual
„fontes exuberant flatu reſpirantes in
„cem virtute inſita mixtioneque ſalubri
„ſtunt, & cum diffunditur ubique e
„mixtio amœna temperies ſalutis cuncti
„bitantibus ſubminiſtratur, & vita du
„& proſpera a Domino conceditur.

DE ANIMABUS SCELERATORUM.

De animabus impiorum. 96. „Nec deeſt Hæreſis, quæ dicit,
„mas ſceleratorum tranſire in
„mones, & pecudes, beſtias, & ſerpen
„i

ignorantes, quod anima hominis cum exierit de ſæculo ſive pia ſive impia ab Angelo ducitur in locum ſtatutum, ut in futurum percipiat: *Juxta quod geſſit in hoc corpore. 2. Cor.* 5. *v.* 10. Animæ itaque natura non vertitur in naturam alteram, ſed cum voluntate contemnit præceptum Dei pecudibus cognoſcitur comparanda non natura, ſed moribus, ut ſcriptum eſt. *Pſ.* 31. *v.* 9. Nam & Salvator Judæis cum diceret: *Vos de diabolo eſtis patre veſtro. Joan.* 8. Non natura, ſed ſceleratis moribus, & belluinis ſenſibus ſimiles arguendo manifeſtabat, & Joannes Judæis dixit: *Progenies viperarum. Matth.* 3. *v.* 7.

HÆRESIS
DE CHRISTI DESCENSU AD INFEROS.

De Chriſti deſcenſu ad inferos.

17. „Alii ſunt hæretici, qui dicunt Dominum in infernum deſcendiſſe, & omnibus ibi detentis renuntiaſſe, ut confitentes ſalvarentur: cum hoc ſit contrarium Prophetæ David dicenti: *In inferno quis confitebitur tibi. Pſ.* 6. *v.* 6. Sed & dicit: Remiſſius erit quibusdam, quam civitati illi, quæ non crediderit. *Matth.* 11. *v.* 22. Non tamen ſalvari illos affirmat. Cum ergo impii Dei hoſtes ſint ubique, quomodo poſt mortem confitentes ſalvabuntur? Cum Apoſtolus doceat omnem hominem poſt mortem judicari & recipe-

„re,

„re, prout geſſit in hoc ſæculo. In co
„paratione autem peccatorum diverſitas e
„pœnarum non plena abſolutio, ſed ſecu
„dum peccatum condigna repenſio.

HÆRESIS
DE ANIMA HOMINIS.

De anima hominis. 98. „Eſt & alia Hæreſis, quæ anim „ex elementis conſiſtere opinat „uti multi Philoſophi de igne, nunc „aqua, nunc de Spiritu, nunc de mate „nunc de fonte, nunc de atomis, nunc q „aera eſſe animam hominis ſuſpicantur, c „anima facta ſit a Domino ex nihilo, „imago Dei appellata poſt angelorum cr „tionem, minor enim eſt homo quam na „ra angelorum. *Pſ.* 8. *v.* 5. Si autem le „mandata ſervaverit, *erit ſicut angeli. Luc.* „*v.* 36.

DE CHRISTI NATIVITATE
HÆRESIS.

Chriſti duplex nativitas. 99. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit de S „vatore, quod primum fuerit ap „Patrem, & ſic natus ſit. Verum eſſe „te & poſtea noſci contrarium eſt modis o „nibus, & quamvis generatio ejus dup „ſit, una divinitatis ſempiterna, altera „corporationis per Virginem temporalis, „cundum divinitatem tamen neque de „aliquando eſſe cum Patre, neque ex

„metip

„metipſo erat, & non de Patre genitus. „Quare & genitum eum agnoſcamus de Pa„tre proprie hunc unicum Filium, non tamen „in tempore, ſed ante omnia ſæcula, cum„que Patre eum in perpetuum manere, & „ſemper manſiſſe. Non eſt ergo contrarie„tas, inter eſſe ſemper & fuiſſe, & geni„tum eſſe, nam ſemper eſſe propter ſempi„ternitatem dicitur, genitum autem dicit „pia fides quia non ex ſemetipſo ſed de Pa„tre natum cognoſcit Eccleſia. Siquis au„tem confitetur primum eſſe eum ingeni„tum, & ſic poſtea fuiſſe genitum de Patre, „ignorat, quid confitetur, cum enim putat „evadere hæreſin, incurrit in alteram pejo„rem, ingenitum Filium confitendo, imo „potius, & Patrem, & Filium denegando, „duoque ingenita prædicando, & unius Pa„tris ingeniti, & unius Filii Unigeniti pro„prie denegando veritatem.

HÆRESIS
DE INDURATIONE DEI.

100. „Sunt quidam hæretici, qui de Pha„raone ita arbitrantur dixiſſe Do„minum per Moyſen: *Indurans indurabo cor „Pharaonis ne dimittat vos. Exod.* 4. *v.* 21. „Et Apoſtolus ait: *Non eſt volentis, neque „currentis ſed miſerentis Dei. Rom.* 9. *v.* 16. „Sed hæc non definiens dicit Apoſtolus, „ſed diſputans, & docens, quod verum „eſt, *De induratione Dei.*

„eſt, ne ita Deum dixiſſe quis æſtimet: de„bet enim attendere quod ait Dominus: *Ut „oſtendam in te omnem virtutem meam.* Id eſt „bonitatem ſuſtinentiam, quæ utique om„nibus effuſa eſt in hoc ſæculo. Cum enim „tribularetur ipſe Pharao, invitus Domi„num cognoſcebat. *Exod.* 8. Cumque ite„rum dimittebatur a Deo, revertebatur ut „canis ad ſuum vomitum, ideoque corre„ctio humano generi ſalutaris eſt. *Pſ.* 118. „*v.* 71. Non itaque dicit beatus Apoſtolus, „ut non curramus, aut non velimus ſervire „Deo, ſed primum debemus currere noſtra „voluntate, deinde non cum præſumptione, „& jactantia, ac tunc demum ſperemus ſa„lutem ab ipſo Domino poſſe adipiſci. Unde „ſiquis dixerit poſſum eſſe Martyr, poſſum „eſſe Apoſtolus, & non dicit, ſi Deus Chri„ſtus voluerit, tentantis eſt hominis volun„tas hujusmodi, & præſumentis, non quæ„rentis, & ſupplicantis, ut tantam merea„tur conſequi dignitatem.

HÆRESIS
NEGANS DAVID CHRISTI PROPHETAM FUISSE.

David Propheta.

101. „Sunt quidam hæretici, ut Manichæi, „& Gnoſtici, & Nicolaitæ, & „alii, qui de beato David audent dicere, „quod Chriſti Propheta non fuerit, neque „doctor & commentator divinarum omnium „Scripturarum, ſed humanæ cantationis ac „ſæcularis rei Scriptor extiterit, cum tamen „cœle-

œleſtis gratiæ, & arcani ſalutaris Chriſti
ʼomini ipſe meruerit præ multis humano
eneri myſteria prædicare, cui etiam Chri-
us Dominus majorem conceſſit ſcientiam
icente Domino: *Inveni David filium Jeſ-*
ʼ, *hominem, qui faciat omnia, quæ ſunt*
ı *corde meo. Act.* 13. *v.* 22. Ut quod ante
icebatur, præſensque videbatur hæc cun-
:a breviter humano generi prædicarentur
b eodem tribusque in verſibus Pſalmi pri-
ıi omnem rerum virtutem exponeret, ve-
tatis præteritorum, inſtantium, & futu-
ɔrum, omnesque errores cujusque populi,
iverſaque facinora nuntiando, cum dicit:
ʼeatus vir, qui non abiit in conſilio impio-
ım, id eſt, paganorum; *& in via pec-*
ıtorum non ſtetit, quippe Judæorum; *Et*
cathedra peſtilentiæ non ſedit. Utique
æreticorum. Atque hinc quaſi ex fonti-
ıs diverſa Semina iniquitatis humano
eneri ad futura dejiceret, ut paganitate
ıdaismo, & omni hæreſi damnatis ſola
des vera Patris, & Filii, & Sancti Spiri-
ıs ab omnibus credita coleretur. Zelo
em divino ductus beatus David, cum
ideret homines dæmoniis immolare non
ʼeo in Jeruſalem quatuor choros poſuit
ſallentium, & arcam cuſtodientium, in
ıorum medio ipſe David pſallebat divi-
ım Chriſti præſentiam nuntiando populo,
eque ea re futura gaudia promittendo.
leoque & Poetæ aliique ſapientes, quod
oluerunt dicere imitando eumdem verſi-
ıs conati ſunt fingere.

DE PSALTERII INÆQUALITATE.

De auctore, & ordine Pſalmorum.

102. „Sunt alii hæretici, qui æſtimant totum librum Pſalterii non eſſe David, & cum hiſtoriam quærunt per ordinem, inveniunt inæqualitatem, id eſt, „ut noviſſima prima, & quæ prima noviſſima eſſe poſita videant. Nam in tertio „Pſalmo perſecutionem patitur a filio, & in „centeſimo plus contra allophilum Goliath „pugnaſſe differitur: & quamvis hæc ſpiritaliter de Chriſto intelligenda ſint, tamen „& hiſtoriam inquirentes de eodem Propheta non parum perturbantur. Quia vero & „poſt ſeptuaginta duos pſalmos defeciſſe „hymnos David dicit Scriptura, & poſtea „iterum ejusdem titulatio in multis pſalmis „nuntiatur, & de hoc quærunt, neſcientes „quod beato Regi, & Prophetæ diverſa „gaudia Pſalmorum recte a Domino impertita ſunt. De inæqualitate autem Pſalmorum ſecundum hiſtoriam auctores ſtudioſiſſimi hoc dixerunt, quod ſæpe exiſtente captivitate Judæorum Scripturæ divinæ „comburebantur, a gentibus, ſiquis autem „de Pſalmis abſcondiſſet aliquid, exiſtente „pace poſtmodum requirebantur a paucis ſanctis eædem divinæ Scripturæ, cumque invenirentur, accipientes eas ſapientes, & „ſacerdotes juxta quod accipiebant a quibusdam ita componebant textum Pſalmorum, „& ita ordine exponi jubebant. Sic ergo „ſecundum hiſtoriam inæqualitatis cauſa hæc „eſſe videtur, nam quod ſpiritalis in ipſa

„inæqua-

„inæqualitate Pſalmorum æqualitas ſit, Chri„ſti ſcientia cognoſcenda, manifeſtum eſt „ſtudioſis, ut quod eſt in primis, hoc ſit, „& in medio de Chriſto itidem, & quod „erat poſtea futurum de eodem ante di„ctum ſit ubique, nam *Chriſtus heri & ho„die, ipſe & in ſæcula ſæculorum. Hebr.* 13. „*v.* 8.

HÆRESIS
DE PECCATO CAIN.

103. „Sunt hæretici, contraria ſentientes „libro Geneſeos, quo dixit Do„minus ad Cain: *Peccaſti? quieſce; ad te „converſio tua, & tu ejus dominaberis. Gen.* 4. „*v.* 7. Illud enim: *Tu ipſius dominaberis*, „putant, quod dixerit ei: tu eris Dominus „fratris tui. Sed hoc eſt in omnibus con„trarium, ſi enim ita eſſet, quomodo da„bat in eum mortis ſententiam Dominus, „quod ſuum occiderat fratrem: ſed ſenſus „eſt: dominaberis cogitationis tuæ malæ, „quæ eſt in arbitrio tuo, aut projiciat de „corde ſuo malam cogitationem immiſſam „a diabolo, aut non projiciendo crimen in„currat perpetuum: Ut perſcrutatur enim „cordis hominis Deus occulta ipſius videns „arguebat, quod cogitaverat, & monebat, „ne faceret illud ſceleris, inque hoc viam „parricidii ſæculo ſeminaret. Ideoque pel„lendam cogitationem ex ſuggeſtione inimici „Dominus edocebat illico, ne cum diu ſit

De pecca-to Cain.

„in homine, ad perpetrandum facinus eum
„provocet proniorem.

DE CAIN PECCATO HÆRESIS QUARE DEUS VITAM EI CONCESSERIT.

104. „Eſt Hæreſis, quæ non recte intelligit de Cain quod poſt fratricidium commiſſum rogat Dominum, mori „potius quam dimitti, dicens, *major cauſa* „*eſt, ſi dimiſſus fuero & erit, omnis, qui invenerit me, interficiet me. Gen.* 4. *v.* 4. Sed „Dominus per eum unum omni humano „generi velut generalem docendo modum „per patientiam tribuebat bonitatis ſuæ indulgentiam copioſam, ut deſinente ſcelere „bonorum operum fructuoſitatem ſequerentur, & veniam obtinerent, *quia Deus non* „*vult mortem peccatoris, ſed ut revertatur, &* „*vivat. Ezech.* 33. *v.* 11. Unde cum ſui accuſator Cain fratricidium confiteretur, audire a Domino meruit, ut ſi fructus bonorum operum de cetero eum ſequeretur, „remiſſionem tanti ſceleris eſſet ſine dubio „accepturus, nullumque metum mortis ſibi „ab aliquo inferendæ ſuſpicaretur: inſuper „etiam & ſignum acceperat, ne ab aliquo „occideretur, eumque etiam ſeptem pœnas „perpeti, ſiquis hominum auſus fuiſſet in „eum manus injicere, cœleſti ſententia definitum eſt. Sed non invenimus in Cain „fructum bonorum pœnitentiæ fuiſſe, ſed de „genere illius omnem potius impietatem „pul-

„pullulaſſe, & cum malorum ſuorum pœ„nitudinem gerere noluiſſent, annuntiante „eis Noe perſeverantes in ſcelere diro mor„tis interitu per diluvium perierunt, excep„to octo animis tantummodo tunc tempo„ris, quæ de genere Sanctorum fuerunt „editi, qui meruerunt procellam ſoli tanti „periculi devitare.

DE STELLIS COELO INFIXIS.

105. „Eſt Hæreſis, quæ ſtellas infixas, *Stellarum motus.*
„putat eſſe in cœlo, nec in ve„ſperum juſſu divino procedere, ſtatutiſque „horis ſuo volumine curſum miniſteriumque „indictum agnoſcere, quod contrarium fidei „Catholicæ invenitur, ſi ita quis ſenſerit, „magiſque paganæ vanitatis, & Philoſopho„rum inanis ſententiæ, quam Chriſtianæ „ſcientiæ habere conſortium demonſtratur: „Scriptura enim omnipotentiam Dei ita edo„cet, ut in brevi e diverſis theſauris concur„rere atque diſcurrere ſydera nuntiaverit; „ornamentoque cœli, noctique ut lucis cau„ſa ex parte ſint, a Deo præſtita, diver„ſiſque horarum ſpatiis velut ad ſua loca „rurſum redire ſtatuta ſint, ut e quibus lo„cis exire jubentur quotidie, ad ea loca „reverti iterum præſidente angelo & com„pellente curſum debitum præterire nullo „modo poſſint: hincque effuſa Chriſti cle„mentia omni manifeſtaretur humano gene„ri, qui juſtis, & injuſtis parem conceſſe„rit gratiam bonitatis, in hoc mundo, &

„*ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos, &*
„*injuſtos. Matth.* 5. *v.* 45. Et *noverunt ſy-*
„*dera*, inquit, *theſauros ſuos, & curſum*
„*diſpoſitum quotidie. Baruch.* 3. *v.* 33.

HÆRESIS
VETERIS TESTAMENTI MULTA REPROBANS.

106. „Sunt quidam hæretici, qui de ve-
„teri Teſtamento multa reprobant,
„id eſt, Salomonis Eccleſiaſten paucis qui-
„dem conſcriptum ſententiis, omnem tamen
„theſaurum cœleſtis ſcientiæ quærentibus
„continentem, nam quod omnibus prioribus
„ſapientior ſit, ipſe Salvator teſtatus eſt.
„*Matth.* 12. *v.* 42. Cum legunt ergo *omnis*
„*vanitas*. Et deinde, quod ſolum hoc ſit
„a Deo, ſiquis manducet & bibat, & be-
„nefaciat animæ ſuæ, carnalem quidem vi-
„tam, hominum a Deo conceſſam in mul-
„tis divitiis nuntiavit, eſcam autem cœle-
„ſtem non prætermittebat Salomon, ſed
„gloriam, & eſcam Sanctorum hominum
„prædicabat; carnalem ſcilicet primam vitæ
„hominum in præſenti ſæculo, & poſt mor-
„tem cœleſtem illam, & angelicam digni-
„tatem juſtis adventuram, hancque carna-
„lem velut vanam, & temporalem vitam
„pereundam nuntiabat, ut umbram eſſe cog-
„noſcerent, vitamque corporis temporalem
„non multo poſt decidentem in comparatio-
„ne illius cœleſtis ac perpetuæ dignitatis
„non

„non ignorarent, de qua eſca ait & Pro„pheta: *Guſtate, & videte quia ſuavis eſt „Dominus. Pſ.* 33. *v.* 9.

DE CANTICI CANTICORUM LIBRO.

107. „Eſt Hæreſis, quæ de canticis Can„ticorum ambigit, ipſa æſtimans „non Spiritu divino, ſed humanarum rerum „cauſa ac voluptatum hominibus ab eodem „prædicata, cum cœleſtium rerum veritas „humanæ ſimilitudini comparata genus ho„minum docuerit. Chriſti namque divina in „carne præſentia omnes ita docebat, ut amo„re divino provocaret, monitione mulceret, „miſericordia commoveret, flecteret bonita„te, nam ut Deus oſtendebat, ut Pater mo„nebat, ut Paſtor paſcua demonſtrabat, ut „rex vincendo inimicum veſtigia ſequi oſten„debat, ut ſequentes ſuum fratrem, id eſt, „Dominum Chriſtum in carne advenientem, „in triumpho immortalis gloriæ, & cœleſtis „meriti cum eo pariter gratulemur: ideoque „& cantica dicta ſunt canticorum, ut quod „ante in lege umbratiliter dicebatur ex par„te, in loco Chriſti jam præſentia conſum„matione myſterii per paſſionem celebrata in „ſupplementum credentibus panderetur, ut „ceſſante umbra cœleſtis jam lucis veritas „omni ſæculo refulgeret, quæ corpus, & „animum hominis accenderet, & amore cœ„leſti ſenſum hominis excitaret. Qui ergo „vani homines concupiſcentiis carnis inſer- *De cantico Canticorum.*

„viunt, fingunt, aut poſſe ſentire, aut ſi „eis exponitur, contemnunt diſcere; legis„que nolentes virtutem agnoſcere non mi„nus Judæi vel pagani judicandi ſunt.

DE MANDATO ADÆ HÆRESIS.

De mandato Adæ. 108. „Alia eſt Hæreſis, quæ dicit, man„datum non eſſe accipiendum quod „Adam pater noſter acceperat, neque illud „virtutis aut utilitatis alicujus opinantur; „cum ſine mandato illo nec lex Moyſi poſ„ſit accipi, nec Chriſti agnoſci perpetua, „& effuſa gratia. Triplici enim virtute in „corpore conſtitutus omnis homo de lege „Divina docendus aut monendus inſtruitur, „ut in prima ætate ſub mandato ſit, ſecun„da ſub lege, tertia ſub gratia Salvatoris: „ideoque lex admonitio eſt potius propter „oblivionem mandati priſtini, quod pater „noſter Adam inprimis a Deo acceperat in „paradiſo, lex ergo admonitio mandati, & „confirmatio eſt primi illius. Ergo neque „mandatum ſine lege, nec lex ſine man„dato, & gratia Chriſti ſine lege, & man„dato accipi aut credi debet ab aliquo.

DE IMAGINE, ET SIMILITUDINE DEI IN HOMINE.

Imago Dei in homine. 109. „Sunt quidam hæretici, qui cum le„gunt Scripturam dicente Domi„no: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſi-*

„mili-

„*militudinem noſtram. Gen.* 1. *v.* 26. Non
„in parvam deſcendunt amentiam, cumque
„neſciunt, quid ſit imago Dei natura pro-
„prietatis, & quid ſit poſitionis gratia, non
„parvam ſibi præſumunt ſuperbiam dignita-
„tis: imago enim Dei, id eſt, anima om-
„nis hominis facta eſt ex nihilo, ſimilitudo
„autem in fide, & vita niſi cognita fuerit
„a Deo, appellari non poteſt Dei imago ſi-
„milis cumque ſe eſſe plus æſtimat aliquis,
„præſumtionis crimen incurrit potius, quam
„meritum dignitatis acquirit, cum enim
„peccans invenitur anima, quomodo Dei
„naturalis imago eſſe poteſt, cum nulla poſ-
„ſit eſſe naturalis Dei imago divina, & Pa-
„tris propria niſi Chriſti Dei Filii. Ideoque
„imaginem id eſt, animam hominum paga-
„norum Judæorum hæreticorum, & om-
„nium unius qualitatis naturæ Scripturæ
„ſubſtantiam nuntiavit, ſimilitudinem non
„omnium, ſed Sanctorum, & Chriſtiano-
„rum eſſe tantummodo declaravit, qui in
„fide, vita, & bono opere permanentes an-
„gelorum cœleſtia merita in futurum conſe-
„qui promittuntur, uti Patriarchæ, Pro-
„phetæ, Apoſtoli, Martyres. Similitudo
„quippe ex fide Sanctæ Trinitatis, & vita
„bona, & opere ſequenti ineſſe oſtenditur,
„ut exeuntes percipiant promiſſum conſor-
„tium angelicæ dignitatis, ut ait Joannes:
„*Tunc ſimiles ei erimus.* 1. *Joan.* 3. *v.* 2.
„Et Dominus: *Similes eſtote Patris veſtri.*
„*Matth.* 5. *v.* 48.

HÆ-

HÆRESIS
DEUM INCREPANS, QUOD DIVERSIS LINGUIS, ET MODIS HOMINES ALLOCUTUS SIT.

De variis loquendi modis Dei.

110. „Sunt quidam hæretici dicentes, cur „non Deus uno modo ſemper lo„cutus eſt, ſed diverſis modis, & linguis „humano generi prædicavit? Cum ſecundum „capacitatem hominum Deus ſit locutus, & „viſus hominibus: projecto itaque de para„diſo homine, morteque inducta non jam „apparebat ſicut antea, ſed loquebatur de „cœlo voce ipſius audita, & cuſtodita: pro„ceſſu autem temporis, & apparere digna„batur, uti Abrahæ & aliis per ordinem: „ſub Moyſe autem diverſis rebus apparens, „& quod erat timoris, & tremoris, in mon„te Sina demonſtrabat; poſteaque in figura „angeli, & in forma hominis in corporatio„nis ſuæ futuræ indiciis præcurrentibus ge„neralem clementiæ nuntiabat viſionem: de„nique in incorporatione apparens teſtaba„tur Judæis annuntians, quæ antea dixerat „per prophetas. Quia ergo diverſa erat ca„pacitas viſendi Dominum, ut bonus medi„cus, ſicut infirmitas exigebat, & diverſa „remedia hominum infirmitatibus confere„bat: ideoque languenti ſæculo in fine plus „contulit medicinæ, ut & illorum primo„rum virtus præpotens monſtraretur, & no„ſtri generis periculoſa infirmitas noſceretur.

DE

DE ANIMALIBUS QUATUOR IN PROPHETIS HÆRESIS NIMIS CRASSA.

III. „Alia eſt Hæreſis, quæ cum legit „quatuor animalia in Prophetis, „æſtimat, quod animalia diverſa forma „prædita Deum collaudaverint, ignorantes, „quod irrationabilia Deo laudem ut homi„nes referre non poſſunt, neque enim Deus „laudem pecudum quærit, quia non pecu„des ad imaginem Dei factæ, ſed homines „rationabiles a Deo ſunt creati, & ad hoc „poſiti. Sed quia viſio eſt prophetarum di„vino Spiritu prædicata, hinc Sanctorum „populorum quatuor virtutes diverſæ diver„ſaque certamina nuntiabantur, & Leonis, „vituli, hominis & aquilæ diverſæ doctrinæ „præcurrebant. Primum in Patriarchis re„galis auctoritas, in Prophetis cœleſtis ſci„entiæ fecunditas; in Sacerdotibus labor „fortis, & pertinax concertatio, in Apoſto„lis volatus ſublimis in cœlum, & eminens „dignitas monſtrabatur. *De quatuor animalibus.*

DE DIE EPIPHANIÆ.

12. „Sunt quidam dubitantes hæretici de „die Epiphaniorum Domini Salvatoris, qui celebratur octavo idus Januarias, „dicentes ſolum Natalem debere eos cele„brare Domini octavo calendas Januarias, „non vero diem Epiphaniorum, ignoran- *De Feſto Epiphaniæ.*

„tes,

„tes, quod ſub lege, & ſecundum eam Sal-„vator carnaliter omnia in ſe, & de ſe con-„ſummabat, ut & naſceretur VIII. calendas „Januarias, & appareret VI. Apparuit ma-„gis poſt duodecim dies in templo. Quare „pro noſtra ſalute, & annui dies feſtivitatis „majores iſti ſtatuti ſunt, quatuor primum „in quo natus eſt, deinde in quo apparuit, „id eſt XII. dies, poſtea in quo paſſus eſt „in Paſcha, in fine vero in quo aſcendit „in cœlum circa Pentecoſten, & hæc per „annum ſine intermiſſione celebremus gene-„raliter exultantes. Quidam autem dies „Epiphaniorum, Baptiſmi, alii transforma-„tionis, quæ in monte facta eſt, eſſe opi-„nantur.

DE LEVITICO MOYSI ERROR.

De Feſtis in Levitico.

113. „Alii ſunt hæretici, qui legis præ-„cepta per Moyſen dicta in Le-„vitico, & numerum feſtivitatum prætereunt „putantes, quod de Sabbatis ſolum, Pa-„ſcha & azymis Moyſes præceperit, & non „de octo feſtivitatibus quas Eccleſia Catho-„lica cognoſcit, & detinet: dicit enim Moy-„ſes primo de Neomenia & Sabbatis, ſe-„cundo de Paſcha, tertia de azymis; quar-„to de manipulis, quinto de tubicinatione, „quæ celebrant Judæi per annum ſolemni-„ter; ſexto autem jejunium; ſeptimo taber-„naculorum conſtructio, octava, quæ eſt „plenitudinis fructuum, & vindemiæ colla-„tio, & conſummatio, quæ omnia ſunt ple-

„na

„na ſalutis æternæ pignora in fide, & ope-
„re Chriſtianitatis conſummanda, nam etſi
„tunc Judæi jubebantur offerre diverſa mu-
„nera, ut recedentes ab idolis cognoſcerent,
„Deo offerenda eſſe omnia, attamen illa
„oblationis ſpiritalis habebant indicia, quæ
„in octava perfectione virtutum, id eſt, diei
„Dominicæ plenam fructuum gratiam in fide
„reſurrectionis Domini immortale præmium
„erant angelici homines adepturi. Octies
„enim offerentes dona annua, & octavi diei
„plenitudinem ſive Dominicæ cognoſcentes,
„divinique Spiritus accincti fortitudine de
„hoc exeuntes ſæculo reſurrectionis promiſ-
„ſam gloriam ſe poſſe conſequi non deſpe-
„rant, quod Dominus dignatus eſt dicere:
„*Tunc eritis ſicut angeli. Matth.* 22. *v.* 39.
„Juſtis omnibus, & perfectis hoc prædicans,
„quod & David dixit, *pro octava* annuntians.
„*Pſ.* 6. *&* 11.

HÆRESIS

SEPTUAGINTA DUORUM INTERPRETATIONEM RESPUENS.

114. „Sunt hæretici, qui ſicut Judæi ſep- *De*
„tuaginta duorum Sanctorum, & *LXXII.*
„ſapientiſſimorum virorum interpretationem *interpre-*
„reſpuentes Aquilæ cujusdam hominis Pon- *tatione.*
„tici, qui poſt annos multos interpretatus
„eſt, editionem ſuſcipiunt, qui cum quæ-
„dam prætermiſiſſe neceſſitate urgente tunc
„temporis cogerentur, diſſonantia putantur
„dicta-

„dictaſſe, & veluti plus a quibusdam Ju-
„dæis maxime intellexiſſe laudantur, cum
„de Patre, & Filio, non ſicut illi priores
„de lege dictaverint. Septuaginta enim duo
„dixerunt: *Adverſus Dominum, & adverſus*
„*Chriſtum ejus. Pſ. 2. v. 2.* Aquila autem:
„*Adverſus Dominum, & adverſum unctum ejus.*
„Et iterum: *Ecce virgo concipiet in utero,*
„*& pariet Filium*, ſeptuaginta duo dixerunt.
„*Iſ. 7. v. 14. Et nomen ejus nobiscum Deus.*
„Aquila autem dixit: *Ecce juvencula conci-*
„*piet, & pariet Filium, & nomen ejus po-*
„*tens cum hominibus.* Quæ ſi de Dei Filio
„accipiantur, recte intelligit, ſi autem de
„eo dubitat, abjicienda eſt talis editio, un-
„de Judæi non ſeptuaginta duorum inter-
„pretationes habent, qui de Patre, & Filio,
„& Spiritu Sancto bene ſentientes, unam
„ſubſtantiam, & divinitatem enuntiarunt,
„ſed illius Aquilæ, qui non ita recte ſentit
„de Filio Dei, ſed quaſi de Propheta nun-
„tiavit. Quare interpretationes ejus in me-
„dio librorum numquam ponuntur, ſed dex-
„træ levæque aſſignantur, & ut non plenæ
„veritatis a plurimis leguntur, ſeptuaginta
„vero duorum decreta legens Eccleſia Ca-
„tholica incunctanter detinet, eorum enim
„interpretatio ſub Ptolomæo rege Ægyptio-
„rum poſt Alexandrum Macedonem populo
„Judaico in Jeruſalem data eſt, qui rogatus
„eſt a Ptolomæo, ut interpretes mitteren-
„tur Alexandriam, quo cum veniſſent ſep-
„tuaginta duo ſapientes viri ſecundum juſ-
„ſum regis hebræam linguam Græco ſer-

„mone

„mone interpretati græcis litteris ediderunt:
„cumque ſuſcepiſſet eos Ptolemæus tentare
„volens, ſi eſſet eorum divina Scriptura,
„quam legebant Judæi, ſeparatim quem-
„quam juſſit includi in cubiculum, nullum-
„que videre alium niſi ſolem exceptorem di-
„ctantis, omniumque accipiens poſtea inter-
„pretationem quotidie, cum conſentientem
„in unum inveniret, editionem omnium juſ-
„ſit conſcribi, & poni in templum, ut ve-
„nientibus de Achaja, & aliis provinciis
„Philoſophis, poetis & hiſtoriographis cu-
„pientibus legendi copia non negaretur. Un-
„de argumenta ſumentes philoſophi, poetæ,
„oratores, & hiſtoriographi ad ſuæ paga-
„nitatis mendacia ſicut voluerunt, transtu-
„lerunt, aliisque nominibus rudes puerorum
„animos edocentes legem divinam irritam
„facere ſæculo properarunt.

HÆRESIS DE SEPTUAGINTA INTERPRETIBUS.

115. „Eſt Hæreſis, quæ iterum poſt Aqui- *De ii-dem.*
„lam triginta hominum interpre-
„tationem accipit non illorum beatiſſimorum
„ſeptuaginta duorum, quæ integre de Tri-
„nitate Sentientes Eccleſiæ Catholicæ fir-
„mamenta certiſſima tradiderunt interpretan-
„tes Scripturas. Iſti vero triginta in mul-
„tis Aquilam ſunt ſecuti, unde ab Eccleſia
„Catho-

„Catholica non ſuſcipitur eorum interpre-
„tatio.

ALIA DE EADEM RE.

116. „Eſt Hæreſis, quæ iterum ſex viro-
„rum interpretationem poſtea edi-
„tam vult ſequi, & non parvum errorem
„incurrit diverſa ſentiens de fide Catholica.

TERTIA DE EADEM RE.

117. „Sunt hæretici alii, qui Theodotio-
„nis, & Symmachi interpretatio-
„nem diverſo modo expoſitam ſequuntur,
„non illam beatiſſimorum priorum, quam
„Eccleſia Catholica colit, & prædicat.

HÆRESIS
DE LIBRIS VETERIS TESTAMENTI IN DOLIO INVENTIS.

De libris ſacris in dolio repertis.

118. „Eſt alia Hæreſis, quæ de dolio in-
„ventos libros poſt captivitatem,
„& incenſionem prolatos, & non conſen-
„tientes interpretationi primæ Sanctorum vi-
„rorum vult ſequi, cum Eccleſia Catholica
„ſeptuaginta duorum interpretationem legat,
„colat, & prædicet; alia autem contraria
„tantæ editioni contemnit, & abjicit.

HÆRE-

HÆRESIS
QUOD DIIS ALIENIS NON SIT MALEDICENDUM.

119. „Sunt quidam hæretici non intelli„gentes, quod dicit Scriptura: „*Diis alienis non maledices. Exod.* 22. *v.* 28. „putant de vanitate paganorum dixiſſe. Sed „cum Moyſes dicat: *Templa eorum deſtrue„tis, idola frangetis. Exod.* 24. *v.* 19. Abra„ham frangens idola juſtificatus eſt, & Elias „& alii, cum ergo dicit, diis non maledi„cendum alienis, vult, juſtis ab Origine „mundi veram pietatem colentibus, ange„lis & ſanctis non eſſe maledicendum, eo „quod Chriſti nuntii ſint, & hi ſunt dii, „ut Moyſes Pharaoni cum Scriptura cla„met: *Ego dixi dii eſtis. Pſ.* 81. *v.* 7. Uti„que qui Sanctam adorandamque Trinitatem „forti fide prædicant, & ut dii infidelium „dignoſcuntur. Quia ergo non credebant „Judæi juſtis Prophetis, alieni & iſti ſicut „pagani judicabantur a Domino per Scriptu„ram, & ita nuntiabatur, ne maledicerent „ſuis doctoribus, Prophetis, & aliis juſtis.

Diis alienis quomodo non maledicendum.

HÆRESIS
DE MELCHISEDECH SACERDOTE.

120. „Sunt quidam hæretici legentes in Ge„neſi. *Cap.* 14. *v.* 18. De Melchi„ſedech ſacerdote, & rege, qui erat in Sa„lem civitate ſub Abraham Patriarcha, de

„quo ait Scriptura, ſine *Patre*, *ſine matre* „*eum fuiſſe genitum*. *Hebr*. 7. *v*. 3. Verum „Scriptura non de carnali eum generatione „editum eſſe negavit, ſed de juſtis eum non „genitum parentibus declaravit, qui natu„rali ſtudio de mandato priſtino ad tantam „Chriſti pervenire meruit ſcientiam, ut quæ „a parentibus ſuis non audierat, proprio ta„men ſtudio majori Chriſti myſteria per man„datum (*ſeu revelationem divinam*) agnoſce„ret offerenda. Hic igitur beatus Melchi„ſedech, cum de alienigenis, id eſt, Cha„nanæis impiis fuiſſet editus, contemta im„pietate parentum, cum capax legis divinæ „eſſet, & ſuo ſtudio ut Dei imago, inqui„ſito Dei myſterio non ſolum cognoſcere „Chriſtum Dominum ante in mandato, in„ſuper etiam ejus cœleſte myſterium me„ruit intelligens celebrare. Duorum igitur „populorum Melchiſedech, & Abrahæ erat „tunc in unum ſocietatis conjunctio, ita ut „Melchiſedech perſonam Chriſtianorum ge„reret, & nos vivamus, & celebremur in „omnibus; Judæorum autem in figura Ab„rahæ circumciſio, Chriſti quippe fidei ſub„dita cœleſtique ejus ſalutari myſterio in„ſerviens, uti Abraham Sacerdoti Melchi„ſedech erat ſubditus, cui etiam decimas de „ſuis facultatibus offerre non dubitaret, ut „regi & ſacerdoti Dei: unde etiam nunc Ju„dæorum indocilitas nobis ſubjecta eſt, ſi „Chriſti myſteria a nobis ediſcere velit.

HÆRE-

HÆRESIS
DE ZACHARIA PROPHETA, DE JEJUNIO.

11. „Sunt quidam legentes in Zacharia, *De Jejunio.*
„quo dicit: *Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domui Iſrael in exultationem, & gaudium. Zach.* 8. *v.* 19. Quid ergo ſiquis omnem ſeptimanam, aut multos menſes jejunare voluerit, an in præjudicium incurſurus eſt? abſit: imo potius laudem habebit ampliorem, ſicut multi prophetæ fecerunt, & juſti plurimi quotidie faciunt, ſed cum dicit quatuor jejunia velut dies quatuor jejunandos decernit, ut myſteria Chriſtianitatis in ipſis quatuor jejuniis nuntiata cognoſceremus, nam per annum quatuor jejunia in Eccleſia celebrantur, in natali primum, deinde in Paſcha, tertium in Epiphania, quartum in Pentecoſte, nam in natali Salvatoris jejunandum eſt, deinde in paſchæ quadrageſima, atque in aſcenſione in cœlum, inde usque ad Pentecoſten diebus decem, quod fecerunt Apoſtoli poſt aſcenſionem jejuniis, & orationibus inſiſtentes. *Act.* 1. *v.* 14. Ut mererentur in Pentecoſte plenitudinem divini Spiritus conſequi. Alii dixerunt ſecundum quatuor tempora anni dixiſſe Scripturam. Alii de Noe dixerunt, quando audiit & credidit, deinde cum arcam confecit, poſtea cum intravit in eam,

„quarto quando exivit de arca: alii Judæo„rum dixiſſe Scripturam arbitrantur primum „quando populus per Moyſen audivit, & „credidit liberationem de Ægypto, deinde „quod exivit ex Ægypto; tertio quando le„gem accepit: quarto quod intravit in ter„ram promiſſionis. Alii dixerunt quatuor „jejunia ſunt Eccleſiæ iſta in quatuor libris „Moyſi, quia primum Deus fecit omnia, „& hominem in Geneſi; ſecundo in Exodo, „quod de tenebris liberatus exit omnis ho„mo credens in Chriſtum Deum: tertio, „quod in Levitico affert diverſa ſacrificia, „quæ ſunt Chriſtianitatis myſteria: quarto „quod poſt oblationem Spiritualium dono„rum in libro Numeri mereatur omnis fide„lis conſcribi. Hæc etiam jejunia in qua„tuor Evangelia nos oportet accipere de fide „Patriarcharum, de virtute Prophetarum, „de labore Sacerdotum, de certaminibus Apo„ſtolorum.

DE UXORIBUS, ET CONCUBINIS SALOMONIS.

De uxoribus Salomonis.

122. „Sunt hæretici, qui cum legunt in „Salomone *ſexaginta reginæ, & „octoginta concubinæ, & juvenculæ quarum nu„merus non eſt. Cant.* 6. Putant eum mulie„rum cauſa numerum edixiſſe, ignorantes, „quod hæc ab eodem ſunt nuntiata, quæ in „Chriſti majeſtate, & potentia diverſa gra„tiarum munera humano generi oſtendeban„tur adventura voluntati hominum, & ca„paci-

pacitati deſiderantium impertita, nam quod aliæ animæ ad regimina, aliæ ad conjunctionem, aliæ ad incrementum perfectioris ætatis in conjunctionem futuræ fidei Chriſti Domini vocentur, manifeſtum eſt: in cujus Chriſti præſentia triplex gratia reſplendet, ita ut alii perfecti, alii ſequentes, alii ſecuturi demonſtrentur, & alii in regnum, alii in paradiſum, alii in vitam, & remiſſionem peccatorum in futuro erunt deputandi, quod non negatur currentibus ac volentibus nunc ut oportet, diſſimulantibus autem, & non recte currentibus a Domino hæc non erunt conferenda.

E CIRCUMCISIONE CULTRIS LAPIDEIS.

23. „Eſt Hæreſis, quæ putat, quod Hieſus filius Nave populum Judæorum cultris lapideis circumciderit, quod nec rerum natura nec virtus nec ratio perſuadet, etſi ſecundum Dei potentiam impoſſibile non eſt, lapideis ergo cultris Judæi circumciduntur, ſi Verbo Dei, & Chriſti doctrina eorum mentes imbuantur, & doceantur de lege, & Prophetis, de fide Chriſti Domini Salvatoris, qui ſi crediderint, & ipſi ſalutis remedium accepturi ſunt; perſeverantes autem in duritia mentis lapideæ, æterno erunt judicio detinendi. *De cultris lapideis.*

DE SPIRAMINE, QUOD ADAM ACCEPIT.

De ſpiramine Adæ dato. 124. „Alia eſt Hæreſis, quæ ſpiramen, „quod accepit Adam, putat tan„tum eſſe, quantum eſt a Chriſto poſt re„ſurrectionem conceſſum Apoſtolis, cum ig„noret, quod ſpiramen eſt modicæ virtutis „aliqua gratia in audienda lege Dei multo„rum, primum Spiritus autem perfectionis „eſt plenitudo: Spiramen itaque datur ab „infantia, & catechumenis, Spiritus autem „in incremento doctrinæ, fideique & ſalu„taris Baptiſmi plena Dei gratia, ut ad ma„jorem poſſit ſcientiam pervenire: Ideoque „poſt Baptiſmum Spiritum ut Apoſtoli jam „non, ſed ſpiramen, accipit qui baptiza„tur in Trinitate: Commune enim eſt om„nium ſpiramen, Spiritus autem paucorum „eſt fidelium, credentium, & diſcentium, „& veluti ab honore ad honorem, & a glo„ria ad majorem gloriam cœleſtemque ſa„pientiam, & gratiam pervenientium, di„cente Apoſtolo, quod *a fide in fidem*, pro„cedimus, *& a gloria ad gloriam. Rom.* 1. „*v.* 17. *&* 2. *Cor.* 3. *v.* 18.

DE FUNICULO MENSORIO IN ZACHARIA PROPHETA.

De funiculo menſorio. 125. „Eſt Hæreſis, quæ cum audit in Za„charia Propheta de funiculo agri„menſorio, de quo & David edixerat. *Pſ.* 59. „*v.* 6. Quod angelus tenens ibat menſurare „Jeru-

„Jeruſalem. *Zach.* 2. v. 1. Æſtimat ſecun„dum litteram ita dixiſſe Scripturam, cum „non Jeruſalem metiri, ſed recte creden„tium paucorum electio nuntiabatur per an„gelum affutura. Ut dictum eſt: *Multi* „*vocati, pauci electi. Matth.* 20. *v.* 16. Jeru„ſalem ergo in funiculo agrimenſorio men„ſurabatur, id eſt, & ante ſub paucis, & „poſt fidem Chriſti paucorum Catholicæ fi„dei electio prædicabatur.

DE CIBO ELIÆ.

126. „Sunt quidam hæretici, qui de Elia „opinantur, quod ei corvi ſero carnes ad eſcam, & mane panes attule„rint, non attendentes, quod Sanctus Pro„pheta carnes non edebat aliquando, cujus „& cauſa tantæ dignitatis a Domino meruit „honorem adipiſci, ut in paradiſum rapere„tur ſublimis, ubi cum Sanctis omnibus col„locaretur.

De cibo Eliæ.

HÆRESIS DECERPTA EX ISAIA PROPHETA DE CHERUBIM, ET SERAPHIM.

127. „Eſt quoque Hæreſis, quæ cum legit „in Iſaia Propheta *Iſ.* 6. *v.* 2. „quod *Cherubim*, & *Seraphim*, animalia duo „ſex pennis prædita duabus faciem Dei, dua„bus pedes tegebant, & duabus clamabant „voce ſublimi Deum collaudantes nimium

De Cherubim, & Seraphim.

„conturbatur, cum tamen & ſecundum lit-
„teram, & ſecundum intellectibilem ratio-
„nem non parva ſit utilitas, & Chriſti re-
„ſonet cœleſtis ſcientia: ſecundum litteram
„enim primum Deum inviſibilem hæc Scrip-
„tura docet contra paganos, qui eum viſi-
„bilem, & compoſitum prædicant: Deinde
„etiam Judæorum futuri temporis in Chriſti
„præſentia incredulitas, & coopertio myſte-
„rii annuntianda erat, ſcilicet quod cæci-
„tate operti nec prophetæ, nec ipſi Domi-
„no erant poſtmodum credituri, cum miſ-
„ſus ad populum manifeſte prædicaret: *Au-
„re audietis, & oculo videbitis, & non in-
„tendetis. Iſ.* 6. *v.* 9. Id eſt Chriſti carna-
„lem præſentiam non erant agnituri, quia
„*velamen eſt usque hodie in cordibus eorumdem
„poſitum.* 2. *Cor.* 3. *v.* 15. Quod non revela-
„bitur, usquequo Chriſtum non crediderint
„Salvatorem. Quod autem duo animalia
„nuntiata ſunt, Cherubim, & Seraphim,
„lex ſcilicet, & Prophetæ teſtes Chriſti, &
„doctores ſæculi, non eſt ambiguum. Ve-
„labant autem faciem, & pedes Domini,
„ſive quia in parabolis, & ſimilitudinibus
„docebatur myſterium. *Matth.* 13. *v.* 35. Sex
„autem pennæ erant eis, & duabus quidem
„faciem, & duabus pedes cooperiebant, &
„duabus clamabant, quia nec altitudo nec
„profundum, nec longitudo nec latitudo Dei
„poteſt ab aliqua Creatura comprehendi,
„ſolum autem per fidem cognoſcitur. Cum
„vero tanta immenſitas Dei nuntiatur, dua-
„bus pennis, id eſt, a Cherubim, & Se-

„raphim,

„raphim, ſcilicet lege, & prophetis canitur „diu noctuque hic & in futuro. Cherubim „autem, & Seraphim quadriformia, id eſt, „Leonis, vituli, hominis, & aquilæ diver„ſa ſunt ſanctorum virtutumque certamina „Patriarcharum, & Prophetarum, Sacerdo„tum, & Apoſtolorum cum Martyribus ſo„ciata.

HÆRESIS
DE ISAIA PROPHETA, LABIA TACTA CARBONE.

128. „Sunt quidam, qui æſtimant, quod „Iſaias poſt confeſſionem populi „peccatoris ac precem, quam ſupplex ad „Deum effuderat, de Cherubim unus vene„rit miſſus a Deo ad prophetam, & acce„perit de forcipe carbonem, & tetigerit la„bia ipſius dicens: *Ecce jam mundatus es.* „*Iſ.* 6. *v.* 7. Putant autem de angelis unum „veniſſe ad eum, aut de animalibus forci„pe ignem accepiſſe, & mundaſſe prophe„tam, quod non eſt ſcientiæ ſalutaris; ſed „unus ex Seraphim miſſus eſt ad Iſaiam pro„phetam hanc Chriſti doctrinam annuntians „Salvatorem, quod erat adventurus in car„nem, ſpiritusque divini credentibus allatu„rus gratiam copioſam. Iſaias itaque de „prioribus prophetis acceperat gratiam for„tiorem, id eſt, divini Spiritus potentiam „ampliorem, ut Chriſti myſterium, id eſt, „incorporationis ipſius gratiam ſæculo nun„tiaret. Ignem etiam quod ait accepiſſe an„gelum,

Labia Iſaiæ carbone tacta.

„gelum, & purgaſſe ipſius labia, utique Di-
„vini Spiritus ei gratiam conceſſam a Do-
„mino oſtendebat. Uti ait: *Ignem veni mitte-*
„*re in mundum. Luc.* 12. *v.* 49. De forcipe
„autem, id eſt, de ferro, ſcilicet de divina
„potentia dicit, quod corpus Chriſti in ute-
„ro Sanctæ Virginis creatum eſt. *Luc.* 1.
„*v.* 35. In quo apparens corpore vinceret
„omnia, a nullo autem ſuperaretur, ſicut
„ferro omnia domantur. Porro duo anima-
„lia duo teſtamenta accipiuntur legis, & Pro-
„phetarum, aſtantia Domino, ſicut viderunt
„in monte Apoſtoli: Vel etiam duo anima-
„lia intelligenda ſunt mandatum primum,
„quod datum eſt, & ſpirituale poteſt intel-
„ligi, & quod Salvator non ſolvit, ſed po-
„tius confirmavit: ſecundum autem animal
„doctrinam Chriſti, id eſt, fidem ejus, &
„gratiam incorporationis, & teſtamenti paſ-
„ſionisque ejus, & reſurrectionis myſterium
„continebat: Unde lex litteræ in medio eſt
„poſita inter mandatum, & gratiam, quæ
„ſi intelligitur de Chriſto, conſentanea in
„multis accipitur, ſi autem in carnali juſti-
„ficatione quis Salvari putaverit, abjicien-
„da decernitur.

BEATI HIERONYMI
GRÆCI THEOLOGI
DIALOGUS
DE SANCTA TRINITATE INTER JUDÆUM, ET CHRISTIANUM INTERPRETE FED. MORELLO.

Monitum.

Pauca de Hieronymo Græco Theologo dicenda occurrunt: Ex antiquis unus pene Sanctus Joannes Damaſcenus eum memorat, & Presbyterum Jeroſolymitanum appellat, *orat.* 3. *de imag.* ſcripſit hic *Dialogum de Sancta Trinitate inter Judæum, & Chriſtianum*, eumque latine redditum primus in lucem protulit Pariſiis anno 1612. Federicus Morellus, qui etiam ante quatuordecim annos ibidem evulgaverat, ejusdem auctoris *commentarium de effectu Baptismi, & notis Chriſtiani.* Porro utrumque opuſculum paucis notum typis iterum commiſit Cygneæ Chriſtianus Daumius primo quidem anno 1677. poſtea vero anno 1680. Emendatiora demum pluribus in locis ope manuſcripti codicis Bibliothecæ Joanneæ Hamburgenſis exhibuit Albertus Fabricius *Bibl. Græcæ tom.* 8. *pag.* 376. „Quam editionem etiam „refert *Hieronymi Græci ſcripta.*

„refert Gallandius. *Tom.* 7. *Bibl. PP.* quia „vero Morelli editio non eſt integra quoad „dialogum de Trinitate, uti patet ex ſancto „Joanne Damaſceno, qui ex dicto dialogo „quædam allegat, quæ in eo nuſpiam le„guntur, fragmentum hoc idem Gallandius „poſt Fabricium opuſculis Beati Hieronymi „Græci ſubjecit, cujus dialogum Barthius „*adverſa. l.* 4. *cap.* 7. aureolum vocat inſig„nem, argutum & mire nervoſum, qui amiſ„ſus nullo non pretio reparari debeat.

ANALYSIS.

Myſterium S. S. Trinitatis incomprehenſibile.

„*Judæus.* Cum dicat Deus: *Videte, vi„dete, quod ego ſum, nec Deus eſt „præter me. Deut.* 32. *v.* 39. Quomodo vos „creditis, & adoratis Patrem, quem nos „Deum confitemur, & Filium, & Spiritum „Sanctum? Nam idololatrarum more, cum „tres deos doceatis, Deum legis auctorem „afficitis injuria.

„*Chriſtianus.* Tremendum eſt & incom„prehenſibile myſterium Deus, itaque non „una ſimilique oportet nos defenſione ad „quoslibet uti, ſed convenienter unicuique, „& decenter ad interrogatum reſpondere. Ad „te itaque Judæe, & ad circumciſos, qui „tecum unum Deum colunt, ita dicimus: „confiteris Judæe Deum unum cœli, & ter„ræ factorem?

„*Judæus.* Utique

„*Chri-*

„*Chriſtianus.* Et qualis eſt ille, quem „colis Deus, unde, aut ubi eſt, & quomo„do ſedet vel movetur, & quomodo loqui„tur & vivit, & videt, & tangit, & quo„modo comprehendit ipſius potentia?

„*Judæus.* Omnino incomprehenſibilis, „incontemplabilis, & inenarrabilis Deus eſt, „& Sapientia & vis, & Sermo, & Spiri„tus Dei.

„*Chriſtianus.* Et quomodo o ſtolide a me „petis, ut dicam tibi, quomodo generatio „contingat Dei, & quomodo Filium habeat „Deus, & quando & quomodo illum genue„rit, & quomodo Trinitas ſit Trinitas? Di„cito tu mihi ſi potes locum, & latitudi„nem, & longitudinem Dei, & dicam tibi „viciſſim, quando & quomodo genuerit Deus: „dic tu mihi qualis ſit Dei Sermo, & quo„modo illum Deus eloquitur, & ego tibi di„cam qua ratione ante luciferum ex utero „Filium generaverit. Si vero, & Sermo, „& Spiritus locusque, & altitudo, & pro„fundum, & thronus, & tempus Dei in„comprehenſibilia ſunt, evidens eſt, etiam „generationem ejus verbis explicari non poſ„ſe. Sed ut iterum te interrogem, te duræ „cervicis Judæe, quomodo noſter Sermo pro„fertur? Et ſi hoc dixeris mihi, rogabo vi„ciſſim te, numquid & labia corporalia, „& linguam, & dentes gutturque ex tua „Sententia Deus habeat, ut porro, & ipſe „ſit corporeus, & in loco, & viſibilis ac

„cir-

„circumſcriptus, & ſi hæc ita ſint, cre:
„quidquid enim corporeum, & circum
„tum eſt, creatum eſſe manifeſtum eſt;
„dic mihi audacule, quis ſit ille, qui
„ille, qui Deum condidit, & fecit? C
„prudentiſſimam cæcitatem! Rogatus
„a me quomodo Verbum Dei ſit, aut
„lis ſit Spiritus Dei locusve aut thronus
„fateris te minime ſcire, me vero jube
„cere, quomodo Deus ſit, ac generatio
„ac Filius: Tumultuaris, & ægre
„quod ajo, Deo eſſe Filium æternum,
„ctiſſimum, increatum, incomprehenſibil
„ſapientiſſimum, mundo priorem, ac
„mæ bonitatis. Et quomodo non mihi
„gis liceat tumultuari, quod tu, Ju
„impudens, Dei Filium appellas, *filius e*
„*Dei primogenitus Iſrael. Exod.* 4. *v.* 22.
„ſtulte obmurmurator, a Deo diſperſe,
„que repugnans, tu filium Dei te appel
„& ego quando Filium Dei nuncupo bo
„illum, & benefactorem, juſtum Salv
„rem fers ægre, & velut crimen impi
„mihi, & idololatram me appellas? (
„ita efferueſcis ira, & perturbaris qu
„Filium Dei audis? Tu unum non vis
„fiteri Filium Dei, & quomodo divina S
„tura, & David, ſive potius Sanctus
„ritus ait: dixi. *Dii eſtis atque filii o*
„*Altiſſimi. Pſ.* 81. *v.* 6. Si nudos hon
„& corruptibiles ac mortales admiſit I
„filios Dei, deosque nominari, quon
„tu unum ſine labe, & ſanctiſſimum
„Filium non ſuſcipis?

„*Ju*

„*Judæus.* Non ita, ut tu, filium Dei „æternum, & increatum Deus filium ſuum „eſſe Iſraelem affirmat, neque alios homi„nes, de quibus ait: dixi: *Dii eſtis atque* „*filii omnes altiſſimi.*

„*Chriſtianus.* Quales itaque Deus hoſce „deos filiosque Altiſſimi appellat?

„*Judæus.* Homines quosdam ita vocat „corruptibiles ac mortales, qui filiorum illi „veniunt nomine.

„*Chriſtianus.* Quantum igitur præſtat, „confiteri Deo unum eſſe Filium incorrup„tibilem, immortalem, Sanctum, ſine pec„cato, æternum, immutabilem, impaſſibi„lem, quam homines mortales, materiales, „corruptibiles, mutabiles, Dei filios appel„lare? Nam affirmare, quod Filium habet „Deus corruptionis expertem, & immorta„lem, alienumque a peccato, dignum Deo „eſt, & honor illi major, quam dicere, pri„mogenitum Dei eſſe Iſraelem populum il„lum ſtultum, & peccatis obſitum, viola„torem legis & impium; nam apud gentes „a fide alienas hoc etiam blaſphemiæ anſam „præbet, qui poſſunt objicere; quomodo ve„rus ille Deus eſt ſtolidæ prolis pater? *Filii Dei divinitas.*

„*Judæus.* Si Filium Deus habet, dicito „mihi, quomodo & quando illum genuerit.

„*Chri-*

„*Chriſtianus.* Non poſſum non confi
„quod Filium habet Deus, cum Sacra S
„tura ex perſona Dei, & Patris palam
„cat ad Filium: *Ex utero ante luciferum*
„*nui te. Pſ.* 109. *v.* 7. Et Filius viciſſim
„ſe ex Perſona Patris ait: *Dominus*
„*ad me, Filius meus es tu, ego hodie g*
„*te. Pſ.* 2. *v.* 7. Neque poſſum non c
„teri, quod Deus habet Spiritum Deo
„dicente: *Effundam de Spiritu meo in*
„*nem carnem. Joel.* 2. *v.* 28. Tamen
„ram ex te Judæe, qualem ais Spiritum
„eſſe? Num ejusmodi, qualis eſt hom
„ex ore, & naribus exeuntem, & exſp
„tum ac effuſum qui cerni poteſt, &
„parari?

„*Judæus.* Abſit hoc quidem, ſed
„Spiritum inviſibilem, Spiritum Sanctu
„Spiritum divinum, Spiritum verum, S
„ritum doctorem, Spiritum a Deo inſep
„bilem.

„*Chriſtianus.* Et quando fecit Deus
„eduxit Spiritum hunc, aut quando ill
„fecit conſiſtere?

„*Judæus.* Increatus eſt Spiritus Dei, p
„cipii expers, & incomprehenſibilis peri
„ut ipſe Deus.

Spiritus Sancti divinitas.

„*Chriſtianus.* En tu quoque evide
„convinceris duitatem adorare, Deum n
„pe, Deique Spiritum. Quemadmodum

„

„que tu non potes ediſſerere, unde vel quan„do aut quomodo Dei Spiritus cum Deo eſt, „ſed tantum edoctus ex ſacris litteris con„fiteris, & credis Deo eſſe Spiritum, ita & „ego Chriſtianus ſine curioſiore ſcrutatione „profiteor Filium, & Verbum Dei: ſi vero „deſideras a me, ut dicam, quando vel un„de, & quomodo Filium Deus habet, di„cito & tu prius mihi, quando & unde, & „quomodo Deus Spiritum habeat, tunc & „tibi exponam, quomodo ante omne prin„cipium Deus Filium genuerit; ſicut enim „tu Deum Deique Spiritum non dicis duos „Deos, ita nec ego Patrem, Filium, & „Spiritum Sanctum tres nuncupo Deos, ſed „quemadmodum ſol, ejusque calor & radio„rum vis ex uno progrediens tria nomina „ſunt, una ſolis ſubſtantia: Et ſicut anima „& ratio, & corpus hominis, non ſunt tres „homines: & ſicut unguis digiti cum oſſe „& carne non ſunt tres digiti: & velut ra„dix, & ramus, & folia non ſunt tres ar„bores: & ſicut oculus, & pupilla, ac lux „oculi non tres reddunt oculos: & ſicut „fons, & fluvius, & rivus ex fluvio proma„nans non ſunt triplices undæ; & ſicut in „rubo Moyſis erat Sermo, & flamma, & „qui loquebatur, & ſicut in camino trium „puerorum erat hymnus, & flamma, & ros, „unus vero caminus: & ſicut in numisma„te eſt aurum, & imago, & inſcriptio Im„peratoris, ſic & in Sacroſancta Trinitate „inconſuſa eſt unio in una trium Perſona„rum eſſentia, & divinitate.

„*Judæus*. Etiamſi Chriſtum confitear „Deum eſſe, Patri tamen conſubſtantialem „non auſim affirmare.

Conſubſtantialitas Filii.

„*Chriſtianus*. Si omninò eum recipis, ita „ut Deum confitearis noſces accurate, & „evidenter, quod ipſe te per Sacras Scrip„turas, & per Prophetas illuminábit, ſit„que Deus Filius æternus, non per relatio„nem ſicuti cæteri homines, ſed per natu„ram, ut lumen de lumine, & Deus ex „Deo; non enim ſicut Abraham, Iſaac, & „Jacob tres ſunt homines ex invicem diſtin„cti, ſic Patrem, & Filium, & Spiritum „Sanctum dicimus, neque ut tres lucernæ „diſtinctæ, aut tres ſeparatæ columnæ, ne„que ſicut Michael, & Gabriel ita invicem „ſejuncti ſunt Pater, & Filius, neque ſicut „Adam Abelem genuit, ita Deus genuit „Filium, ut ex ſe egrederetur, & efflueret „ſeminali, & corporali ratione, non enim „ſicut ego prior ſum filio meo májorque, ita „& Pater, & Deus eſt ante Filium, ſed ſi„mul Pater ſimul Filius, uti ſimul cum die „lux, & quemadmodum ſimul dies, ſol & „lux, ſic ſimul ſunt Pater, Filius & Spiri„tus. Nec dixeris: quomodo hæc? Sunt „enim ſupra modum: nec dixeris: qua ra„tione? Supra rationem enim Dei genera„tio: nec dicas: quo conſilio? Conſilio enim „ſuperius Dei Verbum: nec quæras: quo „tempore? Supra tempus enim, qui tempo„ris expers eſt, & æternus: nec dicas: quo„nam loco? Nam eſt ſupra locum: nec quæ-

„ras,

„ras, quonam principio? Super principium
„eſt carens principio principium. Adora
„Deum, ne ſcrutare Deum: confitere Pa-
„trem, ſed ne quæras divini naturam my-
„ſterii: crede in Filium, nec manibus pal-
„pare inſtitue modum æternæ generationis,
„nam myſterium ſi comprehenditur, non
„amplius myſterium eſt, quod vero myſte-
„rium non eſt, id non amplius miramur:
„Quanto magis igitur naturam Dei ſcruta-
„ris, tanto magis ignoratur, & occultatur,
„quo magis eum inſequeris, & exquiris,
„tanto minus comprehenditur: omnes quot-
„quot ſcrutari Deum aggreſſi ſunt, umbram
„comprehendere ſtuduerunt, & quotquot
„Dei naturam inſtituerunt perſpectam habe-
„re, ventos ſinu concludere voluerunt, qui-
„que exiſtimant, divinitatem ſe comprehen-
„dere, ſomnium amplectuntur, & qui ad
„profunda naturæ Dei viſi ſibi ſunt pene-
„traſſe, in hæreſes inciderunt, & qui Deum
„ſe ajunt aſſecutos, ne guttulam quidem ex
„univerſa abyſſo comprehenderunt, ſed um-
„bram perſecuti longe a Deo abſunt. Ita-
„que ideo fides nuncupatur, quod quisquis
„credit, neutiquam ſcrutatur Deum, ſicuti
„qui alieni a fide ſunt. Et quid dico Deum?
„Nam ne opera quidem a Deo condita poſ-
„ſunt ab hominibus facile intelligi; dicito
„enim tu mihi, qui naturam Dei perſpectam
„habere cupis, ubinam ſunt angeli, & qua-
„les, & quando facti ſunt, & unde con-
„ſtiterunt, & quare non cernuntur, & quæ-
„nam eſt ipſorum natura, & qualis figura

„ipſorum, & vox, & curſus? Nec de an„gelis ſolum ex te quæram, ſed & de cœlo. „Quæ eſt, dic mihi, ejus natura, quæ in „latum expanſio, quanta altitudo? Sed quid „cœleſtia dico? Deſcendamus in hæc ter„rena, in quibus vivimus, movemur & ſu„mus: quis clare novit propriæ naturam ani„mæ, qualis ſit, & quomodo cum corpore „obambulet, & qualis ejus forma, ubi & „unde conſiſtat, & quomodo a corpore ſe„paretur? deinde de corpore inquirendum, „quomodo conſiſtit, quomodo diſſolvitur, „quomodo iterum reſurgit, qua ratione in „reſurrectione colligitur, & in unum cum „anima reſtituitur? Nec vero hominis na„tura comprehendi non poteſt ab homine, „ſed nec quadrupedum, volucrium, & pi„ſcium: dicito enim mihi, qui divina ſcru„taris, quomodo mutorum animantium na„tura conſiſtit? Quomodo moriuntur, qui„bus anima rationalis non eſt? Quid ab il„lis mortis tempore ſeparatur? Si dixeris „mihi, animam ſubſtantialem non ſortitas „eſſe, ſed ſanguinem: at plurima animalia „moriuntur, ſanguine nullo effluente. Quo„modo vero piſces in aquis poſſunt reſpira„re, & in aquis non ſuffocantur: unde ve„ro animal ratione deſtitutum ſi cum ho„mine rationali proceſſerit, in via inter re„deundum in via minus errare quam homo „deprehenditur? Unde volucres, piſces, & „aliæ beſtiæ laqueos pedicasque venatorum „tranſiliunt. Et ut porro inſcitiam tuam „amplius cognoſcas, rogabo te & hoc: dic

„mihi,

ihi, qui incomprehenſibilem Deum noſſe
: curioſe ſcrutari profiteris, dic mihi, quæ
t ſubſtantia pulicis, & qualis eſt ſub-
antia animæ ejus? Quomodo citra ſemen
onte exiſtit? Quomodo videt hominem,
mortem metuens fugit? Unde novit mor-
ſe obnoxium fore? Quibus ratiociniis
nſultat? Unde novit, hoſtem ſibi homi-
m eſſe? Ubi memorativa ejus vis eſt
poſita? Quis vero docuit eum in futuris
icisque veſtium ſe abſcondere? Et quo
mine pulicem nuncupare debemus, qui
ſcrutatores divinitatis eſſe volumus? Igi-
r quadrupedem dicemus: at non eſt qua-
upes: Bipedem ergo? Non eſt: itaque
otile? Non eſt, ſed animal eſt. Ideoque
rtor unumquemque, qui velit Dei natu-
m commentari, ut prius explicet natu-
n parviſſimi pulicis, ejusque originem,
imam, ſenſum, & quando is certo com-
ehenderit nobisque explicaverit ſpeciem,
genus ſubſtantiæ, qua conſtat pulicis
ima, tunc ipſi habebimus fidem quod
am res Dei incomprehenſibilis exponere
eat. Quodſi dixeris mihi, quod anima
licis, & cujusque bruti animantis ſit ſan-
is, regeram: Quomodo multa animalia
llo effuſo ſanguine videmus mori? Et
d eſt illud, quod in morte animalis ci-
ſanguinem ex illo egreditur, animam
m ſubſtantialem ſolus homo poſſidet:
autem animali anima eſt, non differ-
illud ab homine, nam & homo ſan-
ne deſtitutus perinde, ut brutum mo-

 „ritur,

„ritur, ubinam ergo eſt differentia int
„hominem ad imaginem, & ſimilitudine
„factum Dei, & irrationabile jumentu
„Hæc non temere hoc loco dicta a me ſu
„ſed quod tecum o Deicida Judæe col
„bere volui pleroſque ab incomprehenſibi
„bus de Deo quæſtionibus, & demonſtra
„quod non conditor ſolum, ſed & res cre
„tæ ab hominibus comprehendi nequeun

S. S. Trinitas ex S. Scriptura probatur.

„*Judæus.* Ubi vero Trinitatem in vet
„Teſtamento docemur, & ubi eam in no
„diſcimus?

„*Chriſtianus.* In veteri quidem in prir
„Moyſis libro, ait enim ubi origines mu
„di deſcribit. *Gen.* 1. *v.* 28. Et dixit De
„*Faciamus hominem ad imaginem noſtram,*
„*ad ſimilitudinem.* Manifeſtum eſt, quod
„Filium, & Spiritum Sanctum hæc locut
„eſt Pater. Et iterum: Et dixit De
„*Ecce factus eſt Adam ut unus e nobis. Gen.*
„*v.* 22. Quod enim ait: ut unus e nob
„omnino duos vel tres ſignificat, ut oſt
„deret porro per verba: ut unus e no
„trium Perſonarum differentiam. Atq
„iterum idem legislator: Et fecit Deus
„*minem, ſecundum imaginem Dei fecit e*
„*Gen.* 1. *v.* 27. Ut oſtenderet Deitatis u
„tatem, non enim dixit, Deos eſſe,
„hominem fecerunt, ſed Deum unum,
„in Trinitate adoratur. Quando igitur
„dis Deum dicentem: *Ecce Adam factus*
„*ſicut unus e nobis.* Trium Perſonarum

„C

:m cogita: quando vero, quod *in imagi-ne Dei Deus hominem fecit*: Unam eſſen-am ac Deitatem confiteris. Igitur non ex oc tantum, ſed & ex aliis pluribus divi-æ Scripturæ locis, ſanctæ & conſubſtan-alis Trinitatis myſterium edocemur, & ıaxime de Patre, & Filio clariſſima te-imonia reperimus, nam quod dicitur: *Dominus pluit a Domino ignem ſuper Sodo-a, & Gomorrha. Gen.* 19. *v.* 24. Ecquid liud niſi Patrem, & Filium, & Dominum Domino ſive ex Patre natum ſiſtit? Et ırſus quod in Pſalmo centeſimo nono di-tur: *Dixit Dominus Domino meo, ſede a extris meis.* Perſpicue nobis Patrem, & :dentem a dextris ejus Filium declarat: eque vero ut in throno vel ſede terreſtri, el ut a dextra vel ſiniſtra parte hominum a ſedet Deus, ſed ſicut divino modo ſu-er omnem rationem natus eſt Deus, Ver-um ex Deo ante ſæcula, & ſicut incor-orale figura deſtitutum, & incircumſcrip-ım eſt, ſic & ſedem, & thronum, & exteram Dei mihi intellige. Sed & quod pud ipſum Iſaiam dictum extat, clare do-et nos myſterium de Patre, & Filio, ait nim: *Puer natus eſt nobis, Filius datus ſ nobis.* Videlicet gentibus a Deo, *& ocatur nomen ejus magni conſilii Angelus, dmirabilis conſiliarius, Deus fortis, potens, rinceps pacis, pater futuri ſæculi. Iſ.* 9. *v.* 6.)avid vero per Dei nomen in tribus Per-onis Sanctam Trinitatem velut in bene-lictionis gratiam nobis ſubinnuit, cum

„ait : benedicat nos Deus, o Deus, bene-
„dicat nos Deus : ipſi gloria in ſæcula,
„Amen.

EJUSDEM B. HIERONYMI

COMMENTATIO CHRISTIANO CUILIBET UTILIS.

EODEM FED. MORELLO INTERPRETE.

Cur quis Chriſtianus. „*Interrogatio.* Quare Chriſtianus es?

„*Reſponſio.* Quia credo in Chriſtum Filium Dei.

„*Correctio. Reſp.* Indocte, & inconſiderate „reſpondiſti, non enim interrogo, cur nomineris Chriſtianus, ſed ipſum cur, ob quam cauſam „factus es : ſi enim interrogaviſſem, quare „appellaris Chriſtianus, pulchre reſpondiſſes, „quia credo in Chriſtum, ſed quæro cauſam, „ob quam factus es Chriſtianus : & parva „quidem ac tenuis videtur hæc interrogatio: „etenim ſi interrogatus dixerit, quia Deus „voluit, ut Chriſtianus eſſem, non recte re„ſponderit; etſi dixerit, quia ego volui eſſe „Chriſtianus, non recte loquetur, ſed rectius „ita dixerit, quia Deus voluit, equidem vo„luntati Dei acquievi.

„*Interrogatio.* An volens, & ſponte fa„ctus es Chriſtianus an invitus?

Reſpon-

„*Reſponſio.* Si dixero volens, mentiar, „& ſi dixero nolens, verum non dicam; „nam cum infans tunc eſſem, neque repug„navi neque conſenſi.

„*Interrogatio.* Age vero, unde noſti, „quod omnino baptizatus es, velim a te di„ſcere, fortaſſe enim projectus es obiter a „parentibus tuis, qui occulte gentiles erant, „& neutiquam te baptizandum curaverunt, „multa enim ejusmodi contigerunt, & ac„cidunt hodie.

„*Reſponſio.* Novi veluti ex effectu, ut „loquitur Iſaias. *Cap.* 26. *v.* 18. *Propter* „*metum tuum Domine in ventre concepimus, &* „*pepĕrimus Spiritum ſalutis.* In quo declarat, „nos Spiritum Sanctum accepiſſe tunc, cum „illuminati ſumus per Baptiſma, ait enim „Deus per Prophetam de iis, qui baptizan„tur: *Inhabitabo in illis, & inambulabo.* „*Lev.* 26. *v.* 12. Itemque: *Effundo de Spi*„*ritu meo ſuper omnem carnem. Joel.* 2. *v.* 28. „Quotquot ergo divinum Spiritum in ventre „acceperunt in Sancto Baptiſmate intus in „intimis præcordiis, & agitationibus, & „motionibus, & punctionibus, exultationi„bus, & operationibus, atque ut ita dicam. „Saltationibus gratiæ Spiritus, certiſſime „noverunt in imo cordis ſui, quod bapti„zati ſunt; nullus enim homo non tinctus „Baptiſmo in terra ejusmodi gratia aut ef„fectu abundat, aut plane perfruitur, licet „omnia Dei mandata, & juſtitiæ opera per„ficiat,

Unde novit quis ſe eſſe baptizatum.

„ficiat, ſoli id aſſequuntur, qui per aquam, „& Spiritum regenerati ſunt, & Spiritus „Sancti gratiam in ventre acceperunt, eam- „que puram, & impollutam conſervant; ut „enim mulier uterum gerens ſentit motio- „nes foetus intra ſe, ita etiam illi ex gra- „tia innata, & lætitia, & exultatione, quæ „in cordibus ipſorum eſt, cognoſcunt, quod „Spiritus Dei habitat in ſeipſis, quem qui- „dem acceperunt in Baptismate, etenim de „hac gratia dixit Chriſtus: *Regnum cælorum „intra vos eſt. Luc.* 17. *v.* 21. Et rurſus: „*Ignem veni mittere in terram, & quid volo, „niſi ut jam ardeat? Luc.* 12. *v.* 49.

„*Interrogatio.* An omnis homo indoctus, „& doctus per hanc ſolam demonſtrationem, „& non per alium ullum modum novit, ſe „baptizatum eſſe?

„*Reſponſio.* Vera & ab omni errore li- „bera demonſtratio Chriſtiani hæc eſt. Et „audi Apoſtolum: *An non agnoſcitis, quod „Jeſus Chriſtus habitat in vobis, niſi forte „reprobi eſtis.* 2. *Cor.* 13. *v.* 5. Ut enim dixi, „quæ mulier uterum gerit, non verbis fœtus „ſed motionibus cognoſcit accurate ſe con- „cepiſſe, ita & verus Chriſtianus non ex- „auditu parentum qui baptizaverunt ipſum, „neque ullo alio modo præterquam ex corde „ſuo certam cognitionem habere debet, quod „acceperit Sanctum Baptisma, & dignus „factus ſit Spiritu Sancto. Propterea dixit „ad quosdam Paulus: *Spiritum ne extingua- „tis.*

„ſir. 1. *Theſſ.* 5. *v.* 19. Et: *Ne contriſtemini*
„*Spiritum Sanctum, cujus ſigillo ſignati eſtis.*
„*Eph.* 4. *v.* 30. Porro cum David hanc gra-
„tiam amiſiſſet per adulterium, orabat di-
„cens: *Spiritum rectum innova in viſceribus*
„*meis. Pſ.* 50. *v.* 12. in quibus in fideli ha-
„bitat Spiritus Sanctus. Cæterum prout quiſ-
„que ſervat domum ſui cordis puram, illu-
„minatur, & percipit ignem divinum habi-
„tantem in ſe per lachrymas, per gaudium,
„per exultationem, & conſolationem, &
„præcipue tempore feſtorum dierum, & ſa-
„crarum ſynaxium afflante Spiritu Sancto,
„unde perfecte inſtruitur, & firmatur, quod
„vere Chriſtianus ſit, & acceperit Sanctum
„Baptisma. Porro ne videantur tibi abſur-
„da, & gravia, quæ dicuntur, nam Pro-
„phetæ, qui cum mulieribus dormiebant,
„& in medio vitæ, & hominum, & nego-
„tiorum conſtituti erant, iſtam Spiritus San-
„cti gratiam habebant, neque viri tantum,
„ſed etiam mulieres, quæ vaticinabantur,
„non enim abominatur Spiritus Sanctus ſo-
„cietatem venerandi conjugii: unde plerique
„eorum, qui communem vitam degunt, ef-
„fectus ejusmodi Spiritus Sancti gratiæ ſen-
„tiunt, illi inquam, qui ſacro altari aſſi-
„ſtunt, & qui accedunt ad Chriſti myſteria
„percipienda, nam repente replentur lachry-
„mis, & lætitia. Unde compertum habet
„Chriſtianus, quod non ſimplicem panem,
„& vinum tantum, ſed vere corpus, & San-
„guinem Filii Dei Spiritu Sancto ſanctifica-
„tum percipiat, non enim ſentimus umquam
„ali-

„aliquid tale, aut ejusmodi gratiam, op
„tionem aut ſuavitatem, aut compunctio
„quando ſimplicem panem, & vinum
„menſa noſtra comedimus, & bibimus
„licet purior ſit hic panis illo pane, &
„tuſtius ac melius vinum vino, quod
„poſitum, & oblatum eſt in altari. Iſt
„ad cognoſcendum, utrum quis Chriſtia
„ſit, conferunt, neque enim eſt in tota
„noſtra, & in omni Eccleſia, & in
„Scriptura ſacra quidquam magis nec
„rium hac re, aut ei ſimile, ex hoc e
„penitus intelligit homo, quod Deus in
„eſt, & cum ipſo; ex hoc etiam confir
„tur, quod revera alia fides non eſt in
„ra, præter ſolam Chriſtianorum fidem,
„metſi Scripturas, Eccleſias, ſacrificia,
„ctores & libros, & Dei notitiam ex pa
„& quasdam actiones bonas, & feſtos
„& permutationes veſtimentorum, &
„ces, & pervigilia, & ſacerdotes, &
„quam plurima gentes habeant. Hanc
„abditam in corde Chriſtiani gratiam ac
„ritus Sancti operationem nemo umquam
„terra accipit, niſi ſoli duntaxat rite ba
„zati fide in Patrem, & Filium, & S
„tum Sanctum. De his divitiis noſtris
„cit Dominus, quod ſimile eſt regnum
„lorum theſauro abſcondito in agro, hoc
„Spiritus Spiritus, qui reconditus eſt in
„bis in die divini Baptismatis; de quo et
„Paulus dicit: *Habemus theſaurum iſtum*
„*teſtaceis vaſis*. Scilicet in luteis corpori
„Et rurſus: *Neſcitis quod corpora v*
„l

„*templum Dei ſunt*, *& Spiritus Dei habitat* „*in vobis*. 1. *Cor*. 3. *v*. 16. Hæc autem ne- „ceſſario a nobis adducta ſunt, unde quis „cognoſcere debeat, quod accepit Sanctum „Baptisma, & quod verus eſt Chriſtianus, „non enim ingreſſus in Eccleſiam indicium „eſt veri Chriſtiani, multi enim indigni no- „biscnm ingrediuntur; neque vero munire „ſe crucis ſigno, neque percipere corpus „Chriſti argumentum eſt veri Chriſtiani, for- „taſſe enim infideles quidam, & hæretici „ſacrorum participes fiunt, & omnia, quæ „facimus, faciunt etiam ipſi, ſed nota veri „Chriſtiani eſt, quam conceſſit Deus Chri- „ſtiano non extrinſecus neque in tabulis la- „pideis ipſam dedit, ſed in tabulis cordis „carneis. Igitur tentemus in nobis ipſis ex „imis ſenſibus, an habeamus indicium, quod „largitus eſt nobis Deus in baptismate, & „donum, & munus, & theſaurum; nam „Evangelia, & Prophetæ, & Apoſtoli, & „doctores verbotenus Dei fidem nos edo- „cent, ex auditu, ſed Deus non per Ver- „ba, ſed per actiones, quæ inhærent in ani- „mo, docet hominem, quid ſit Chriſtianus; „idcirco inquit Paulus: *Fides ex auditu*. „*Gal*. 3. *v*. 2. Et: *Fides eſt rerum ſperan-* „*darum ſubſtantia*, *argumentum eorum*, *quæ* „*non videntur*. *Hebr*. 11. *v*. 1. Quapropter „jam didicimus, quod ſit indicium Chriſtia- „ni, quod quidem nulla res alia compara- „vit in terra, verum beati, qui hoc per- „ceperunt, & continent, & cum ipſo ex „hac vita excedunt, eorum eſt enim regnum „cœlorum.

FRAG-

FRAGMENTUM

APUD S. JOANNEM DAMASCENUM L. 3. DE IMAG. HIERONYMI PRESBYTERI HIEROSOLYMORUM.

„*Judæi Interrogatio.* Quandoquidem Scrip„tura veſtra crucem adorare nusquam „vobis permittit, cur igitur ipſam vos ado„ratis? Reſpondete nobis Judæis, & Græ„cis, ceterisque omnibus, qui hoc a vobis „quærimus.

„*Chriſtiani Reſponſio.* Idcirco o ſtulti, & „veſani corde forſitan permiſit Deus omni „genti colenti ſe, ut aliquid in terris om„nino venerarentur, quod hominis arte fa„ctum eſſet, ne in crimen Chriſtianis verte„retur, quod crucem, & imagines adora„rent. Quemadmodum igitur Judæus ar„cam fœderis adoravit, & duo Cherubim „aurea, & conflatilia, duasque tabulas do„laverat Moyſes, cum tamen Deus nullibi „conceſſerit, ut ea adoraret, & coleret, ita „nos quoque Chriſtiani non tamquam Deum „crucem colimus, ſed ut ſincerum animi „noſtri erga eum, qui crucifixus eſt, affe„ctum demonſtremus.

Nota. D. Gallandius tom. VII. ſuæ Bibliothecæ refert Epiſtolas S. Siricii Papæ. Verum quia has jam in ſumma Conciliorum Carranzæ a me aucta tom. I. pag 298. & ſeqq. recenſui, lectorem ad eam remitto, maxime eum ad hiſtoriam Conciliorum, & decreta Pontificum magis pertineant.

EVA-

EVAGRII PONTICI
OPERA.

Monitum.

Evagrius circa medium ſæculi IV. natus *Evagrii*
eſt Iboris, quæ eſt urbs ad Pontum *vita.*
Euxinum ſita, unde Ponticus dictus eſt.
iris ſanctitate ac doctrina præſtantibus ope-
m dedit, Gregorio Nazianzeno potiſſimum
æceptore uſus: mox vero a Baſilio Mag-
primum Lector, deinde ab ejus germano
atre Gregorio Nyſſeno diaconus ordinatus,
ſtea in Eccleſia Conſtantinopolitana ſub
ectario archidiaconi munere functus fuiſſe
aditur a Palladio. *Hiſt. Lauſ. Cap.* 86. Inte-
a Conſtantinopoli agens, magnumque nomen
leptus, ob falſam adulterii ſuſpicionem in
ave vitæ diſcrimen incidit, & divinitus
lmonitus ex ea ube digreſſus Hieroſoly-
am petiit, ubi a Melania exceptus reli-
loſæ hujus fœminæ hortatu in Ægyptum
ntendit, & monaſticum inſtitutum ample-
us eſt, in Scetenſem eremum primum, de-
de in Celliorum deſerta ſecedens: illic vero
triusque Macarii diſcipulus, cum antea ver-
is ſolum philoſophatus eſſet, ab iis opere
pſo philoſophari didicit, ait Socrates. *Hiſt.*
Eccle. l. 4. *Cap.* 23. Qui etiam narrat, ad
piſcopatum raptum Evagrium a Theophilo
Alexan-

Alexandrino Epiſcopo auffugiſſe. Eum tandem exactis in ſolitudine ſeptendecim annis ineunte vulgaris æræ anno 399. ætatis 54. ſupremum diem obiiſſe ex Palladio l. c. intelligimus. Evagrium doctrina celeberrimum fuiſſe ejus ſcripta teſtantur a veteribus paſſim laudata. Sozomenus. *Hiſt. Eccl. l.* 6. *Cap.* 30. Eum vocat virum doctum tum intelligendi facultate, tum dicendi copia præditum. Socrates. *Hiſt. Eccl. l.* 4. *Cap.* 23. Libros, ait, conſcripſit Evagrius valde utiles, qui quam eximii ſint, quisquis eos legerit, facile cognoſcet. Hinc S. Hieronymus. *Ep.* 133. ait: Evagrii libros per Orientem Græcos, & interpretante diſcipulo ejus Rufino latinos plerique in Occidente lectitant. Denique Gennadio teſte. *Lib. de vir. illuſt. c.* 11. Evagrius monachus, divina & humana litteratura inſignis ſcripſit multa monachis neceſſaria. Ex quibus D. Gallandius in ſua Bibliotheca tom. VII. ſequentia refert. 1. Capita practica ad Anatolium. 2. Liber practicus, capita centum. 3. Rerum monachalium rationes. 4. Capitula XXXIII. per gradus quosdam diſpoſita conſequentiæ. 5. Spirituales ſententiæ per Alphabetum diſpoſitæ. 6. Aliæ ſententiæ. 7. Ad Anatolium de octo vitioſis cogitationibus. 8. Sententiæ ad eos, qui in Cœnobiis, & Xenodochiis habitant fratres. 9. Sententiæ ad virgines. 10. De Tetragrammato Dei nomine: de quorum opuſculorum editionibus in ſequentibus dicemus.

EVA-

EVAGRII SCETENSIS MONACHI CAPITA PRACTICA AD ANATOLIUM.

1. Tractatus hic Evagrii ab antiquis paſſim memoratur Scriptoribus: eum e tenebris primus eruit Cotelerius *Monum. Eccl. Græcæ tom.* 3. ex cujus edito exemplari Gallandius ſuum deſumpſit. Epiſtolam continet ad Anatolium, quæ eſt velut præfatio ad hunc librum, quem excipiunt Capita LXXI. ex Manuſcripto Regio eoque mutilo deſumpta, uti ſequitur. *Capita practica.*

2. „Quia nuper ſignificaſti mihi ad Scetim reſidenti cariſſime frater Anatoli, hortatusque es, ut Symbolicum Monachorum Ægyptiorum habitum tibi exponerem, age, quæ a Sanctis Patribus ea de re accepimus, proferamus. *Cucullus* equidem ſignum eſt gratiæ Dei Servatoris noſtri, quæ caput eorum partem principalem tegit, & in Chriſto infantiam confovet propter eos, qui ſemper conantur percutere ac vulnerare: qui ergo illum capite gerunt, virtute ac poteſtate hæc pſallunt: *Niſi Dominus ædificaverit domum, & cuſtodierit civitatem, in vanum laboravit, qui ædificat, & qui cuſtodire nititur. Pſ.* 126. Hujusmodi autem voces humilitatem ingenerant, & antiquum ſuperbiæ malum evellunt, quod in terram præcipitavit Luciferum, qui mane oriebatur. Quod autem monachi manus nudas habent, indicat vitam absque hypocriſi; *Explicatio habitus monachorum.*

 „ina-

„inanis enim gloria virtutes obumbrare va-
„let. quæ ſemper laudes ab hominibus cap-
„tat, fidemque expellit: *Quomodo enim po-*
„*teſtis credere, qui gloriam ab invicem accipi-*
„*tis, & gloriam, quæ a ſolo Deo eſt, non*
„*quæritis? Joan.* 5. *v.* 44. Scilicet oportet
„bonum non propter aliud quid, ſed prop-
„ter ſe magis eligi. Rurſus vero *Analabus*
„ſeu ſcapulare humeros eorum circumple-
„ctens, & habens figuram crucis, Symbolum
„eſt fidei erga Chriſtum, quæ mites ſuſci-
„pit, ſemperque obices coercet, ac opera-
„tionem iis præbet omni impedimento libe-
„ram. At *Zona* ſive cingulum renes ipſo-
„rum conſtringens omnem repellit impurita-
„tem, hocque denuntiat: *Bonum eſt homini,*
„*mulierem non tangere.* 1. *Cor.* 7. *v.* 1. Porro
„*Melotem* ſeu pellem ovinam gerunt, *qui*
„*ſemper mortificationem Jeſu in corpore ſuo*
„*circumferunt.* 2. *Cor.* 4. *v.* 10. Et cunctos
„corporis affectus rationi adverſos obligant,
„animæ autem vitia participatione boni re-
„ſecant, dum paupertatem diligunt, avari-
„tiam fugiunt tamquam idololatriæ matrem.
„*Virga* denique ſeu baculus eſt lignum vitæ
„cunctis eum tenentibus, & illi velut Chri-
„ſto innixis firmus, & tutus. Habes pau-
„cis, quarum rerum Symbolum ſit habitus:
„verba vero hæc ſunt, quæ ad eos ſemper
„proferunt Patres: Fidem, o fili, confirmat
„timor Dei, huncque rurſus continentia,
„quam immotam reddunt tolerantia, & ſpes,
„ex quibus gignitur impaſſibilitas, cujus ſo-
„boles eſt Charitas; at charitas oſtium eſt,

„cui

„cui ſuccedit Theologia, & ſuprema beati-„tudo. Atque de habitu ſacro, deque ſenum „doctrina hæc a nobis nunc dicta ſint, de „vita autem tum practica, tum gnoſtica, „hæc eſt, quæ actione vel cognitione con-„ſtat, jam differamus, non quantum vidi-„mus, vel audivimus, ſed quantum ab iis didicimus aliis eſſe dicenda: in centum capita res ad actionem pertinentes, in ſexcenta, & quinquaginta res ad cognitionem ſpectantes compendioſe partiti, & alia quidem occultantes, alia vero obſcurius ponentes, ne demus ſancta canibus, neque mittamus margaritas ante porcos, quæ tamen iis erunt aperta, qui eorum hominum veſtigiis inſtiterunt.

1. „Chriſtianiſmus eſt dogma Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ex Practica, Phyſica, & Theologica ratione conſtans.

2. „Regnum cœlorum eſt animæ imperturbabilitas cum vera rerum cognitione.

3. „Regnum Dei eſt cognitio Sanctæ Trinitatis coextenſa mentis conſtitutioni, ipſiusque incorruptionem exſuperans.

4. „Quod quis amat, hoc & appetit prorſus, quodque appetit, hoc & adipiſci contendit, & omnem voluptatem præit deſiderium, deſiderium vero parit ſenſus; quod enim ſenſus expers eſt, eſt quoque ab affectu liberum.

5. „Cum Anachoretis ſeu ſolitariis
„mones nudi luctantur, contra eos vero,
„in coenobiis virtutem exercent, arr
„fratres negligentiores: multo autem le
„eſt poſterius bellum priori; quia inv
„non licet in terra homines dæmonibus a
„ciores, quive omnem eorum admiſ
„malignitatem.

6. „Mentem errantem ſiſtit lectio, &
„gilia, & oratio, cupiditatem vero ferve
„ſenſim extinguit eſuries, & labor, &
„litudinis ſeceſſus; animum autem ira
„turbatum ſedat pſalmodia, & longa
„tas, & miſericordia: & hæc congruis
„poribus ac menſuris adhibita; quæ
„extra tempus, & modum fiunt, pa
„durant, & noxia magis fiunt, non u

7. „Quoties varios cibos expetit a
„noſtra, toties in pane, & aqua coarct
„ut gratias agere diſcat vel de ipſa
„buccella: ſatietas enim multas eſcas
„derat, fames vero panis ſatietatem pro
„titudine ducit.

8. „Multum ad temperantiam con
„penuria aquæ, idque tibi perſuadeant
„centi illi Iſraelitarum milites, qui Ge
„ne duce Madianitas devicerunt. *Jud.*

9. „Sicut vitam, & mortem ſimul e
„contingere contra naturam eſt, ita c
„tatem cum pecuniis in quopiam conſi
„fieri nequit; ſiquidem charitas non ſe

„p

„pecuniarum deſtructrix eſt, ſed & ipſius no-
„ſtræ temporalis vitæ.

10. „Qui effugit cunctas mundi volupta-
„tes, turris eſt dæmoni triſtitiæ inacceſſa:
„triſtitia enim eſt privatio voluptatis, aut
„præſentis aut expectatæ: non poſſumus au-
„tem hunc inimicum repellere, ſi ad quid-
„piam de rebus terrenis retinuerimus affe-
„ctum; nam illic laqueum ſtatuit ac triſti-
„tiam operatur, quo maxime nos videt pro-
„penſos.

11. „Ira equidem, & odium augent fu-
„rorem, eleemoſyna vero, & manſuetudo
„etiam præſentem minuunt.

*12. „*Sol non occidat ſuper iracundiam* *Ira fugienda.*
„*noſtram. Eph. 4. v. 26.* Ne noctu inſilien-
„tes dæmones animam exterreant, timidio-
„remque reddant mentem die ſequenti: ete-
„nim terribilia ſpectra ex animi irati pertur-
„batione oriri ſolent; nihil autem eſt, quod
„ita mentem ad deſertionem compellat, quam
„animus ira turbatus.

13. „Cum occaſionem nacta animæ no-
„ſtræ pars, qua iraſcimur, conturbata fue-
„rit, tunc dæmones receſſum nobis ut bo-
„num ſuggerunt, ne ſolutis triſtitiæ cauſis
„nos a tumultu liberemus. Cum vero pars,
„qua concupiſcimus, exarſerit, tunc rurſus
„nos hominum amantes efficere conantur,
„durosque & agreſtes nuncupant, ut corpo-
„rum deſiderio affecti in corpora incidamus.

 „Cæte-

„Cæterum iis credere non oportet, quin imò „contrarium facere.

14. „Ne tradideris te iracundæ cogita„tioni, mente pugnans cum eo, qui te con„triſtavit; neque etiam fornicationis diu vo„luptatis imagines retine: illud enim tene„bras animæ offundit, hoc vero eam pro„vocat ad vitii probationem, & utraque men„tem tuam ſordidant. Cumvero tempore ora„tionis ſimulacra fueris imaginatus, Deo „puram precem non offerens, incidis in „acediæ dæmonem, qui præcipue in hujus„modi homines inſilit, & inſtar canis ani„mam velut hinnulum diripit.

15. „Iræ natura eſt, cum dæmonibus „pugnare, & ſuper qualibet voluptate de„certare: quocirca angeli quidem ſpiritalem „voluptatem nobis ſuggerentes, ad beatitu„dinem hortantur, ut adverſus dæmones „iram vertamus, illi contra ad mundana de„ſideria trahentes animum noſtrum ira con„citatum pugnare cum hominibus contra na„turam compellunt, ut obtenebrata mens „virtutum proditrix evadat.

16. „Attende tibi ipſi, ne ullum um„quam fugaveris fratrem ira commotus: non „enim in vita tua effugies triſtitiæ dæmo„nem, ſed tempore orationis tibi perpetuo „erit inſtar offendiculi.

17. „Recordationem injuriæ extinguunt „munera, ut oſtendit Jacob Eſau donis de„liniens.

„liniens. *Gen.* 32. Verum nos pauperes per „menſam indigentiam munerum ſuppleamus.

18. „Quando in acediæ dæmonem in- „currerimus, tunc animam partiti unam par- „tem excitantem, aliam excitatam facia- „mus, bonæ ſpei ſemina nobis ſubmittentes, „illudque S. David canentes: *Quare triſtis es* „*anima mea, & quare conturbas me, ſpera in* „*Deo, quoniam confitebor illi, ſalutare vul-* „*tus mei, & Deus meus. Pſ.* 41. *v.* 6. *Contra acediam.*

19. „Non oportet ingruentibus tentatio- „nibus cellam deſerere, quin potius intra „illam ſedere, tolerare, ac fortiter inſultus „dæmonum excipere, præcipue autem illius, „qui eſt acediæ, qui cunctos atrocitate ſu- „perans, probatiſſimam efficit animam: nam „talia certamina fugere mentem edocet, ut „imperita, iners, timida, & fugitiva eva- „dat. *Contra tentationes.*

20. „Ægre vitari poteſt vanæ gloriæ vi- „tioſa cogitatio; quia quod deſtructionem „ejus deſignas, hoc tibi alterius inanis glo- „riæ initium conficitur. Cæterum non omni „rectæ cogitationi noſtræ adverſantur dæ- „mones, at quibusdam ipſa quoque vitia, „per quæ vincimus, & liberamur, aut qui- „bus inficimur, & liberamur.

21. „Qui cognitionem attigerit, & vo- „luptatem, quæ ab ea prodit, decerpſerit, „non amplius vanæ gloriæ dæmoni obſe- „quetur, licet illi mundi voluptates offerat;

„quid enim promiſſurus eſt, quod habet ſpi-
„ritalem contemplationem infra ſe ?

22. „Recordare prioris vitæ tuæ, & an-
„tiquorum delictorum, & quo pacto affecti-
„bus deditus per Chriſti miſericordiam ad
„impaſſibilitatem (*ſeu victoriam eorum*) tranſi-
„iſti, quo item pacto e mundo egreſſus es,
„qui te ſæpe dejecerat. Illud quoque repu-
„ta, quis te in eremo ſervaverit, quis dæ-
„mones abegerit: nam ejusmodi cogitatio-
„nes humilitatem induunt.

DE AFFECTIBUS.

De affectibus.

23. „Quorum memoriam cum affectu ſer-
„vamus, horum res antea cum
„perturbatione ſuſcepimus, & viceverſa:
„unde qui vicerit vexatores dæmones, ea,
„quibus utuntur ad vexandum, contemnet;
„materiali enim hoſte immaterialis eſt mo-
„leſtior.

24. „Animæ paſſiones ab hominibus oc-
„caſionem ſumunt, corporis vero a corpore,
„& has quidem corporis reſcindit continen-
„tia, illas autem animæ charitas ſpiritalis.

25. „Dæmones, qui affectibus animæ
„præſident, ad mortem usque perſeverant,
„qui affectibus corporeis, cito recedunt; &
„alii quidem dæmones Soli Orienti aut Oc-
„cidenti ſimiles ſunt, unamque tantum ani-
„mæ partem capeſſunt: at meridianus to-
„tam complecti ſolet animam, & mentem
„offu-

„offuſcare. Proinde dulcis eſt monaſtica ſe„ceſſio poſt perpeſſionum vacuitatem : tunc „enim ſolæ ſuperſunt recordationes, & lu„cta non ad certamen, ſed ad luctæ con„templationem præparat monachum.

26. „Utrum cogitatio affectus moveat vel „affectus moveant cogitationem, attendendum „eſt; nonnullis quippe prius placuit, aliis „poſterius. A ſenſibus commoveri affectus „conſueverunt, qui, ſi adfuerit charitas, & „continentia, non concitabuntur, contra ſi ab„fuerit. Porro ira pluribus eget medicamen„tis, quam cupiditas: quapropter magna „cenſetur charitas, quæ iræ frænum eſt.

27. „Contra impietatem dæmonum ſo„let anima incendi ad ratiocinationem, cum „ipſis appropinquantibus ſuſcepta fuerit in „auxilium.

MONITA.

28. „Non omni tempore poſſumus conſue„tam regulam perficere, ſed at„tendendum eſt opportunitati, & mandata „poſſibilia connitendum pro viribus operari: „nam hujusmodi opportuna tempora nec ipſi „dæmones ignorant; unde commoti contra „nos, quæ fieri poſſunt, prohibent, quæ fieri „non poſſunt, agere nos compellunt. Ægro„tos, ne in doloribus Deo gratias agant, & „miniſtros patienter tolerent, impediunt, „conſimilique modo hortantur ad abſtinen-

„tiam

„tiam imbecillos, & ad pſallendum ere
„in pedes corpore eos, qui gravati ſunt.

29. „Quoties in urbibus aut vicis ad b
„ve tempus manere cogimur, tunc pra
„pue continentiæ firmius adhærentes c
„ſæcularibus converſabimur, ne craſſeſc
„mens noſtra, & ſolita diligentia privata
„quid contra ſententiam ſuam faciat, &
„gitiva evadat, dum a dæmonibus impeti

30. „Inter tentationes non prius oral
„quam nonnulla verba irato animo protu
„ris adverſus vexatorem: cum enim ani
„tua cogitationibus velut qualitatibus ſit
„fecta, continget nec puram fundi prece
„quodſi nonnihil ad eos cum ira dixeris, c
„fundis adverſariorum conſilia, ſiquidem
„ex ſua natura ita comparata eſt, ut h
„quoque efficiat in melioribus cogitationib

31. „Siquis monachus periculum fac
„velit de feris dæmonibus, eorumque ar
„uſum capere, obſervet cogitationes, & e
„rum intentiones notet, remiſſiones, co
„plicationes, & tempora, & quinam dæm
„num hoc faciant, & qualis qualem dæm
„nem ſequatur, quis vero quem non con
„tetur, & a Chriſto poſtulet horum cauſa
„& rationes: admodum enim ſuccenſent ii
„qui virtutem activam gnoſtico magis mo
„excolunt, cupientes *ſagittare in obſcuro r*
„*ctos corde. Pſ.* 10. *v.* 3.

32. „Du

32. „Duos e dæmonibus velociſſimos ob-
„ſervando reperies, dæmonem fornicationis,
„eumque qui nos corripit ad blasphemiam:
„verum poſterior brevis eſt temporis, prior
„vero, niſi cum affectu moverit cogitationes;
„non arcebit nos a cognitione Dei.

33. „Corpus quidem ſejungere ab anima
„illius ſolius eſt, qui colligavit; animam
„vero a corpore ad eum quoque pertinet,
„qui virtutis deſiderio tenetur; ſolitariam
„enim vitam patres noſtri meditationem mor-
„tis, & corporis fugam nominant.

34. „Qui carnem male enutriunt, ejus-
„que curam faciunt in deſideriis, de ipſis ſe,
„non de illa conqueruntur: norunt nempe
„Creatoris gratiam, qui animæ impaſſibilita-
„tem per hoc corpus adepti ſunt, & rerum
„contemplationi aliquantum incumbunt.

DE IMPASSIBILITATIS SIGNIS.

35. „Ubi mens cæperit absque diſtractione
„precari, tunc circa partem ani-
„mæ iraſcentem omni nocte dieque com-
„mittitur bellum.

36. „Imperturbationis indicium eſt ani- *Pacis in-*
„mus, qui incipit cernere jubar ſuum, & ma- *ternæ*
„net ad ſomni ſpectra tranquillus, resque *ſigna.*
„æquabiliter aſpicit.

37. „Robuſta mens eſt, quæ nihil e re-
„bus mundi hujus tempore orationis ſibi re-
„præſentat.

38. „Mens

38. „Mens, quæ ope Dei activam vitam „recte excoluit, & ad cognitionem ſeu con„templationem prope acceſſit, parum aut „nullatenus partem animæ irrationabilem ſen„tit, cognitione ſublimem ipſam capiente, & „a ſenſibilibus ſeparante.

39. „Anima indolentiam obtinet, non „quæ rebus non afficitur, ſed quæ ad re„rum etiam reminiſcentias imperturbata per„ſeverat.

40. „Qui perfectus eſt, proprie non di„citur continens, nec qui caret affectu, to„lerans. Quandoquidem affecti, & afflicti eſt „tolerantia, & turbati continentia.

41. „Magnum quidem eſt ſine diſtractio„ne orare, ſed majus eſt, pſallere ſine di„ſtractione.

42. „Qui virtutes in ſemetipſo collocavit, „iisque totus commixtus eſt, non amplius „legis meminit, vel præceptorum, vel ſup„plicii, & ea dicit, & facit, quæcunque „optimus ſuggerit habitus.

THEOREMATA PRACTICA.

43. „Dæmoniaca cantica cupiditatem no„ſtram cient, animamque in fœdas „imaginationes injiciunt: contra pſalmi, & „hymni, & cantica ſpiritalia ſemper ad re„cordationem virtutis provocant, animum „refrigerant, & deſideria extinguunt.

44. „Si

44. „Si luctatorum eſt elidi, & viciſſim elidere, nobiscum autem luctantur dæmones, ipſi atterentes nos a nobis contra atteruntur: *Confringam illos*, inquit, *nec poterunt ſtare. Pſ.* 17. *v.* 39.

45. „Requies cum ſapientia, & labor cum prudentia conjunctus eſt; non datur enim ſapientiam conſequi ſine bello, nec licet bellum præclare gerere absque prudentia: huic namque commiſſum eſt, ut dæmonum efferato animo reſiſtat, dum animæ facultates cogit ad operationes naturæ conſentaneas, & ſapientiæ viam præparat.

46. „Tentatio monachi eſt cogitatio per animæ partem patibilem aſcendens, ac mentem tenebris obducens.

47. „Peccatum eſt monachi conſenſus cogitationis ad illicitam voluptatem.

48. „Angeli gaudent, quoties vitium minuitur, dæmones, quoties virtus; & primi quidem cum accedunt, ſpiritali nos replent contemplatione, ſecundi autem dum appropinquant, animam in turpes injiciunt imagines.

49. „Virtutes non quidem inſultus dæmonum inhibent; ſed nos innoxios conſervant.

50. „Practica eſt ſpiritualis methodus, quæ animæ partem circa affectus verſantem expurgat.

51. „Non

51. „Non ſufficiunt mandata effectui tra-„dita ad perfecte ſanandas animæ facultates, „niſi & convenientes ipſis contemplationes „menti ſuccedant.

52. „Non omnibus quidem cogitationi-„bus nobis per angelos immiſſis reſiſtere poſ-„ſibile eſt, ſed fieri poteſt, ut cunctas a dæ-„monibus ſuggeſtas cogitationes evertamus: „ſequitur autem priores illas pacatus ſtatus, „poſteriores turbatus.

53. „Impaſſibilitatis proles charitas eſt, „& practicæ flos, quam conſtituit obſerva-„tio præceptorum, quorum cuſtos eſt Dei „timor, qui rectæ fidei fœtus eſt, & inter-„num animi bonum.

54. „Quemadmodum anima inſtrumento „corporis operans infirma membra intelli-„git, ſic & mens proprium exerens effectum „ſuas recognoſcit facultates, ac per eam, „quæ impedimento ei eſt, quod ipſis ſani-„tatem procurat, adinvenit præceptum.

55. „Animus, qui bello occupatur affe-„ctuum, belli non ſpectabit rationes; eſt enim „ſimilis nocturno pugnatori; cum vero con-„ſecutus fuerit imperturbationem, facile ho-„ſtium agnoſcet inſidias.

56. „Activæ exercitationis terminus eſt „charitas, cognitionis vero rectus de Deo „Sermo, ambarum autem principia fides, „& naturalis contemplatio. Ad hæc, quia dæ-

„mones

mones eam animæ partem adoriuntur, qua perturbationibus afficimur, dicuntur illi opponi activæ vitæ; at qui parti rationatrici moleſtiam afferunt, omnis veritatis inimici nominantur, & contemplationis adverſarii.

57. „Nihil eorum, quæ purgant corpora, remanet cum purgatis: at virtutes ſimul & purificant animam, & cum purificata commorantur.

58. „Secundum naturam operatur anima rationalis, quando tum pars illius, qua concupiſcit, virtutem appetit, tum pars, qua iraſcitur, pro eadem virtute decertat, tum pars, qua ratiocinatur in creaturam, incumbit in contemplationem.

59. „Qui in activo exercitio progreſſum facit, vitia affectusque imminuit, qui autem in contemplatione, ignorantiam. Et priorum quidem erit aliquando deſtructio notabilis, ignorationis vero alterius ajunt finem fore, alterius nequaquam.

60. „Quæ in uſu ſunt bona, & mala, virtutum & vitiorum ſunt efficientia: ad prudentiam vero ſpectat, iis uti ad utraque.

61. „Cum anima rationalis tribus partibus conſtet, ſi virtus occupaverit partem ratiocinantem, vocatur prudentia, & intelligentia, & ſapientia. Si concupiſcentem, temperantia, & charitas, & continentia: „ſi

„ſi iraſcentem, fortitudo, & patientia; ſi „totam animam, juſtitia: & prudentiæ quidem incumbit, contra adverſarias poteſtates exercitum ducere, virtutes propugnare, „impugnare vitia, & quæ media ſunt, pro „tempore adminiſtrare. Intelligentiæ vero „eſt cuncta conducentia nos ad propoſitum „apte diſponere: at ſapientiæ, contemplari „rationes corporum, & rerum corporearum: „temperantiæ vero intereſt, aſpicere citra „affectum res, quæ in nobis imagines concitant rationi adverſas; charitatis autem, „omni imagini Dei talem ſe exhibere, qualem fere ut prototypo, licet eas conentur „dæmones inquinare: continentiæ vero univerſam gulæ voluptatem abjicere. At hoſtes „nullatenus timere, & alacriter moleſta tolerare effectus ſunt patientiæ, & fortitudinis: denique ad juſtitiam pertinet concentum, & harmoniam animæ partium conficere.

62. „Fructus ſeminum manipuli ſunt, virtutis cognitio, & ſicut ſemina comitantur „lachrymæ. *Pſ.* 125. *v.* 6. Ita manipulos „gaudium.

63. „Non depoſuerit homo recordationes „affectuum effectrices, qui cupiditatis, & „iræ curam non geſſerit, illam jejuniis, vigiliis, humicubationibus conſumens, hanc „æquanimitatibus, injuriæ oblivionibus, & „eleemoſynis deliniens: ex his enim duobus „affectibus cunctæ fere conſtant dæmoniacæ

„cogi-

„cogitationes, quæ mentem in interitum „præcipitant. Fieri porro nequit, ut ſupe„ret quis hos affectus, niſi omni parte cibos, „opes, gloriam deſpiciat, & inſuper corpus „ſuum propter illos, qui ipſum percutere ten„tant. Neceſſe igitur eſt, imitari homines, „qui in mari periclitantur, & armamenta eji„ciunt propter vim fluctuum. Verum hic di„ligenter attendi debet, ne dum ſarcinam „projicimus, ideo faciamus, ut ab homini„bus ſpectemur: nam recipimus mercedem „noſtram, & novum nos excipiet naufra„gium contra flante dæmone inanis gloriæ. „*Matth.* 6. *v.* 1. *ſeqq.* Sed conſiderandum „hoc in loco eſt, quo pacto medicus anima„rum per eleemoſynam iram curet, ac per „orationem mentem emundet, demumque „per jejunium Vigorem cupiditatis frangat, „ex quibus novus homo componitur.

64. „Impuræ cogitationes dum in nobis „diu manent, mentem in interitum dedu„cunt; ſed & in cogitationibus vanæ gloriæ, „& reliquis pari modo apparebit. Non con„ceditur autem menti talibus cogitatis ſuf„focatæ, ut aſſiſtat coram Deo ac juſtitiæ „reportet coronam. Cæterum, quæ cauſa „ſit, quod rerum ſenſibilium notiones, quam„diu durant, corrumpant cogitationem, in „capitibus de oratione dicetur.

65. „A dæmonibus immiſſæ cogitationi „tres opponuntur cogitationes, quæ ampu„tant eam, quando in mente perdurat. Illa

„quæ ab angelis ſuppeditatur, illa, quæ ex „noſtra voluntate oritur in melius propen„dente, & illa, quam humana natura lar„gitur, & juxta quam excitati etiam ethnici „parentes ſuos honorant. At vero bonæ co„gitationi duo tantum obſiſtunt cogitata, dæ„moniacum, quodque a libero noſtro proce„dit arbitrio, ubi ad malum declinat: nam „ex natura cogitatio nulla mala egreditur, „quia principio mali conditi non ſumus.

66. „Nonnulli ſunt ex immundis dæmo„nibus, qui legentibus ſemper aſſident, co„nanturque mentem eorum abripere ſumpta „occaſione ex ipſis divinis Scripturis, & in „prava cogitata deſinentes: interdum etiam „contra morem oſcitare, & dormire cogunt, „de quo S. Macarium mihi loqui audivi, qui „ad probationem afferebat conſuetudinem „oſcitantium, os ſuum muniendi ſigno cru„cis juxta traditionem antiquam arcanam. „Cæterum hæc patimur, quia lectioni non „attendimus, neque memores ſumus, San„cta Dei viventis nos legere.

67. „Quoniam ſunt dæmonum ſucceſſio„nes, quando primus in bello deficit, priori „moleſtior accedit. Confugiat ergo ad Do„minum mens, galeam ſalutis aſſumat, & „induta lorica juſtitiæ gladium Spiritus edu„cat, ſcutoque fidei elevato, poſtquam cum „lachrymis in cœlum ſuſpexerit, dicat: *Do„mine Chriſte, virtus ſalutis meæ, inclina ad „me aurem tuam, accelera, ut eruas me. Pſ.* 130.

„Præ-

„Præcipue vero jejuniis, & vigiliis gladium „micare faciat, & cognoſcet dæmon, ſe pau„latim ſimilem fieri anteceſſori ſuo.

68. „Impuræ cogitationes ſæpe multis „rebus coextenduntur, quæ vero aliqua ex „parte purgata ſunt, multis negotiis; nam „valent ſe coextendere propter affectus im„becillitatem. Itaque oportet omni cuſtodia „ſervare cor: facilius enim eſt immundam „purgare animam, quam purgatam ac de„inde vulneratam ad ſanitatem revocare; „quia triſtitiæ dæmon id nequaquam concedit, „& etiam inter orandum exhibet ſimulacrum „peccati.

69. „Naturam quidem rationalem prop„ter vitium morte affectam ſuſcitat Chriſtus „per omnium ſæculorum contemplarionem, „Pater autem ipſius mortuam animam morte „Chriſti reſuſcitat per ſuam cognitionem: „atque hoc ſibi vult, quod dicit Apoſtolus, „*ſi commortui ſumus Chriſto, credimus, quia & „convivemus ei. Rom.* 6. *v.* 8.

70. „Quando mens exuto veteri homine „eum, qui ex gratia eſt, ſuperinduerit, „tunc & ſtatum ſuum cernet tempore ora„tionis ſapphiro aut cœleſti colori conſimi„lem, quem etiam locum Dei nominat Scrip„tura a Senioribus viſum in monte Sina.

71. „Numquam mens videbit Dei locum „in ſeipſa, niſi cunctis ad res mundi perti„nentibus cogitatis excelſior evadat; non

„evadet autem excelſior, ſi affectus non „exuat, qui ipſam per cogitationes alligant „ad res ſenſibiles: & affectus quidem depo„net per virtutes, meras autem cogitatio„nes per ſpiritalem contemplationem, hanc„que iterum, cum apparuerit ei id lumen, „quod tempore orationis exprimit locum Dei.

EVAGRII MONACHI

LIBER PRACTICUS CAPITA CENTUM.

Poſt capita practica D. Gallandius in ſua Bibliotheca refert librum practicum integrum centum capitibus conſtantem, & contextum ex compluribus opuſculi præcedentis capitibus prout numeris appoſitis diſtinguuntur.

1. „Chriſtianismus eſt &c.

29 „Dicebat Sanctus noſter præceptor: „ita ſemper paratus eſſe debet monachus, „quaſi ſequenti die ſit moriturus, & ita cor„pore ſuo uti, ac ſi per multos annos cum „eo victurus: illud enim acediæ cogitatio„nes amputat, hoc vero ſalvum conſervat „corpus, & æqualem ejus tuetur continen„tiam.

31. „Cognovi inanis gloriæ dæmonem „fere a cunctis dæmonibus pulſum, & in „propellentium lapſibus impudenter adſtan„tem, quique monacho magnitudinem vir„tutum exhibeat.

43. „Sed

43. „Sed & oportet diverſitates dæmo-
„num agnoſcere, ac eorum tempora notare;
„intelligemus autem ex cogitationibus, co-
„gitationes vero e rebus ipſis, quinam dæ-
„mones infrequentes, & graviores, quinam
„aſſidui & leviores, ut cum cogitationes pro-
„prias materias movere coeperint: antequam
„a noſtro ſtatu longius ejiciamur, aliquid in
„eos proferamus, & præſentem denotemus.

44. „Quoties in certamine contra mona-
„chos inſtituto non prævalent dæmones, to-
„ties paulo recedendo, quænam virtutum
„interea neglecta fuerit, obſervant, & ea
„parte ſubito irruentes miſeram animam di-
„ripiunt.

45. „Mali dæmones pejores ſe in auxi-
„lium pertrahunt, cumque affectibus inter
„ſe pugnent, in ſolo animæ interitu con-
„ſentiunt.

46. „Nos non perturbet is dæmon, qui
„mentem ad blasphemiam Dei abripit, &
„ad vetitas imaginationes: Deus enim cor-
„da novit, ſcitque, quod nos, cum in ſæ-
„culo viveremus, hujusmodi numquam inſa-
„nia fuerimus correptos. Eo autem collimat
„hic dæmon, ut nos ab oratione avertat,
„ne coram Domino Deo noſtro ſtemus, ne-
„que ad eum extendere manus audeamus,
„in quem tales habuimus cogitationes.

47. „Animæ affectuum ſignum eſt, aut
„ſermo aliquis prolatus, aut motus quidam

„corporis factus, unde intelligunt inimici,
„an intus cogitationes eorum habeamus, an
„potius abjectis iis de noſtra ſalute curam
„ſuſcipiamus. Quare ſolus Deus, qui crea-
„vit, nos cognoſcit, neque ipſe ſignis indi-
„get, ut ea, quæ in corde recondita ſunt,
„intelligat.

48. „Adverſus ſæculi homines dæmones
„per res magis decertant, in monachos au-
„tem ut plurimum per cogitationes: rebus
„enim ob ſolitudinem carent, & quanto fa-
„cilius eſt mente quam opere peccare, tan-
„to difficilius eſt bellum juxta mentem ſu-
„ſceptum bello, quod per res geritur; res
„quippe valde mobilis eſt, animus vero ægre
„ab impiis phantaſiis coercetur.

49. „Semper quidem operari, vigilare,
„jejunare non fuit nobis præceptum: at ſine
„intermiſſione orare lex ſanxit, quandoqui-
„dem illa, quæ animæ percipientem par-
„tem curant, etiam corporis noſtri ope, ut
„fiant, egent. Corpus quidem ob propriam
„imbecillitatem ad laborem continuum non
„ſufficit: at oratio mentem validam, pu-
„ramque ad certamen facit, natam, ut pre-
„cetur, & citra corpus; & pro cunctis ani-
„mæ facultatibus contra dæmones pugnet.

DE

DE IIS, QUÆ IN SOMNIS ACCIDUNT.

,,Cum in nocturnis ſomni viſionibus ad-,,verſus concupiſcentem partem pugnantes dæmones ipſi quidem nobis oſtendunt colloquia familiarium, convivia cognatorum, mulierum choros, aliaque conſimilia, quæ ad voluptatem ſpectant, nos vero accurrimus, ea in parte ægrotamus, & affectus valet: cum vero rurſus partem iraſcentem conturbaverint, per præcipitia proficiſci cogentes, & inducendo viros armatos, aut venenatas, carnivoraſque beſtias, noſque a timore percellimur, & fugimus, tunc partis illius curam geramus, & Chriſtum in vigiliis invocantes ſupra dictis remediis utamur.

55. ,,Naturales corporis in ſomnis viſiones, ſi absque viſis fiant, animam aliquantum ſanitate frui indicant: Viſorum autem fixio ægritudinis ſignum eſt, & indefinitas facies veteris morbi, definitas, recentis plagæ ſymbola reputa.

56. ,,Vacuitatis perturbationis ſigna de die per cogitationes, noctu per inſomnia percipiemus, & eam quidem vacuitatem animæ ſanitatem eſſe dicemus, cibum vero cognitionem, quæ ſola nos cum Sanctis virtutibus conjungere ſolet; ſiquidem conjunctio cum incorporeis ex ſimili affectu fieri amat.

DE STATU, QUI AD PERPESSIONUM VACUITATEM ACCEDIT.

57. „Duæ ſunt animæ pacificæ conſtitu„tiones, altera, quæ a naturali„bus ſeminibus prodit, altera vero, quæ re„ceſſione dæmonum fit, & priorem ſequitur „humilitas cum compunctione, & lachrymæ, „& amor erga Deum infinitus, immenſum„que operandi ſtudium; ſecundam vana glo„ria cum ſuperbia in reliquorum dæmonum „ſublatione monachum alliciens. Qui ergo „fines prioris ſtatus ſervat, dæmonum in„curſus citius cognoſcet.

58. „Vanæ gloriæ dæmon fornicationis „dæmoni oppoſitus eſt, neque fieri poteſt, „ut ambo ſimul animam adoriantur: quo„niam ille honores promittit, hic ignomi„niæ conciliator eſt. Quando igitur horum „alteruter acceſſu ſuo te preſſerit, oppoſiti „dæmonis in te cogitationes effinge, ac ſi „potueris, clavo clavum extrude, & tunc „noveris te prope terminos impaſſibilitatis „conſiſtere: valuit enim mens tua humanis „cogitationibus dæmonum ſuggeſtiones abo„lere. Aſt per humilitatem repellere inanis „gloriæ tentationem, ac per caſtitatem for„nicationis vitium profundiſſimæ ſignum erit „imperturbationis. Atque hoc idem in om„nibus contrariis dæmonibus facere conten„de; ſimul enim & cognoſces, quali per„turbationi magis adhæreas. Verum pro

„viri-

„viribus a Deo poſtula, ut ſecundo modo „hoſtes propellas.

59. „Quo plus anima proficit, ea ma„jores adverſarii eam excipiunt, idque ma„xime illi norunt, qui acutius tentationibus „intendunt, cernuntque vacuitatem affectuum, „qua gaudent, à ſuccedentibus dæmonibus „emoveri.

60. „Perfecta impaſſibilitas poſt partam „victoriam adverſus cunctos dæmones, qui „vitæ activæ obſiſtunt, animæ obvenit, im„perfecta vero dicitur reſpectu virium dæmo„nis, qui tunc illam impugnat.

61. „Numquam mens progredietur, erit„que in regione incorporeorum, niſi inte„riora correxerit; perturbatio quippe dome„ſtica eam ad illa convertere ſolet, e qui„bus egreſſa eſt.

62. „Animum tum virtutes tum vitia „cæcum efficiunt, illæ quidem, ne vitia in„tueatur, hæc vero, ne viciſſim virtutes „conſpiciat.

DICTA SANCTORUM MONACHORUM.

91. „Nonnullus monachorum dixit. Ari„dorum, & non inæqualium vi„ctus cum charitate conjunctus cito mona„chum inducit in portum impaſſibilitatis. „Idem quemdam fratrem noctu perturbari ſo„litum

„litum a ſpectris liberavit, cum juſſiſſet, ut „ægrotis jejunus miniſtraret: nulla enim re, „ac miſericordia tolluntur ejusmodi perpeſ„ſiones.

92. „Acceſſit quidam ex Sapientibus il„lius temporis ad juſtum Antonium, & „dixit: quomodo Pater vitam tolerare potes „ſolatio librorum deſtitutus? At ille reſpon„dit: meus liber eſt natura rerum creata„rum, isque præſto eſt, quoties rationes Dei „ſermonesque legere cupio.

93. „Me interrogavit Sanctus Macarius „Ægyptius, qua de cauſa, cum humanæ in„juriæ reminiſcimur, animæ vim memora„tricem abolemus, cum vero dæmoniaca, „tunc permanemus illæſi, & quia ego in „reſponſione hæſitabam: quoniam, inquit „ille, primum eſt contra animi naturam, ſe„cundum vero ex ejusdem natura eſt.

94. „Ipſa meridie ad Sanctum Macarium „profectus cum vehementi ſiti arderem, petii „aquæ potum, qui dixit: umbra contentus „eſto; multi enim nunc viatores vel navi„gantes hac quoque carent. Confide ergo, „viginti totos annos neque panis neque „aquæ, neque ſomni ſatietatem cepi: nam „panem meum cum pondere comedi, & „aquam in menſura bibi, & inclinando me „ad parietes exiguam ſomni partem ſuffura„tus ſum.

95. Nun-

95. „Nuntiata eſt cuidam monacho mors patris, ille autem nuntianti dixit: blaſphemare deſine, meus quippe pater immortalis eſt.

96. „Quidam frater ſenem interrogavit, an juberet, ut domum profectus cum matre, & ſororibus veſceretur; qui reſpondit: cum muliere noli manducare.

97. „Quidam frater duntaxat Evangelium poſſidebat, quod cum vendidiſſet, pecuniam eſurientibus tradidit, memorabili addito verbo: ipſum librum vendidi, qui mihi dicit: *Vende, quæ habes, & da pauperibus. Matth.* 19. *v.* 21.

98. „Quæcunque a monachis geruntur, propter quinque cauſas fieri debent, ob Deum ob naturam, ob conſuetudinem, ob neceſſitatem, ob opera manuum. Unica quidem natura eſt virtus, ſed ea pro animæ facultatibus in varias ſpecies dividitur.

99. „Alius monachus dixit. Ideo voluptates ſubtraho, ut occaſiones iracundiæ abſcindam: novi namque, hanc ſemper pro voluptatibus certare, & conturbare mentem meam, ſcientiamque expellere. Alius vero ſenex dixit: Charitas ciborum aut pecuniæ depoſitum ſervare neſcit. Item non recordor, me bis in eadem re a dæmonibus fuiſſe deceptum.

100. „Fieri nequit, ut cunctos fratres ex æquo diligas, ſed potes cum omnibus ci-

„tra

„tra perpeſſionem verſari a recordatione, & „odio liber. Sacerdotes poſt Dominum aman- „di ſunt, qui per Sancta Myſteria, & Sa- „cramenta purificant nos, ac pro nobis pre- „cantur: ſenes vero noſtri velut angeli ſunt „honorandi, ipſi quippe nos ad certamina „exercent, & immitium ferarum morſus „curant.

EVAGRII MONACHI

RERUM MONACHALIUM RATIONES EARUMQUE JUXTA QUIETEM APPOSITIO.

1. Priori Evagrii operi alterum ſubjicitur ſub titulo: *Rerum monachalium rationes, earumque juxta quietem appoſitio*, ex quo opere non pauca tacito Auctoris nomine mutuatus eſt Theodorus Edeſſenus in ſuis capitulis practicis centum, quæ in theſauro aſcetico evulgavit Poſſinus.

Monachi frugalitas.

2. „Vis dilecte, monaſticam vitam qua- „lis eſt capeſſere, & ad quietis tropæa re- „currere, dimitte mundi curas, illisque præ- „ſidentes principatus, & poteſtates, hoc eſt, „expers ſis materiæ, & affectuum, & extra „omnem cupiditatem, ut ab incommodis, quæ „inde oriuntur, alienus tranquillam vitam „poſſis ducere; cibum brevem, & nullius „pretii cape, & ſi prætextu hoſpitalitatis „de ſumptuoſo in mentem venerit, eam ab- „jice cogitationem per illam enim inſidiatur „tibi

„tibi adverſarius, ut te a quiete avertat. „Habes Dominum Jeſum, qui Martham iſta „conſectantem arguit, & dicit: *Quare erga „plurima turbaris? Luc.* 10. *v.* 41. *Unum „eſt neceſſarium*, nempe divinum audire Ver„bum; unde ſtatim ſubdit: *Maria optimam „partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ha„bes pariter Sarephtanæ viduæ exemplum. „3. *Reg.* 17. In quibus Prophetam hoſpitio „ſuſceperit, licet panem duntaxat habueris „aut ſal, aut aquam, potes per hæc mer„cedem hoſpitalitatis acquirere. Quod ſi ne „illa quidem habueris, bono autem affectu „peregrinum exceperis, benignoque ſermone „eum donaveris, ſimiliter potes hoſpitalita„tis mercedem conſequi; dictum eſt enim: „*Verbum melius, quam datum. Eccl.* 13. *v.* 16.

3. „Hæc de eleemoſyna ſentire debes: „ne deſideraveris opes habere ad diſtributio„nem erga pauperes; nam hæc quoque mali „fraus eſt, quæ ad vanam gloriam ſæpe „vergit, mentemque in negotiationis cauſas „injicit. Habes in Evangelio viduam, quæ „per duo duntaxat minuta divitum affectum „& vires ſuperavit. *Marc.* 12. *v.* 44. Quod „autem ſpectat ad veſtes, noli deſiderare „ſuperfluorum veſtimentorum poſſeſſionem: „provide tantum de iis, quæ ad neceſſita„tem corporis ſuffectura ſunt, & Dominus „tibi providebit. Si alimentis vel veſtibus „indigeas, ne erubeſcas tibi ab aliis oblata „accipere: hoc namque eſt ſuperbiæ ſpecies. „At ſi tu hiſce abundaveris, ei, qui caret,

Eleemoſyna monachi.

„tra-

„tradito: ſic Deus vult famulis ſuis ſubve-
„niri. 2. *Cor.* 8. *v.* 14. Obtinens ergo præ-
„ſenti tempori neceſſaria de futuro non ſis
„ſollicitus: nondum elapſo craſtino idipſum
„tempus neceſſaria ſuppeditabit, præſertim
„ſi regnum cœlorum, juſtitiamque Dei quæ-
„ſieris. *Matth.* 6. *v.* 33.

Cum pueris non converſandum.

4. „Ne habeas apud te puerum, ne forte „adverſarius per eum aliquod in te moveat „ſcandalum, conturbetque animum tuum, „ut de cibis ſumptuoſis curam geras; ne- „que enim poteris amplius ſolus de te eſſe „ſollicitus: & ſi ea cogitatio quaſi propter „corporis requiem ſubjerit, tu tamen ſpi- „ritualem quietem conſidera, quæ melior „eſt corporali. Quodſi juvandi pueri gratia „in mentem venerit, ne credas: hoc enim „non eſt noſtri muneris, ad alios pertinet „opus, ſanctos ſcilicet coenobiorum Patres. „Tui ſolius commodum ſpecta, & ſilentii „quietisque mores amplectere. Noli amare „habitationem cum hominibus materiæ ad- „dictis, & negotioſis; aut ſolus mane, aut „cum fratribus tibi conſentaneis: qui enim „habitat cum hominibus materialibus, & „impeditis, eorum turbulenti ſtatus parti- „ceps erit, ſervietque humanis mandatis, „vanis colloquiis, & ceteris vitiis. Ne cor- „ripiaris curis parentalibus, aut cognatorum „amicitiis, quinimo aſſiduos cum illis con- „greſſus vita, ne forte a cellæ quiete te au- „ferant, & ad ſua negotia traducant: *di-* „*mitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu vero* „*veni,*

veni , ſequere me. Matth. 8. *v.* 22. Si vero cella tua impedimento ſit, fugito, nec in amorem ejus reſolvaris: omnia fac, quo tranquille vivere queas, & contende in Dei voluntatibus, & pugna adverſus inviſibilia conſiſtere.

5. „Si in tua regione non potes facile vitam quietam ducere, propoſitum tuum ad peregrinationem tradito; etenim ab incommoditatibus patriæ tuæ liberabit, efficietque, ut ſolus ſilentii emolumento fruaris. In urbe comorari fuge, in ſolitudine perdura, ecce enim, ait Sanctus vir, *elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine. Pſ.* 54. *v.* 8. Si fieri poteſt, nullatenus ad urbem proficiſcere, nihil enim utile profeſſioni tuæ illic intueberis; nam iterum Sanctus ait: *Vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.* Loca ergo ſecreta ſectare, neque formides illorum inopiam: quodſi illic dæmonum ſpectra apparuerint, noli terreri neque aufugias, & magnalia Dei perſpicies, auxilium, curam, & omnem de ſalute plenitudinem: *expectabam* enim, ait beatus ille vir, *eum, qui ſalvum me fecit a puſillanimitate Spiritus, & a tempeſtate.* *Cellæ cuſtodia.*

6. „Si amicos habueris, continuos cum illis congreſſus fuge: cum enim per longa intervalla collocutus eis fueris, utilis eris, ſi vero ſenſeris, tibi per eosdem damnum afferri, nullatenus appropinques; nam „opor- *Converſatio cum ſæcularibus monacho vitanda.*

„oportet, habere te amicos utiles
„tuæ inſtitutum aptos. Sed & fugi
„vorum virorum, & pugnacium con
„& pravas illorum intentiones repudia
„enim Deo adhærent. Pacifici homine
„tibi ſint, fratres ſpirituales, patres
„hos enim hoc modo appellavit Do
„*mater mea*, & *fratres mei*, & *p*
„*ſunt, qui faciunt voluntatem Patris n*
„*in cœlis eſt. Matth.* 11. Cum diſtra
„negotioſis noli commorari, neque
„vivium cum ipſis pergas, ne te fo
„ſuas deceptiones trahant, & a ſilent
„quillitatisque diſciplina abducant. I
„clines aurem tuam ad eorum ſer
„nam revera noxii ſunt: ad fidele
„ſit tibi deſiderium, & labor cordis
„æmulationem luctus eorum. *Pſ.* 10
„Quodſi quisquam eorum, qui ſec
„charitatem Dei incedunt, te ad man
„dum invitaverit, proficiſcere quider
„cito revertere ad cellam tuam. Si fi
„teſt, extra eam ne dormieris umqu
„in te ſemper maneat quietis gratia.

Solitudo ſervanda. 7. „Non ſis lautorum ciborum cu
„nec cibis extraneorum ſatiaveris ve
„tuum, ut ne tibi eorum cupiditas
„niat, & deſiderium externarum men
„inferat; dictum enim eſt: *Ne ſeduca*
„*turitate ventris. Prov.* 24. *v.* 15. Qu
„videris aſſidue extra cellam tuam v
„recuſa: noxia enim eſt extra cellam
„tinua commoratio, gratiam aufert,

„bilat prudentiam, ardorem reſtinguit. Operari manibus cura idque pro viribus die ac noſte, ne quem graves, quin potius aliis tribuas, quemadmodum hortatur S. Paulus Apoſtolus. 1. *Theſſ.* 2. *v.* 9. Ut in eo etiam tædii dæmonem vincas ceterasque hoſtis cupiditates avellas; adjacet enim pigritiæ tædii dæmon & *in deſideriis eſt* ſicut dicitur. *Prov.* 13. *v.* 4. Traditionis, & acceptionis peccatum fugias: ſive ergo vendis ſive emis, parum te de juſto pretio fraudа, ne in mores nimium exactos, aut erga pretium lucroſum cupidos inductus ad noxias animæ cauſas incidas, contentionem, perjurium per ſermonis tui permutationem, & in iis venerandam inſtituti noſtri dignitatem ignominia afficias: ſed etſi quod melius eſt, elegeris, in alium fidum hominem curam tuam rejice, quo tranquillus ſpe bona jucundaque perfruaris. *Opus manuum.*

8. „Cum ſedes in cella tua, collige mentem tuam, memento diei mortis, vide tunc corporis mortificationem, cogita calamitatem, laborem, doloremque aſſume, condemna vanitatem hujus mundi, curam gere modeſtiæ, & ſedulitatis, ut poſſis manere ſemper in eodem vitæ quietæ propoſito, nec in infirmitatem incidas. Memor eſto quoque ſtatus præſentis in inferno, reputa, quemadmodum illic degant animæ, in quo amariſſimo ſilentio, aut in quo acerbiſſimo gemitu, in quali timore, anxietate, expectatione graviſſima: reputa numquam *Meditatio.*

„deſinentem dolorem, lachrymas a
„quæ ſine carent. Sed & recordar
„reſurrectionis ac exhibitionis coram
„imaginare tremendum, & horribile
„judicium, profer in medium, quæ
„toribus repoſita ſunt, ignominiam i
„ſpectu Dei, & Chriſti ejus, Angel
„& cunctorum hominum. Item ſu
„omnia, ignem æternum, vermem in
„talem, tartarum, tenebras, ſtridorem
„tium, terrores, ac tormenta. Profer
„que ea, quæ juſtis repoſita ſunt bon
„duciam cum Deo Patre, & Chriſto
„Angelis, & omni populo, regnum, ej
„dona, gaudium, & voluptatem. H
„utrorumque memoriam adduc in me
„tuam, ac de peccatorum quidem j
„ingemiſce, fle, indue habitum luctus
„ritus, ne tu quoque in illis conſiſta
„bonis vero juſtorum gaude, & lætar
„tum his frui contende, tum ab illis
„alienus: cave, ne horum umquam
„viſcaris, ſive intra in cella tua ſis,
„extra alicubi.

Jejunium. 9. „Jejunium pro virili coram Deo ex
„illud peccata tua expiabit, animam o
„mentem ſanctam efficit, pellit dæmo
„Deum prope nos adducit. Porro cum
„mel in die comederis, ne iterum ma
„care concupiſcas, ut non fias ſumtuo
„animumque tuum conturbes: hinc po
„tum ad beneficentiæ opera abundare,
„ipſius corporis affectus extinguere. Q

„do autem advenerint fratres, & neceſſe „fuerit, te bis terque te comedere, ne inge„miſcas, quin potius gaudeto, quod neceſ„ſitati obtemperes, & bis vel ter mandu„cans gratias age Deo, eoquod legem cha„ritatis impleveris, quodque ipſum ſane „Deum noſtræ vitæ diſpenſatorem habiturus „ſis. Quandoque etiam corporis invaletu„do contingit, adeo, ut bis vel ter ſæpius „edere oporteat, ad id mens tua parata ſit: „non enim corporales profeſſionis noſtræ la„bores locum in morbis habere debent, ſed „quædam remittenda ſunt, quo citius ad „ſanitatem quis reverſus iterum eisdem au„ſteræ vitæ ſeſe exerceat laboribus. Cæte„rum de abſtinentia a cibis nihil divinus „ſermo ne manducaremus prohibuit. *Gen.* 9. „Quocirca a cibis abſtinere noſtræ volunta„tis, & animæ labor eſt.

10. „Humi cubationem, & vigilias cæte„rasque auſteritates libenter tolera reſpiciens „ad futuram gloriam, quæ revelabitur tibi „cum omnibus ſanctis. Si animo dejecto es, „ora, ora autem cum timore, tremore, & „labore maxime propter malignos inviſibiles „inimicos noſtros, qui, quoties viderint, „nos ad orationem ſtare, toties ſedulo ado„riuntur, eaque menti ſuggerunt, quæ pre„cum tempore nequaquam cogitare debe„mus, ut animum noſtrum captivum ab„ducant, & inutilem reddant precis ſuppli„cationem: inanis enim revera eſt ac inu„tilis oratio, quando non cum timore, &

 „tre-

„tremore peracta fuerit. Nam ad homi
„regem accedens cum timore, & tren
„deprecationem ſuam exequitur, nonne
„go multo magis cunctorum Domino Ch
„regi regnantium conſimiliter aſſiſtendum
„& offerenda ſupplicatio? Quoniam Deo
„ria in ſæcula. Amen.

Capita aſcetica. *Nota.* His hactenus recenſitis Evagrii opu D. Gallandius in ſua Bibliotheca tria alia jungit, quæ inter Sancti Nili opuſcula Suareſius, ſunt autem capita 33. per g quosdam congruenter diſpoſita. Item ſpi les Sententiæ per Alphabetum digeſtæ nu 25. & denique aliæ ſententiæ numero 26. opuſculis S. Nili reſervamus.

EVAGRII PONTICI
AD ANATOLIUM.
DE OCTO VITIOSIS COGITATIONIBUS.

1. „Extat Evagrii Antirrheticus ex div
„Scripturis collectus contra dæ
„nes tentatores in octo partes diviſus ju
„numerum octo cogitationum, ait Socrat
„cui ſubſcribunt Palladius, Gennadius, S
„das, & Nicephorus, cujus ſcripti exem
„videtur eſſe illud, quod in Bibliothecis
„trum, & inter opera Damaſceni jam
„prodiit ſine locis S. Scripturæ a libra
„omiſſis, retentis tantum Evagrii verb
„quæ pravas hominum cogitationes gra

„ce depingebant. Hujus tractatus græcum „textum ex duobus codicibus regiis in inte„grum reſtituens anno 1680. Pariſiis in lucem „eduxit Bigotius, quam editionem ſuæ Bib„liothecæ inſeruit Gallandius, appoſita vul„gari interpretatione in Bibliotheca Patrum „Pariſienſi extante, illis etiam additis, quæ „in ſuo exemplari legebat vetus interpres „ſive Rufinus ſive Gennadius ex aliis Eva„grii aſceticis lucubrationibus.

2. „Octo ſumma vitioſarum cogitationum „ſunt genera, ſub quibus omnis cogitatio „continetur: prima eſt gulæ, ſecunda libi„dinis, tertia avaritiæ, quarta triſtitiæ, „quinta iræ, ſexta deſidiæ, ſeptima inanis „gloriæ, octava ſuperbiæ: hæ autem om„nes, ut animæ negotium faceſſant, in no„bis ſitum non eſt, ut autem in ea moram „non trahant, vel trahant, aut perturbatio„nes excitent, vel non excitent, id vero „noſtri arbitrii ac poteſtatis eſt. *Octo vitioſæ cogitationes.*

3. „Gulæ cogitatio monacho in mentem „immittit, ut quam celerrime a colendo pie„tatis inſtituto deſciſcat, ſtomachi nimirum „& hepatis, & ſplenis dolores, & hydro„poim, & diuturnum morbum, & rerum „neceſſariarum penuriam ac medicorum in„opiam ob ipſius oculos depingens; quin „ſæpe quoque quorumdam fratrum memo„riam nobis refricat, qui in hæc incommo„da inciderunt, & interdum etiam eos ip„ſos, qui ejusmodi incommodis affecti fue- *Gulæ.*

„runt, inducit, ut continentiæ ſtudioſos adeant, quasque calamitates ipſis exponant, ſeque eas monaſticæ vitæ aſperitate contraxiſſe afferant.

Libidinis. 4. „Libidinis dæmon variorum corporum deſiderio animas inflammat, acriusque eos, qui continentiæ ſtudent, urget, quo nimirum tamquam fruſtra laborantes inſtitutum ſuum abrumpant, & animam inficiens ad ejusmodi opera deprimit, & dicere, & rurſus audire verba facit non ſecus, ac ſi res ipſæ cernerentur, ac præſto eſſe.

Avaritiæ. 5. „Avaritia longam ſenectutem, manuumque in conficiendis operibus imbecillitatem, & famen futuram, & morbos eventuros, ac paupertatis moleſtias animo proponit, illudque præterea, turpe ac probroſum eſſe, ea, quæ neceſſaria ſunt, ab aliis accipere.

Triſtitiæ. 6. „Triſtitia nonnumquam hinc oritur, quod quispiam cupiditatibus ſuis privetur, nonnumquam iram comitatur: ob privationem cupiditatis ita oritur. Cogitationes quædam primum, & domum, & parentes, ac priſtinam vitæ rationem animæ in memoriam revocant, cumque eam non repugnantem, ſed in voluptationis cogitatione conceptis ſe diffundentem perſpexerint, tunc demum arreptam eam mœrore obruunt, tamquam priſtinæ res jam non „exi-

„exiſtant, nec deinceps ob præſentis vitæ „inſtitutum exiſtere queant. Sic miſera ani„ma, quo magis in priores cogitationes dif„fuſa eſt, hoc magis in ſecundis contrahi„tur, & dejicitur.

7. „Iracundia acutiſſimus affectus eſt, ſi„quidem indignationis fervor, & concitatio „adverſus eum eſt, qui læſus aut læſiſſe vi„detur. Hæc porro cum alias ſemper ani„mum in rabiem agit, tum præſertim inter „precandum mentem abripit, nimirum ejus „qui læſit perſonam velut ſub oculis collo„cans, interdum etiam cum inveteraverit, „noctu tumultus ciet, corporisque tabem, „& pallorem, ac ferarum incurſiones: hæc „autem quatuor poſt iram contingunt, ut quam „plurimas cogitationes comitari quispiam re„periat. *Ira.*

8. „Deſidiæ dæmon, qui etiam meridia„nus vocatur, dæmonum omnium graviſſi„mus eſt, & monachum ſub horam quar„tam aggreditur, animam autem ipſam ad „horam usque octavam poſſidet; & primum „quidem id facit, ut ſol torpidus aut omnis „motus expers eſſe ac dies ipſe quinquagin„ta horis conſtare videatur: deinde ut per„petuo ad feneſtras monachus proſpectet, „quin eum quoque ex cella exire cogit, at„que oculos in ſolem defigere ac perpendere, „quantum ab hora nona diſtet, ac denique „hic, & illuc circumſpicere, num quis fra„trum adſit. Quin etiam loci, & ipſius quo- *Deſidiæ.*

„& anima, quæ ad orationem torpet.
„crebrius recordari, quam Spiritum du
„oportet.

14. „Ad omnem anhelitum animi v
„lantiam, & nomen Jeſu, & mortis m
„tationem, & humilitatem adjunge: ing
„tem enim ambæ utilitatem afferunt.

15. „Fac ſermonem de Deo frequenti
„quam cibos repetas: da operam, ut creb
„Deum in mente habeas, quam Spirit
„ducas.

16. „Deus mente comprehendi non
„teſt: nam ſi in comprehenſionem cadit, D
„certe non eſt.

17. „Vis a Deo cognoſci? Fac homi
„bus quam maxime ſis ignotus; ſi illud ſe
„per memineris, rerum omnium tuarum
„ſpectorem Deum eſſe, non peccabis, Deu
„que contubernalem habebis.

18. „Homo nulla re propius ad ſimi
„tudinem Dei accedit, quam bene de al
„merendo; Illud tamen in beneficiis da
„dis cavendum, ne ea veluti quæſtui h
„beamus.

19. „Deus nullius ope eget, ſapiens a
„tem Deo duntaxat opus habet.

20. „Deo dignum te iſtud reddet, ſi n
„hil ipſo indignum committas.

21. „Deu

„vel ſuperbiæ, vel triſtitiæ dæmoni tentandum jam eum relinquens, ſiquidem ipſi cogitationes ipſius ſpei adverſantes objicit, interdum etiam eum, qui paulo ante venerandus ac Sanctus Sacerdos erat, libidinis dæmoni exagitandum tradit.

10. „Superbiæ dæmon acerbiſſimum animæ lapſum accerſit; ipſam enim adducit, ut Deum adjutorem minime confiteatur, verum ſibi ipſi, quæ recte gerit, adſcribat, & adverſus fratres velut ſtolidos intumeſcat, quod videlicet idem de ſe non omnes exiſtiment. Hanc autem ſequitur ira, mœror, mentis alienatio, & furor, ac copioſa dæmonum multitudo, quæ in aere conſpicitur. *Superbia.*

11. „Quinque ſunt opera, quorum adjumento Dei benevolentia conciliatur. Primum pura oratio: ſecundum Pſalmorum decantatio, tertium divinorum Spiritus oraculorum lectio, quartum, peccatorum, & mortis ac magni judicii cum animi dolore recordatio: quintum manuum labor. *Monita.*

12. „Si in corpore tamquam corporis expers Deo inſervire cupis, cura, ut ſine ulla intermiſſione precationem occulte in pectore tuo habeas: ſic enim anima tua ante mortem ad angelorum ſimilitudinem accedit.

13. „Quemadmodum corpus noſtrum anima remota mortuum, & foetidum eſt, ſic

EVAGRII MONACHI

SENTENTIÆ AD EOS, QUI IN COENOBIIS, ET XENODOCHIIS HABITANT FRATRES.

1. „Evagrii antirrhetico duos libellos ſub„dit Gallandius in ſua Bibliotheca, „quos ita laudat Socrates. *Hiſt. Eccl. l.* 4 „*Cap.* 23. Duos carminum libros ſcripſit „Evagrius, alterum ad monachos, qui in „cœnobiis ſeu congregationibus degunt, al„terum ad virgines: ait S. Hieronymus „*Epiſt. ad Eteſiph.* Evagrius Ponticus Ibe„rita ſcribit ad Virgines, ſcribit ad mona„chos: & Gennadius *de vir. illuſt. cap.* 17. „compoſuit & cœnobitis, & ſynoditis do„ctrinam aptam vitæ communis, & ad Vir„gines Deo ſacratas libellum competentem „religioni, & ſenſui. Quos libros Rufinus in „Latinum vertit.

2. „Hæredes Dei audite ſermones, co„hæredes autem Chriſti percipite eloquia „Chriſti, ut detis ea cordibus filiorum ve„ſtrorum, verba autem ſapientium doceatis „eos. Pater bonus erudit filios ſuos, pater „autem nequam diſperdet eos. Fides ini„tium charitatis, finis autem dilectionis ſci„entia Dei. Timor Domini cuſtodit animam, „continentia autem bona confortat illam. „Sufferentia Viri generat ſpem, ſpes autem „bona glorificabit illum. Qui ſervituti ſub„jicit

„jicit carnes ſuas, impaſſibilis erit, qui au-„tem nutrit eas, dolebit ſuper illàs. Spiri-„tus fornicationis in corporibus intemperan-„tium, Spiritus autem pudicitiæ in animis „abſtinentum. Seceſſio cum charitate puri-„ficat cor, ſeparatio autem cum odio con-„turbat illud. Melior milleſimus in chari-„tate, quam ſolus cum odio in ſpeluncis. „Qui alligat memoriam malitiæ in animam „ſuam, ſimilis eſt ei, qui abſcondit ignem „in paleis. Ne dederis eſcas multas corpori „tuo, & non habebis in ſomnis phantaſias „malas, quas extinguit eſuries. Vir iracun-„dus terrebitur, manſuetus autem intrepi-„dus erit. Qui orat pro inimicis, immemor „eſt malitiæ, qui autem linguæ parcit, non con-„triſtabit proximum ſuum. Si exacerbaverit „te frater tuus, induc eum in domum tuam, „& ad ipſum ne pigeat te introire, ſed man-„duca cum eo panem tuum: hoc enim fa-„ciens eripies animam tuam, & non erit „tibi offendiculum in tempore orationis. Si-„cut charitas gaudet paupertate, ſic odium „delectatur divitiis. Non potietur dives ſcien-„tia, & camelus non introibit in foramen „acus; ſed nihil horum impoſſibile eſt apud „Deum. Qui diligit pecuniam, non videbit „ſcientiam, & qui congregat illam, conte-„nebrabitur.

3. „In tabernaculis humilium commora-„bitur Dominus, in domibus autem ſuper-„borum multiplicabitur maledictum. Inho-„norat

„norat Deum, qui transgreditur legem ejus, „qui autem cuſtodit eam, glorificat facto-„rem ſuum. Si æmularis Chriſtum, beatus „efficieris, morte autem ejus morietur ani-„ma tua, & non contrahes a carne tua ma-„litiam, ſed erit proceſſus tuus ſicut ortus „ſtellæ, & reſurrectio tua ſicut ſol fulgebit. „Væ iniquo in die mortis, & injuſtus peri-„bit in tempore malo. Animas juſtorum de-„ducent angeli, animas autem malorum ſu-„ſcipient dæmones.

4. „Immiſericors monachus inops erit, „enutriens autem pauperes hæreditabit the-„ſauros. Melior eſt paupertas cum ſcientia, „quam divitiæ cum ignorantia. Ornamen-„tum capitis corona, ornamentum autem „cordis ſcientia Dei. Poſſide ſcientiam, & „non argentum, & ſapientiam ſuper divi-„tias multas. Juſti hæreditabunt Dominum, „Sancti autem nutrientur ab eo. Qui miſe-„retur pauperibus, exterminat iram, & qui „nutrit eos, implebitur bonis. In corde „manſueto requieſcit ſapientia, ſedes autem „impaſſibilitatis (ſeu pacis) anima bene ope-„rans. Qui ponit laqueum, comprehende-„tur in eo, & qui occultat illum, diſperiet „ab eo. Melior eſt ſæcularis manſuetus, „quam monachus iracundus. Scientiam di-„ſperdit iracundia, longanimus autem con-„gregat eam. Qui orat frequenter, effugiet „tentationes, negligentis autem cor contur-„babunt cogitationes.

5. „Non

5. „Non te delectet vinum, & te non „illiciet caro. Ne dicas: hodie feſtus dies, „& bibamus vinum, & craſtino Pentecoſte „& manducabo carnem, eoquod non eſt fe„ſtivitas apud monachos in terra ad replen„dum ventrem ſuum. Paſcha Chriſti tran„ſitus a malitia eſt, Pentecoſte Domini ſu„ſcitatio charitatis, Feſtivitas Dei oblivio „malorum, retinentem autem malitiam ap„prehendit luctus; Feſtivitas Dei ſcientia ve„ra, qui autem intendit falſæ ſcientiæ, mo„rietur turpiter. Melius eſt jejunium cum „mundo corde, quam epulatio in imundi„tia animæ. Qui diſperdit cogitationes ma„las de corde ſuo, ſimilis eſt ei, qui alli„dit parvulos ad petram.

6. „Monachus ſomniculoſus incidit in „mala, qui autem vigilat, ſicut paſſer vo„labit. Ne dederis te in vigiliis narrationi„bus ſupervacuis, & non abjicias ſermones „ſpirituales: quoniam Dominus inſpicit cor „tuum, & non te ſtatuit innocentem ab „omni malo. Somnus multus incraſſat cor, „Vigiliæ autem bonæ acuunt mentem. Som„nus multus ſuperinducit tentationes, qui „autem vigilat, effugit eas. Sicut ignis „liquefacit ceram, ſic vigiliæ bonæ cogita„tiones malas. Melior eſt vir dormiens, „quam monachus vigilans in ſermonibus va„nis. Somnium angelorum lætificat cor, „ſomnium autem dæmonum conturbat illud.

 7. „Pæ-

7. „Pœnitentia, & humilitas erexerunt „animam, eleemoſyna autem & manſuetu„do confirmaverunt eam. Memento ſemper „Patris tui, nec obliviſcaris judicium æter„num, & non erit delictum in anima tua. „Si Spiritus acediæ aſcenderit ſuper te, ne „relinquas domum tuam, & non declines „in tempore triſtitiæ: & ſplendidum fiet cor „tuum, ſi perſeveraveris. Spiritus tædii „abigit lachrymas, Spiritus autem triſtitiæ „contribulat orationem. Cupiens divitias „ſollicitus eris multum. Non remoretur co„gitatio mala in corde tuo. Sicut ignis au„rum probat, ſic cor monachi tentatio. Au„fer a te ſuperbiam, & vanam gloriam, & „Jactantiam longe facito a te: qui enim ex„petita privatur gloria, contriſtabitur, qui „vero adeptus eſt, fiet ſuperbus. Ne dede„ris ſuperbiam cordi tuo, & ne dixeris in „conſpectu Domini, potens ſum, ut non Do„minus derelinquat animam tuam, & ma„ligni dæmones humilient illam.

8. „Converſationem monachi cuſtodit ſci„entia; qui autem ab ea diſcedit, incidit „in latrones. De petra ſpirituali manat flu„vius, anima autem bene agens bibit ex eo. „Vas electionis anima munda, immunda au„tem replebitur amaritudine. Sine impaſſi„bilitate non exaltabitur cor. Charitatem an„tecedit impaſſibilitas, ſcientiam autem an„tecedit dilectio: ſcientiæ adjicietur ſapien„tia, impaſſibilitatem vero generat pruden„tia. Timor Domini generat ſapientiam, „fides

fides autem Chriſti donat timorem Dei. Clamorem & blasphemiam averſatur ſcientia, ſermones autem doloſos fugit ſapientia.

9. „Audi monache ſermones patris tui, & ne irritas facias eruditiones ejus: cum miſerit te, obaudi ei, & quantum ad mentem comitere cum eo: hoc enim modo effugies cogitationes malas, & maligni dæmones non prævalebunt adverſum te. Si crediderit tibi pecuniam, non diſpergas illam, & ſi ſuper operatus fueris, non detineas apud te. Malus diſpenſator contributabit animas fratrum, & memor malitiæ non miſerebitur eorum. Qui diſperdit ſubſtantiam monaſterii, fraudat Deum, & qui negligit eam, non erit impunitus. Iniquus diſpenſator diſtribuit male, juſtus autem, ut dignum eſt, diſpenſabit.

10. „Qui male loquitur de fratre ſuo, exterminabitur. Melior eſt ſæcularis in infirmitate ſerviens fratri, quam anachoretes, qui non miſeretur proximo ſuo. Inſipiens monachus negligit inſtrumenta artis ſuæ, ſapiens autem curam habebit illorum. Ne dixeris: hodie maneo, & cras exibo, quia non in ſapientia cogitaſti de hoc ipſo. Circuitor monachus meditabitur ſermones falſos, proprium autem ludificabitur patrem. Qui exornat veſtimenta ſua, & implet ventrem ſuum, paſcit cogitationes turpes, & cum Sanctis Concilium non habebit. Si introieris in vicum,

„non proximaveris mulieribus, nec mora„tus fueris ſermocinari cum eis, ne abſtra„hatur anima tua. Longanimus monachus „impaſſibilitate gaudebit, qui autem exacer„bat fratres, ſuos odibilis erit. Manſuetum „monachum diligit Dominus, turbulentum „autem repellit a ſe. Piger monachus mur„murabit, & ſomniculoſus dolorem capitis „fingit. Si contriſtatus fuerit frater tuus, „conſolare illum, & ſi dolet, condole illi; „hoc modo enim lætificabis cor ejus, & the„ſaurum tibi cumulabis in cœlis. Monachus, „qui diſſimulat cuſtodire ſermones Patris, „maledicet canis patris ſui, & derogabit vi„tæ filiorum ejus: Dominus autem annulla„bit eum.

11. „Qui occaſionem quærit, ſeparabit „ſe a fratribus, patrem autem ſuum incuſa„bit. Ne dederis auditum tuum ſermoni„bus, qui ſunt contra patrem tuum, & non „ſuſcites animam inhonorantis illum, ut non „Dominus iraſcatur in operibus tuis, & de„leat nomen tuum de libro vivorum. Qui „obedit patri monaſterii, diligit ſemetipſum, „qui autem contradicit ei, incidet in mala. „Beatus monachus, qui cuſtodit præcepta „Domini, & ſanctus, qui ſervat ſermones „patrum ſuorum. Piger monachus multa „detrimenta patietur, ſi autem perſtiterit in „audacia, & habitum ſuum perdere adjiciet. „Qui cuſtodit linguam ſuam, dirigit vias „ſuas, & qui ſervat cor ſuum, implebitur „ſcientia. Monachus bilinguis turbat fratres, „fide-

„fidelis autem agit quiete. Qui confidit in „ſua continentia, hic cadet, qui autem hu„miliat ſeipſum, exaltabitur. Pſallentis viri „conquieſcet indignatio, & qui longanimis „eſt, interritus erit. Ex manſuetudine ge„neratur ſcientia, ex ferocia autem inſcitia. „Qui inveſtigat convivia, extinguetur lumen „ejus, anima autem ejus videbit tenebras. „Pondera in ſtatera panem tuum, & bibe ad „menſuram aquam tuam, & Spiritus forni„cationis fugiet a te.

12. „Da ſenibus vinum, & ægrotantibus „offer eſcas, eoquod contriverunt carnes ju„ventutis ſuæ. Non ſupplantes fratrem tuum, „& in ruina ejus ne congratuleris: Dominus „enim cognoſcit cor tuum, & tradet te in „die mortis Monachus prudens impaſſibilis „erit, imprudens autem exhauriet mala. „Oculum nequam excæcabit Dominus, ſim„plicem autem eripiet e tenebris. In ani„ma manſueta ſenſus purus. Vir ſapiens „ſcrutabitur ſermones Dei, inſipiens autem „irridebit eos. Melior eſt ſcientia Trinitatis „ſuper ſcientiam incorporalium, & conſide„ratio ejus ſuper rationem omnium ſæculo„rum. Cani ſenum manſuetudo, vita autem „illorum ſcientia vera. Juvenis manſuetus „multa ſuffert, puſillanimem autem ſenem „quis ſuſtinebit? Vide iracundum ſenem ela„tum ultra tempus ſuum, ſpem tamen non „habet junior, quam ille.

13. „Qui ſcandalizat ſæculares, non erit „impunitus, & qui exacerbat eos, inhono„rabit nomen ſuum. Conturbantem Eccle„ſiam Domini exterminabit ignis, reſiſten„tem autem ſacerdoti deglutiet terra. Qui „amat pacem, manducabit favum ejus, & „qui colligit eam, implebitur melle. Ho„nora Dominum, & cognoſces incorporalia, „& ſervi illi, & oſtendet tibi rationes ſæ„culorum. Carnes Chriſti actus virtutum, „qui autem manducat eas, efficietur impaſ„ſibilis. Sanguis Chriſti, conſideratio facto„rum, & qui bibit illum, illuminabitur ab „eo. Pectus Domini ſcientia Dei, qui au„tem recubuerit ſuper illud, prædicator erit „divinorum. Plenus ſcientia, & actorum „bonorum obviaverunt ſibi, medius autem „inter utrumque ſtetit Dominus. Qui ac„quiſivit dilectionem, acquiſivit theſaurum, „accepit autem a Domino gratiam magnam. „Conſilia dæmonum cognoſcit ſapientia, „aſtutiam autem illorum inveſtigavit pru„dentia.

14. „Non ſpernas decreta ſancta, quæ „poſuerunt patres tui, fidem autem Baptiſ„mi tui non derelinquas, & non repellas „ſignaculum ſpiritale, ut adſit Dominus ani„mæ tuæ, & protegat te in die malo. Ser„mones hæreticorum nuntii mortis, qui au„tem ſuſcipit illos, perdet animam ſuam. „Nunc ergo fili audi me, & non accedas „ad oſtia virorum iniquorum, neque ambu„les ſuper laqueos eorum, ut non capiaris.

„Sepa-

ſpara animam tuam a ſcientia falſa; ete-
m ego ſæpe tenebroſos eorum ſermones
veſtigavi, & venenum aſpidum inveni in
s.: non eſt prudentia, non eſt ſapientia
viis eorum; omnes, qui ſuſcipiunt eos,
ribunt, & qui diligunt eos, implebuntur
alis. Vidi ego patres dogmatum illo-
m, & in deſertis commiſi cum illis: ini-
ici enim Domini obviaverunt mihi, &
emones in verbis concertaverunt adver-
m me, & non vidi lumen verum in ſer-
onibus eorum. Vir mendax excidet a Deo,
ducens autem proximum incidet in mala.
elior eſt paradiſus Dei ſuper hortum olu-
ulorum, & fluvius Domini ſuper fluvium
agnum contenebrantem terram. Fidelior
qua cœleſtis ſuper aquam Ægyptiorum ſa-
entium haurientium de terra, Qui exal-
nt verba ſua, humiliantur. Sapientia Do-
ini exaltat cor, intellectus autem illius
rificat illud. Rationes Providentiæ ob-
uræ, & vix intelligibiles conſiderationes
dicii: vir autem bene agens cognoſcit eas.
ui purificat ſe, conſpiciet naturas intelli-
biles, rationes autem incorporalium cog-
oſcet monachus mitis. Qui creaturam di-
t Trinitatem, blasphemat Deum, & qui
ernit Chriſtum ejus, non cognoſcit eum.
onſiderationes creaturarum dilatant cor,
erba autem prudentiæ exaltant illud.
cientia incorporalium elevat ſenſum, &
anctæ Trinitati applicabit eum. Memen-
ote ejus, qui dedit vobis in Domino
roverbia luculenta, & non obliviſcami-

„ni animam ejus humilem in tempore orationis.

SENTENTIÆ AD VIRGINES.

1. „Dilige Dominum, & amabit te, & „ſervi illi, & illuminabit cor tuum. „Honora matrem tuam ſicut matrem Chriſti, & ne exaſperes canitiem ejus, quæ „peperit te, & non derelinquas viam pacis. „Exoriens ſol videat codicem in manibus „tuis, & poſt ſecundam horam opus tuum. „Ora ſine intermiſſione, & memento Chriſti, qui genuit te. Conventus virorum devita, ut non fiat idolum in anima tua, & „erit tibi offendiculum in tempore orationis. „Chriſtum habes dilectum, projice abs te viros omnes, & non vives exprobrabilem „vitam. Animoſitatem & iram longe facito „a te; & memoria malitiæ non demoretur „apud te. Ne dicas: hodie comedo, & craſtino non comedam, quoniam non in ſapientia facis hoc; erit enim noxa corpori „tuo, & dolor ſtomacho tuo. Edere carnem non bonum, & bibere vinum non optimum, offerre autem oportet iſta infirmantibus.

2. „Virgo turbulenta non ſalvabitur, & „quæ in delitiis agit, non videbit ſponſum „ſuum. Ne dicas, contriſtavit me famula, „retribuam ei: quia non eſt ſervitus in filiis „bus Dei. Non des auditum tuum verbis „vanis, & narrationes vetularum fuge cir-

„cum-

cumeuntium; ferias ebrioſarum ne videas, & in nuptias alieni non abieris: immunda enim apud Dominum omnis virgo faciens hæc. Aperi os tuum Verbo Dei, & & cohibeas fac multiloquio linguam tuam. Coram Deo humilia te ipſam, & exaltabit te dextera ejus, ne avertaris a paupere in tempore tribulationis, & non deficiet oleum lampadis tuæ. Omnia fac propter Dominum, & noli quærere ab hominibus gloriam; quoniam gloria hominis ſicut flos fœni, gloria autem Domini manet in æternum.

3. „Virginem manſuetam diligit Dominus, virgo autem iracunda odibilis eſt. Obaudiens virgo miſericordiam ſubſequetur, contradicens autem valde inſipiens eſt. Murmuroſam virginem diſperdet Dominus, gratam autem liberat a morte. Turpis riſus, & exprobrabilis impudicitia, omnis autem inſipiens talibus implicabitur. Quæ exornat veſtes ſuas, etiam pudicitia excidet. Non commoreris ſæcularibus, ut non avertant tuum cor, & irrita faciant conſilia juſta. Lachrymis in nocte roga Dominum, & nemo ſentiat orantem te, & invenies gratiam. Concupiſcentia deambulationum, & deſiderium alienarum domuum, avertit ſtatum animæ, & corrumpit bonam voluntatem ejus: fidelis virgo non formidabit, quæ autem infidelis eſt, fugiet etiam umbram ſuam.

4. „In-

4. „Invidia conſumit animam, & livor „devorat eam. Quæ contemnit ſororem in„firmam, & a Chriſto longe erit. Ne dicas, „meum hoc, & tuum illud, in Chriſto enim „Jeſu omnia communia. Non inquiras vi„tam alterius, & ruinæ ſororis tuæ non „congaudeas. Subminiſtra indigentibus vir„ginibus, & in nobilitate tua ne extollaris. „Non proferas verbum de ore tuo in Eccleſia „Domini, & ne extollas oculos tuos: ete„nim Dominus cognoſcit tuum cor, & om„nes cogitationes tuas inſpicit. Omnem ma„lam concupiſcentiam repelle a te, & non „contriſtabunt te inimici tui. Pſalle de cor„de tuo, & non moveas tantum linguam „tuam. Fatua virgo diligit argentum, pru„dens autem apponet & panem ſuum. Ani„ma Virginis vulnerata vix ſanabilis. Ne „dederis animam tuam cogitationibus malis, „ut non polluant cor tuum, & mundam ora„tionem longe a te faciant. Gravis triſti„tia, & intolerabilis acedia: Lachrymæ au„tem ad Dominum validiores utrisque. Fa„mes & ſitis marceſcere facit concupiſcen„tias malas, Vigilia autem bona purificat „ſenſum.

5. „Iram & animoſitatem avertit dilectio, „memoriam autem malitiæ confundunt mu„nera. Qui detrahit ſorori ſuæ occulte, de„foris ſtabit a thalamo ſponſi, & clamabit, „& non erit, qui exaudiat eam. Virginis „immiſericordis extinguetur lampas, & non „videbit advenientem ſponſum ſuum. Vi-

„trum

„trum cadens in terram a ſaxo comminue„tur, & virgo adjuncta viro non erit inno„cens. Melior mulier manſueta Virgine ira„cunda. Quæ attrahit in riſu ſermones viri, „ſimilis eſt circummittenti laqueum collo „ſuo. Sicut margarita in fundibulo aureo, „ſic virginitas cooperta reverentia. Cantica „dæmonum, & tibiæ reſolvunt animam, & „diſperdunt fortitudinem ejus, quam cuſtodi „per omnia, ut non exprobrabilis fias. Non „delecteris in riſu, & vituperantibus non „collæteris, quoniam Deus derelinquet eas. „Non exprobrabis ſororem tuam edentem, „& in abſtinentia tua non exalteris: non enim „ſcis, quid cogitavit Dominus, aut quis ſta„bit in conſpectu ejus. Quæ miſeretur li„ventibus oculis ſuis, & tabeſcentibus car„nibus ſuis, non lætabitur ſuper impaſſibi„litate animæ. Gravis abſtinentia, & vix „dirigibilis caſtitas, ſed nihil dulcius cœleſti „ſponſo.

6. „Animæ Virginum illuminabuntur, „animæ autem immundarum videbunt tene„bras. Vidi viros corrumpentes virgines in „doctrinis ſuis, & vanam facientes virgini„tatem earum; tu autem audi filia doctri„nas Eccleſiæ Dei, & nemo alienus perſua„deat tibi. Deus fundavit cœlum, & ter„ram, & providit omnibus, & lætatur in „eis, & non eſt angelus non capax malitiæ, „& non eſt dæmon natura malus: utrum„que enim liberi arbitrii fecit Deus. Sicut „homo ex corpore corruptibili, & anima

„ſub-

„ſubſiſtit rationabili, ſic enim & Dominus „noſter natus eſt ſine peccato; manducavit, „& crucifixus eſt: non erat viſio ficta in „oculis hominum. Erit mortuorum reſur„rectio, & mundus tranſibit iſte, & juſti „hæreditabunt lumen, impii autem inhabi„tabunt tenebras. Virginis oculi Deum vi„debunt, aures autem Virginis audient ver„ba ejus. Virginis os oſculabitur ſponſum „ſuum, odoratus autem Virginum in odorem „unguentorum ejus curret. Manus Virgi„num palpabunt Dominum, & caſtitas car„nis acceptabilis illi erit. Virgo anima co„ronabitur, & cum ſponſo ſuo vivet ſemper; „veſtimentum ſpiritale dabitur ei, & cum „angelis in cœlo feriabitur. Inextinguibi„lem accendet lampadem, & oleum non de„ficiet in varis ejus: accipiet divitias æter„nas, & hæreditabit regnum Dei. Mei ſer„mones filia dicti ſunt ad te, verba autem „hæc ſervet cor tuum. Memento Chriſti cu„ſtodientis te, nec obliviſcaris adorandam, „& unius ſubſtantiæ Trinitatem.

EVAGRII IN יהוה.

Sequens fragmentum ſeu Scholion in יהוה ſive de tetragrammato Dei nomine velut Scriptoris anonymi foetum edidit Joannes Crojus *ſpeciem conject.* propter nomen tamen tamen Evagrii, & quia inſigne eſt, emendatius typis mandari curavit Cotelerius *memor. Eccl. Græc. tom.* 3. Ex cujus edito illud in ſua Bibliotheca refert Gallandius, quod tale eſt. „Prop-

„Propter Hebraicam de Domino notio-
„nem hæc dicenda ſunt. Decem nominibus „apud Hebræos Deus appellatur, quorum „unum quidem effertur *Adonai*, id eſt, Do-„minus, alterum autem *Ja*, quod & ipſum „in lingua noſtra verſum eſt Dominus. Aliud „vero præter hæc eſt *tetragammaton* ſeu qua-„tuor litterarum ineffabile apud Hebræos, „quod per catachreſin, ſive abuſionem ipſis „quidem Adonai, nobis autem Dominus. „Porro hoc ajunt ſcriptum fuiſſe in lamina „aurea, quam in fronte gerebat Pontifex „juxta illud, quod in lege dictum eſt, *for-„mationem ſigilli, ſanctificationem Domino* יהוה. „Reliqua vero nomina hæc ſunt: *Ee*, *Eloim*, „*Adon*, *Sabaoth*, *Saddai*, *Jaie*, *Eſerie*. Por-„ro nomen Dei Tetragrammatum hisce ele-„mentis ſcribunt: *Jod*, *Hep*, *Vau*, *Hiep* „יהוה Deus.

„Quod de Domino ponunt ineffabile no-„men per quatuor ſcribitur elementa, ſcili-„cet Jod, Hep, Vau, & Hep interpoſito „medio inter hæc, ſeu poſt duo priora ele-„menta, quod Hebræi vocant *ſen*, & ſigni-„ficat dentes, adeo ut quinque litteræ trans-„latæ hanc ſeriem ſive ſententiam conficiant. „Principium hoc, dentes in eo, is qui vivit: „quatuor quippe elementa interpretationem „habent: *Jod*, principium: *Hep*, hoc: *Vau*, „in eo: *Heth*, qui vivit.

BRE-

BREVIARIUM
FIDEI
ADVERSUS ARIANOS HÆRETICOS;
IN QUO
TRIUM DIVINARUM PERSONARUM ÆQUALITAS PLURIMIS SACRÆ SCRIPTURÆ LOCIS, ET ARGUMENTIS LIQUIDO COMPROBATUR.

Authore incerto ſed antiquiſſimo.

Duæ naturæ in Chriſto.

I. „De Authore hujus Breviarii litigant inter ſe Critici eruditiſſimi, quorum litem decidere nolumus. Videri poteſt D. Gallandius in ſua Bibliotheca, qui hunc Authorem ad ſæculum IV. refert.„ Qui ita ſcribit. „Errare hæreticos „hæc maxima cauſa facit, dum aut ignorant aut nolunt advertere in Domino Jeſu „Chriſto ſicut unam perſonam, ita duas eſſe „ſubſtantias, Deum ex Deo Patre, & hominem ex homine matre, & quæ de ſe „Dominus ſecundum diſpenſationem carnis „aſſumptæ loquitur, deputant divinitati, ut „illud: *Pater major me eſt. Joan.* 14. *v.* 28. „Et alia hujusmodi: qui ſi vellent advertere „illud

„illud Apoſtoli: *Deus erat in Chriſto*. 2. *Co-„rinth*. 5. *v*. 19. Vel illud Evangelii: *Ver-„bum caro factum eſt*. *Joan*. 1. Ubi audiunt: „*Pater major me eſt*, ſecundum humanitatem „acciperent, ubi vero audiunt: *Ego & Pa-„ter unum ſumus*. Secundum divinitatem di-„ctum non dubitarent. Si hæc ſapienter „vellent diſcernere, & unicuique ſubſtantiæ, „quod ſuum eſt, deputare, facile poterant „rectæ fidei curſum tenere: nam nos ſicut „eum Deum legimus, ita nec majorem nec „minorem Deum usquam legimus, nec cre-„dere religioſa mente debemus.

2. „Sed dicis, fieri non poteſt, ut non „Filius minor Patre credatur, quia ex Pa-„tre eſſe dignoſcitur. Fallit enim conſuetu-„do generationis humanæ: nam apud homi-„nes ideo minorem filium generat Pater, „quia & ipſe minor eſt generatus a patre, „unde creſcente filio pater ſeneſcit, & mo-„riente patre filius ſuccedere comprobatur, „& melior ac potentior patre ſubinde effici-„tur: apud Deum vero creſcere, vel ſene-„ſcere divinitas non habet, unde minorem „generare non potuit, ſed perfectus perfe-„ctum, omnipotens omnipotentem, plenus „plenum, ita ut omnino, qualis eſt Pater, „talis & filius cognoſcatur, ſicut ipſe dicit: „*Qui me videt, videt & Patrem*. *Joan*. 14. „*v*. 9. *Divinitas filii*.

3. „Sed

Miſſio ejus. 3. „Sed fortaſſe quia audis miſſum, id„eo putas minorem. Rogo te, Deum credis „eſſe Filium an non? Sine dubio reſponſu„rus es, Deum, quia etſi negare volueris, „ſanctis Scripturis convinceris, ubi Chriſtus „Deus prædicatur. *Rom.* 9. *v.* 5. *Joan.* 20. „*v.* 28. Si ergo Deus eſt Filius, imo quia „Deus eſt, quia per ipſum facta ſunt omnia, „interrogo te, utrum Deus ubique ſit, an „forte localiter? Cum impium ſit negare, „quod ubique ſit Deus; quæſo te, ubi miſ„ſus eſt? Sed miſſionem Filii incarnationem „ejus intellige ipſo Apoſtolo exponente: *Mi„ſit Deus Filium ſuum factum ex muliere.* „*Gal.* 4. *v.* 4.

Æternitas Filii. 4. „Sed adhuc forte dicis: inter gignen„tem Patrem, & genitum filium non potuit „fieri, niſi ut aliquod fuerit ſpatium. Ve„rum ſpatium horæ faciunt, horæ tempus „deſignant, ac ſic ſi tempus anteponis Filio, „non omnia per ipſum facta fateris, & ubi „eſt illud: *Omnia per ipſum facta ſunt*? Cer„te ſecundum tuam propoſitionem reſpondeo, „qui dicis, Patrem fuiſſe aliquando ſine Fi„lio. Utique legimus pariter in Apoſtolo, „*Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* „1. *Cor.* 1. *v.* 24. Si ergo fuit Pater ſine Fi„lio, fuit ſine virtute ſine ſapientia; ſed quia „ſine his numquam fuiſſe Pater credendus „eſt, hoc convenit ſaluti tuæ, ut juxta fidem „Catholicam conſempiternum Patri, & æqua„lem Filium fatearis; quia & virtus ejus „legitur ſempiterna dicente Apoſtolo: *Sem-*

„piter-

„*piterna quoque virtus ejus, & Divinitas.*
„*Rom.* 1. *v.* 20.

5. „Sed inquiunt: In tantum major eſt „Pater, ut priori ſemper nominetur loco. „Verum etſi priori ſemper loco nominaretur, „valde videbatur eſſe conveniens, quia ex „ipſo eſt Filius, non ille ex Filio; tamen „ut æqualitatem agnoſcas, audi in Scriptu„ris, ubi etiam prior Filius nominatur. Joan„nes ait: *In principio erat Verbum, & Ver„bum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* „*Joan.* 1. In verbo utique Filium indica„vit. Et Apoſtolus ad Epheſios. *Cap.* 5. „*v.* 5. *Fornicator non habet hæreditatem in* „*regno Chriſti, & Dei.* Ecce hic priori loco „Filius nominatur, quod idem. *Gal.* 1. *v.* 1. „2. *Theſſ.* 2. *v.* 15. 2. *Cor.* 13. *v.* 13. Et „ipſe Dominus dicit: *Ego & Pater unum* „*ſumus. Joan.* 10. *v.* 30. Ecce quoties priori „loco Filius nominatur? Sed quia in Patre, „& Filio æqualitas eſt, nullum præjudicium „nec ante nec poſtea nominatus alteri pote„rit exhibere; quia nulla eſt diverſitas, ubi „eſt æqualis in utroque divinitas, & ubi „unus Deus creditur, ibi minor, & major „excluditur. Neſcit enim numerum unitas, „& gradum non admittit æqualitas; ipſa „enim per ſe ratio docet, quia unus nec „poſteriorem recipit, nec priorem: compa„rationem & ſeparationem neſcit habere, „qui ſolus eſt, nec minor poteſt eſſe, qui „plenus eſt; quia perfectioni nec addi quid„quam poteſt nec minui. Credantur ergo *Æqualitas.*

„tres Perſonæ, ſed non tres ſubſtantiæ, tres „proprietates ſed non tres poteſtates, ita „una ſine principio ſempiternitas, ſicut una „ſine fine majeſtas. Sine auctore Pater, ſi„ne tempore Filius, ſine majore Spiritus „Sanctus. Nos enim catholici Dominum no„ſtrum Jeſum Chriſtum minorem dicimus Pa„tre propter humanitatem aſſumtam, æqua„lem vero propter Deitatem perpetuam; quia „*eſt verus Deus*. 1. *Joan*. 5. *v*. 20.

Pater an ſolus Deus.

6. „Hoc etiam perfidus error dicere ſo„let, quod ubi in Scripturis legimus aut „ſolum Deum, aut ſolum altiſſimum, aut „ſolum ſapientem, hoc non de Trinitate, „ſed de ſolo Patre accipi ſoleat. Quod quam „abſurdum ſit, ita ſentire, de hoc uno teſti„monio convincatur: dicit enim Apoſtolus: „*Cognitum ſoli ſapienti Deo. Rom*. 16. *v*. 26. „Non intelligunt, quia non dixit, ſoli ſa„pienti Patri, ſed ſoli ſapienti Deo, quæ „eſt Trinitas: nam dum ſoli Patri hoc de„putant, Filium inſipientem blasphemant.

Inviſibilitas.

7. „Solent etiam dicere: ideo minor eſt „Filius, quia viſibilis, pater autem inviſi„bilis. Sed non intelligunt, quia nec Filius „in ſubſtantia deitatis ſuæ ſit viſibilis niſi in „aſſumto homine, qui Chriſtus dicitur: nam „Filius Dei, id eſt Verbum, quod erat in „principio Deus apud Deum, videri in ſua „ſubſtantia non potuit, ſicut nec Pater in „ſubſtantia ſua. Interrogo autem illum, qui „dicit, quod viſus ſit Filius, utrum ani-

„mam

„mam ſuam viſibilem an inviſibilem fateatur, „& cum dixerit inviſibilem, dicatur ei: ſi „Creatura anima tua inviſibilis eſt Creatura „Dei, creator univerſitatis, quomodo po„tuit eſſe viſibilis? Sed ideo induit carnem, „quæ videri poterat, quia Deitas ab homi„ne videri non poterat. Hac carne major „eſt Pater, æqualis Verbo major carne; „æqualis ei, per quem fecit nos, major eo, „qui factus eſt propter nos: nam quod Deus „ſit Filius ex teſtimoniis ſuperius poſitis evi„denter perdocemur.

8. „Hinc etiam occaſionem accipere ca„lumniandi ſolent, quod Dominus in Evan„gelio dixerit: *Non poteſt Filius aliud fa„cere quidquam, niſi quod viderit Patrem fa„cientem. Joan.* 5. *v.* 19. Quod carnalis ſen„ſus non intelligens ideo dictum putat, ut „ſe ex Patre eſſe oſtenderet, utpote & Deum „& Filium, quomodo inter homines fieri „ſolet, veluti pater artifex filium ſuum arti„ficium ſuum docet, ut quod viderit patrem „operantem filius, hoc ſpecialius imitetur. „Quod quam abſurdum ſit de Deo Patre om„nipotente credere, qui eſt incorporeus, in„viſibilis, immenſus, evidenter poteſt cog„noſci. Nam qui ſic ſentiunt, interrogandi „ſunt; mundus iſte a quo ſit factus? Uti„que a Filio minime denegabunt. Dicant „igitur, ubi vidit Filius Patrem ante facien„tem alium mundum, ut ſic poſtea ille iſtum „crearet, præſertim cum apud potentiam „Dei voluiſſe creaſſe ſit: *Ipſe dixit, & fa-*

Quomodo filius cum Patre operatur.

„*cta ſunt.* Diſcant ergo credere, Filium in „Patre, & Patrem eſſe in Filio, quia Divi„nitas ubique tota tam Patris quam Filii „quam Spiritus Sancti ſine ſeu usquam eſſe „poteſt, ſicut ipſe dicit: *Ego in Patre, & „Pater in me. Joan.* 10. *v.* 38. Si ergo nos „homines, quod facere volumus corpore, ani„mo noſtro meditatione præmiſſa Sapientia „exequente perficimus, quomodo non Deus „Pater cum Deo Filio, qui eſt Sapientia ſua, „in una voluntate cuncta & una operatione „perficit? Sed nec alia Pater facit, alia Fi„lius, ſed eadem, quæ Pater facit, ipſa & „Filius facit. *Joan.* 5. *v.* 19. Ideo dixit: „*Non poteſt Filius a ſe facere quidquam, niſi „quod viderit Patrem facientem.* Ut cogno„ſcamus & credamus, quia ex Patre eſt Fi„lius, & non ex ſemetipſo, vel aliunde, „ſed conſempiternus Patri: quia & Pater in „ſe ſemper perfectus exiſtit, nec ei aliquan„do aliquid defuit vel acceſſit; nam ſi ali„quando ſine Filio Pater, imperfectus fuit „Pater, fuitque ſine Verbo & Sapientia, quæ „ſunt Filius. Unde quando Filius dicit: *Do„cuit me Pater. Joan.* 9. *v.* 28. Hoc eſt, „ſcientem genuit me Pater.

Immortalitas. 9. „Dicunt etiam: ideo major eſt Pater, „quia eſt immortalis: ſed interrogandi ſunt, „utrum Filium in ſubſtantia deitatis ſuæ „mortalem eſſe fateantur, quod ſi dixerint, „quam contra rationem dicant omnis agno„ſcere poteſt, qui etiam humanam animam „imortalem eſſe non ambigit, ſed hoc eis „dicen-

„dicendum, quod ſecundum carnem dicatur „paſſus & mortuus, nam ſecundum divini- „tatem immortalis permanet. Dicunt etiam „eſſe viſibilem, quod quam abſurdum ſit, „agnoſcant, qui hoc dicunt, cum nec ani- „ma humana poſſit eſſe viſibilis, quanto ma- „gis Deus in ſua ſubſtantia.

10. „Nunc de Sancti Spiritus deitate pau- „ca de multis teſtimoniis ſunt ponenda, quem „non ſolum minorem aſſerere, ſed etiam „Deum omnino dicuntur hæretici denegare. „Audiant pauca de deitate Spiritus Sancti. „In Geneſi dicitur: *Spiritus Domini fereba- „tur ſuper aquas. Gen.* 1. *v.* 2. Hoc eſt „eminentia poteſtatis non inopia neceſſitatis. „Et in Evangelio: *Spiritus eſt Deus. Joan.* 4. „*v.* 24. Et ne forte de Patre dictum intel- „ligas, ſequitur: *Spiritus ubi vult ſpirat. „Joan.* 3. *v.* 8. Ut eum ſuæ poteſtatis „eſſe non dubites. Et 1. *Corinth.* 12. *v.* 4. „*ſeqq.* Munera ſua vel *diviſiones gratiarum* „tamquam Dominus prout vult diſpenſat „nulli ſubditus, cui nulla contradicit aucto- „ritas. Et ad Corinthios ait: neſcitis, *quo- „niam Dei templum Dei eſtis, & Spiritus Dei „habitat in vobis? Siquis autem templum Dei „violaverit, diſperdet illum Deus;* & quis iſte „Deus ſit, ait: *Neſcitis, quia membra veſtra „templum ſunt Spiritus Sancti.* 2. *Cor.* 6. *v.* 19. „Et quis ſit iſte Spiritus Sanctus, ſic conclu- „dens demonſtrat: *Glorificate, & portate „Deum in corpore veſtro.* Agnoſce Spiritum „Sanctum evidenter Deum. Et in Actibus

Spiritus S. divinitas.

„Apoſtolorum beatus Petrus ad Ananiam, „qui Deo voverat oblationem, & poſtmo„dum extitit indevotus, ſic dicit: *Qui „compulit te mentiri Spiritui Sancto? Non es „mentitus hominibus, ſed Deo. Act. 5. v. 3.* „Ecce & hic eum evidentiſſime Deum eſſe „beati Petri atteſtatio manifeſtat. Item ibi „dixit Spiritus Sanctus: *Segregate mihi Pau„lum, & Barnabam ad opus, ad quod elegi „eos. Act. 20. v. 28.* Et beatus Paulus inibi „dixit: *Attendite vobis, & univerſo gregi, in „quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos. „Act. 20. v. 28.* Et quis Apoſtolos ſegre„gat, mittit, & ponit ſuper gregem niſi Deus „dicente Paulo: *Et quosdam poſuit Deus pri„mum Apoſtolos &c. 1. Cor. 13. v. 28.* Qui „etiam ait Spiritum Sanctum per os Prophe„tarum locutum eſſe. *Act. 28. v. 25.* Sane „ſi Spiritus Sanctus Deus non eſſet, non „in Baptiſmo in uno nomine deitatis Patri, „& Filio ſociaretur, ſicut ſcriptum eſt: *Bap„tizate omnes gentes in nomine Patris, & Fi„lii, & Spiritus Sancti. Matth. 28.* Et ubi „unum nomen dicitur, ibi & major, & mi„nor excluditur.

Spiritus S. quomodo miſſus.

11. „Sed dices: Spiritus Sanctus minor „eſt, quia miſſus legitur. Sed quid dictu„rus es, cum legis in Iſaia Propheta ex „perſona Chriſti dicentis: *Dominus miſit me, „& Spiritus ejus. Iſ. 48. v. 16.* Sicuti ergo „Filii miſſio Incarnatio declaratur, ſic etiam „Spiritus Sancti miſſio, cum ſe dignatus eſt „aut in columbæ ſpecie, vel in igne aut di„ver-

verſis hujuſmodi aſſumptis indiciis declarare. Quomodo ergo minor credendus eſt, qui etiam Deum Chriſtum, qui ſicut ipſe æqualis eſt Patri, approbatur ad noſtram remiſſionem miſiſſe? Et non ſolum miſiſſe, ſicut per Iſaiam dictum memoravimus, ſed etiam carnem creaſſe, ſicut habes in Evangelio Angelum ad Mariam dixiſſe: *Spiritus Sanctus veniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Luc.* 1. *v.* 35. Non enim generatione, ſed juſſione & benedictione Sancti Spiritus conceptus eſt Chriſtus, ſicut & alius Evangeliſta ait: *Inventa eſt habens in utero de Spiritu Sancto. Matth.* 1. *v.* 18.

12. „Interrogandi ſunt tamen hæretici, cujus major offenſa ſit, qui in Patrem peccat, an qui in Spiritum Sanctum, quem dicunt Deum non eſſe, & cum dixerint, majorem offenſam eſſe, qui in Patrem peccat, interrogandi ſunt iterum; filii Iſrael utrum Patri peccaverint, an alteri? Cum reſponderint, quia Patri peccaverunt, iterum interrogandi ſunt, ſi eis fuerint dimiſſa peccata: utique non negabunt. Deinde interrogandi ſunt, ut exponant, quomodo intelligant dictum a Domino: *Quicunque in „Spiritu Sancto peccaverit, non remittetur ei „neque in hoc ſæculo neque in futuro. Matth.* 12. „*v.* 32. Si Deus non eſt, quare tam gravis „ejus offenſa a Domino eſſe dicatur? Ite„rum interrogandi ſunt, ſi fuerint filii Iſrael „contumaces Deo, an non? Cum non ne„gaverint, quia nec poſſunt, dicendum eſt

„eis, quomodo accipiant illud, quod beatus „Stephanus Judæis exprobrat: *Vos ſemper „reſiſtitis Spiritui Sancto. Act.* 7. *v.* 51. In„terrogandi etiam ſunt, quid majus ſit, „utrum cœli an virtutes cœlorum? Et cum „ſine dubio dixerint, virtutes cœlorum, di„cendum eſt eis: in tantum Spiritus San„ctus minor non eſt, ſed ſummus eſt, ut „cum Verbo Domini dicantur cœli creati, „Spiritu Sancto virtutes cœlorum. Accipe „adhuc, ubi Creator evidenter Spiritus San„ctus deſcribitur. Job dicit: *Spiritus divi„nus, qui fecit me. Job.* 33. *v.* 4. Ubi & „Deum & Creatorem oſtendit, ſic & David „dicit: *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. „Pſ.* 103. *v.* 30. Interrogandi etiam ſunt, „ſi Creatura ubique eſſe poteſt, an non? Et „cum reſponderint, quod non, dicendum: „Spiritus Sanctus Deus eſt, qui ubique eſſe „deſcribitur. *Pſ.* 138. *v.* 7. Item interrogan„di, utrum poſſit alius præter Deum pec„cata dimittere, & cum reſponderint, quod „nemo niſi ſolus Deus. *Luc.* 6. *v.* 21. Di„cendum eſt eis, ſine dubio Spiritus San„ctus Deus eſt, qui remiſſionem peccatorum „conferre dignoſcitur, ſicut Dominus dixit: „*Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeri„tis peccata, remittentur eis. Joan.* 20. *v.* 22. „Qui etiam in Baptismo cum Patre, & Fi„lio baptizatis remiſſionem tribuit peccato„rum.

Conſubſtantialitas Spiritus S.

13. „Audi etiam, quod Spiritus Sanctus „Deus eſt, qui frequenter cum Patre, &

„Filio

Filio copulatur: nam, quod unius ſubſtantiæ ſit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Iſaias Propheta dicit: *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* Quo loco per tres digitos in tribus Perſonis unam ſubſtantiam eſſe docuit. Quod Apoſtolus de Trinitate dictum intelligens ait: *Omnia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Rom.* 11. *v.* 16. Id eſt, ex Patre, & Filio, & Spiritu Sancto continentur. Audi adhuc, quia Trinitas in unitate manet, & unitas in Trinitate, Angelorum voces declarant in Iſaia, ubi Seraphim hymnum dicitur dicere: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Iſ.* 6. *v.* 3. Non tres Sanctos, ſed ter Sanctum concluſit dicendo, Dominus Deus Sabaoth, id eſt, ut tres Perſonas, & unum Deum intelligas: non ſemel dicunt, ne ſingularitatem credas, non bis, ne Spiritum Sanctum excludas, non Sancti Domini Sabaoth, ne tres deos fatearis.

14. „Præterea Spiritum Sanctum Deum eſſe ex operationum æqualitate quivis facile poterit approbare. Sicut enim ſalvat Pater, ita & Filius, ita & Spiritus Sanctus. De Patre: *Salva nos Deus noſter. Pſ.* 105. *v.* 47. De Filio venit *ſalvum facere, quod perierat.* De Spiritu Sancto: *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Tit.* 3. *v.* 5. Sicut confortat Pater, ita & Filius, ita & Spiritus Sanctus. Eſther de Patre: *Conforta me Rex. Eſth.* 14. *v.* 12. De Filio: *Qui me confortavit.* 1. *Tim.* 1. *Operationum æqualitas.*

„*v.* 12.

„*v.* 12. De Spiritu Sancto. *Puer conforta-*
„*batur. Luc.* 1. *v.* 80. Vivificat Pater, ita
„& Filius, ita & Spiritus Sanctus. *Sicut*
„*Pater ſuſcitat mortuos, & vivificat, ita &*
„*Filius. Joan.* 5. *v.* 21. De Spiritu Sancto:
„*vivificatus Spiritu.* 1. *Petri* 3. *v.* 18. Sicut
„liberat Pater; ita & Filius, ita & Spiri-
„tus Sanctus. De Patre: *Deus excelſus li-*
„*berator eorum. Pſ.* 77. *v.* 3. De Filio: *Ve-*
„*ritas liberabit vos. Joan.* 8. *v.* 36. De Spi-
„ritu Sancto. *Spiritus vitæ liberavit me a lege*
„*peccati. Rom.* 8. *v.* 2. Eligit Pater, ita &
„Filius, ita & Spiritus Sanctus; de Patre:
„*Qui elegit nos ante mundi conſtitutionem.*
„*Eph.* 1. *v.* 3. De Filio: *Ego elegi vos.*
„*Joan.* 15. *v.* 16. De Spiritu S. *Segregate*
„*mihi Barnabam, & Paulum ad opus, ad quod*
„*elegi eos. Act.* 13. *v.* 2. Creator dicitur
„Pater, ita & Filius, ita & Spiritus San-
„ctus: de Patre *Deo, qui omnia creavit.*
„*Eph.* 3. *v.* 9. De Filio: *Ab ipſo creata*
„*ſunt univerſa. Coloſſ.* 1. *v.* 17. De Spiritu
„Sancto: *Emitte Spiritum tuum, & creabun-*
„*tur. Pſ.* 103. *v.* 30. Sicut prædixit Pater,
„ita & Filius, & Spiritus Sanctus: de Pa-
„tre *Deo, qui prædixit pati Chriſtum ſuum.*
„*Act.* 3. *v.* 18. De Filio: *Præcedet vos in*
„*Galilæam, ibi eum videbitis, ſicut prædixit*
„*vobis. Marc.* 16. *v.* 7. De Spiritu Sancto:
„*Oportet impleri Scripturam, quam prædixit*
„*Spiritus Sanctus per os David. Act.* 1. *v.* 16.
„Magnus Pater, ita & Filius, ita & Spiri-
„tus Sanctus: De Patre: *Magnus Deus no-*
„*ſter. Pſ.* 47. *v.* 2. De Filio: *Expectantes*
„*bea-*

„*beatam ſpem & adventum gloriæ magni Dei,*
„*& Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Tit.* 2. *v.* 13.
„De Spiritu Sancto: *Dominus tranſiit*, *&*
„*Spiritus Sanctus*, *& fortis.* 3. *Reg.* 19. *v.* 11.
„Sicut charitas Patris, ita Filii, ita & Spi-
„ritus Sancti. De Patre: *Superabundavit*
„*charitas Dei noſtri.* 1. *Tim.* 1. *v.* 14. De
„Filio: *Charitas Chriſti urget nos.* 2. *Cor.* 5.
„*v.* 14. De Spiritu Sancto: *Charitas Dei*
„*diffuſa eſt iu cordibus noſtris per Spiritum*
„*Sanctum*, *qui datus eſt nobis. Rom.* 5. *v.* 5.
„Vitam æternam dat Pater, ita Filius, ita
„Spiritus Sanctus. De Patre: *Vitam æter-*
„*nam dabit nobis Deus.* 1. *Joan.* 5. *v.* 11. De
„Filio: *Ego vitam æternam do eis. Joan.* 10.
„*v.* 27. De Spiritu Sancto: *Qui ſeminat in*
„*Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam. Ga-*
„*lat.* 6. *v.* 8. Sicut pacem dat Pater, ita
„Filius, ita & Spiritus Sanctus. De Patre:
„*Pax Dei, quæ ex ſuperat omnem ſenſum. Phi-*
„*lip.* 4. *v.* 7. De Filio: *Pacem meam dimit-*
„*to vobis. Joan.* 14. *v.* 27. De Spiritu San-
„cto: *Prudentia autem Spiritus vita*, *& pax.*
„*Rom.* 8. *v.* 6. Revelat Pater, ita & Fi-
„lius, ita & Spiritus Sanctus. De Patre;
„*Ut revelaret Filium ſuum in me. Gal.* 1.
„*v.* 16. De Filio: *Neque enim ego ab ho-*
„*mine accepi illud*, *ſed per revelationem Jeſu*
„*Chriſti.* v. 12. De Spiritu Sancto: *Nobis*
„*revelavit Deus per Spiritum.* 1. *Cor.* 1. v. 10.
„Illuminat Pater, ita & Filius, ita & Spi-
„ritus Sanctus. De Patre: *Tu illuminabis*
„*lucernam meam Domine. Pſ.* 17. v. 26. De
„Filio: *Exurge, qui dormis*, *& illuminabit te*
„*Chri-*

„*Chriſtus. Eph.* 5. v. 14. De Spiritu Sancto: „*Deus illuxit in cordibus noſtris.* 2. *Cor.* 4. „v. 6. Sicut dicitur Evangelium Patris, „ita & Filii, ita & Spiritus Sancti. De „Patre: *Quæ eſt ſecundum Evangelium glo-* „*riæ beati Dei.* 1. *Tim.* 1. v. 11. De Fi- „lio: *Cui ſervio in Spiritu meo, in Evange-* „*lio Filii ejus. Rom.* 1. v. 9. De Spiritu „Sancto: *Vobis miniſtraverunt hæc, qui vobis* „*evangelizaverunt in Spiritu Sancto.* 1. *Petri.* 1. „v. 12. Sicut illuxit Pater, ita Filius, ita „& Spiritus Sanctus. De Patre: *Deus illu-* „*mina tenebras meas. Pſ.* 17. v. 29. De Fi- „lio: *Deus Dominus, & illuxit nobis. Pſ.* 117. „v. 27. De Spiritu Sancto: *Illuxit Spiritus* „*meus ſuper univerſam domum Iſrael. Ezech.* 39. „v. 29. Præſcientiam habet Pater, ita Fi- „lius, ita & Spiritus Sanctus. De Patre: „*Deus, qui occultorum cognitor es. Dan.* 13. „v. 42. De Filio: *Sciebat Jeſus, quis eum* „*eſſet traditurus. Joan.* 6. De Spiritu San- „cto; *Quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis.* „*Joan.* 16. v. 13. Sicuti ubique dicitur „eſſe Pater, ita & Filius, & Spiritus San- „ctus. De Patre: *Cælum & terram ego im-* „*pleo. Jer.* 23. v. 24. De Filio: *Qui aſcen-* „*dit ſuper cælos, ut impleret omnia. Eph.* 4. „v. 10. De Spiritu Sancto: *Spiritus Domini* „*implevit orbem terrarum. Sap.* 1. v. 7. Ar- „guit Pater, ita Filius, ita & Spiritus San- „ctus. De Patre: *Domine ne in ira tua ar-* „*guas me. Pſ.* 6. De Filio: *Arguam te, &* „*ſtatuam illa contra faciem tuam. Pſ.* 49. „v. 21. De Spiritu Sancto: *Paraclitus ar-*

„*guet*

it mundum de peccato. Joan. 16. v. 8. nus Pater, bonus Filius, bonus Spiri- Sanctus. De Patre: *Pater bone. Joan-* 17. v. 11. De Filio: *Ego ſum paſtor ius. Joan.* 10. v. 14. De Spiritu Sancto: *ritus tuus bonus deducet me in via recta.* 142. v. 11. Sanctificat & juſtificat ſi- Pater, ita & Filius, & Spiritus San- is: *Sanctificati eſtis in nomine Domini Ie- Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.* 1. *Cor.* 6. 11. Sanctus dicitur Pater, Sanctus di- ur Filius, Sanctus & Spiritus Sanctus. Patre: *Sancti eſtote, quoniam ego San- ſum. Lev.* 11. v. 44. De Filio: *Quod cetur ex te, Sanctum vocabitur Filius Dei. ıc.* 1. v. 35. De Spiritu Sancto: *San- enim Spiritus diſciplinæ effugiet fictum. p.* 1. v. 5. Fortis Pater, fortis Filius, tis & Spiritus Sanctus. De Patre: *Deus tis, & patiens. Pſ.* 7. v. 12. De Filio: *vocabitur nomen ejus fortis. Iſ.* 9. v. 6. Spiritu Sancto: *Spiritus fortitudinis in ejus.* Operatur Pater, operatur Filius, c & Spiritus Sanctus. De Patre: *Deus, operatur in vobis, & velle. Philip.* 2. 13. De Filio: *Me oportet operari* opera is, qui miſit me: de Sancto Spiritu: *æc omnia operatur unus atque idem Spiri-*. 1. *Cor.* 11. v. 11. Virtus Pater, vir- s Filius, virtus Spiritus Sanctus. De tre: *Virtus Dei eſt in ſalutem omni cre- iti. Rom.* 1. v. 16. De Filio: *Libenter riabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet me virtus Chriſti.* 2. *Cor.* 12. v. 9. De

„Spi-

„Spiritu Sancto: *Evangelium noſtrum fuit* [illegible]
„*in virtute Spiritus Sancti*. 1. *Theſſ*. 1. v. 5.
„Fons Pater, fons Filius, fons Spiri[illegible]
„Sanctus. De Patre: *Dereliquerunt fon*[illegible]
„*aquæ vivæ*. *Ier*. 2. v. 13. De Filio: *F*[illegible]
„*Sapientiæ Verbum Dei*. *Eccli*. 1. v. 5. D[illegible]
„Spiritu Sancto: *Spiritus ejus ut fons aq*[illegible]
„*Iſa*. 30. v. 27. Charitas Pater, chari[illegible]
„Filius, charitas & Spiritus Sanctus. D[illegible]
„Patre: *Deus charitas eſt*. 1. *Joan*. 4. v. 1[illegible]
„De Filio: *Charitas Chriſti urget nos*. 2. *Co*[illegible]
„*rinth*. 5. v. 14. De Spiritu Sancto: *Obſ*[illegible]
„*cro vos per charitatem Spiritus*. *Rom*. 15
„v. 30. Regenerat Pater, regenerat Fili[illegible]
„regenerat Spiritus Sanctus. De Patre: *R*[illegible]
„*generavit nos in ſpem vitæ æternæ*. 1. *Pet*. 1
„v. 5. De Filio: *Renati per Verbum D*[illegible]
„*vivi*. *Ibid*. v. 23. De Spiritu Sancto: *Si*[illegible]
„*quis non renatus fuerit ex aqua*, *& Spi*[illegible]
„*ritu Sancto*, *non introibit in regnum cœlor*[illegible]
„*Joan*. 10. v. 14. Reſuſcitat Pater, reſu[illegible]
„ſcitat Filius, reſuſcitat Spiritus Sanctu[illegible]
„De Patre: *Deus patrum noſtrorum*, *qui ſu*[illegible]
„*ſcitavit Ieſum*, *& nos ſuſcitabit per pote*[illegible]
„*tiam ſuam*. *Act*. 5. v. 30. De Filio: *La*[illegible]
„*zarum ſuſcitavit a mortuis*. *Ioan*. 12. v. [illegible]
„De Spiritu Sancto. *Spiritus ejus*, *qui ſuſci*-
„*tavit Ieſum a mortuis*, *vivificabit & mor*-
„*talia corpora veſtra propter inhabitantem Spi*-
„*ritum ejus in vobis*. *Rom*. 8. v. 11. Gratia
„Dei Patris, gratia Filii, gratia Spiritus
„Sancti. De Patre: *Quis me liberabit de*
„*corpore mortis hujus? Gratia Dei per Ieſum*
„*Chriſtum*. *Rom*. 7. v. 24. De Filio: *Scitis*

„*gra*-

ratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti. 2. *Cor.* 8.
9. De Spiritu Sancto: *Obſtupuerunt, quo-
iam in gentibus gratia Spiritus Sancti diffu-
ſ eſt. Act.* 10. v. 45. Signat Pater, ſig-
at Filius, ſignat Spiritus Sanctus. De
atre: *Qui ſignavit vos nobiscum in Chriſto,
qui unxit nos Deus.* 2. *Cor.* 1. v. 21. De
ilio: *Audientes Verbum veritatis, Evange-
um ſalutis veſtræ, in quo ſignati eſtis. Eph.* 1.
13. De Spiritu Sancto: *Nolite contriſta-
Spiritum Sanctum, in quo ſignati eſtis in
e redemptionis. Eph.* 4. v. 30. Habitat Pa-
r in credentibus, habitat Filius, habitat
Spiritus Sanctus. De Patre: *Servate
em Sabbati, ut habitem in medio veſtri.*
r. 17. v. 22. De Filio: *Habitare Chri-
um per fidem in cordibus veſtris. Eph.* 3.
17. De Spiritu Sancto: *Neſcitis, quo-
am templum Dei eſtis, & Spiritus Dei ha-
tat in vobis?* 1. *Cor.* 3. v. 16. Scrutatur
ater, ſcrutatur Filius, ſcrutatur & Spi-
tus Sanctus. De Patre: *Scrutans corda,
renes Deus. Pſ.* 7. v. 10. De Filius: *Et
ient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcruta-
or cordis, & renium. Apoc.* 2. v. 23. De
piritu Sancto: *Spiritus omnia ſcrutatur,
iam profunda Dei.* 1. *Cor.* 2. v. 10. Teſti-
cat Pater, teſtificat Filius, teſtificat &
piritus Sanctus. De Patre: *Teſtimonium
ei fidele, ſapientiam præſtans parvulis.
Pſ.* 18. v. 8. De Filio: *Præcipio tibi co-
am Jeſu Chriſto, qui teſtimonium reddidit
b Pontio Pilato.* 1. *Tim.* 6. v. 13. De Spi-
ritu

„ritu Sancto: *Teſtimonium perhibet Spiritui*
„*noſtro. Rom.* 8. v. 16. Oſtendit Pater, oſten-
„dit Filius, oſtendit & Spiritus Sanctus. De
„Patre: *Quem ſuis temporibus oſtendens bea-*
„*tus, & ſolus potens.* 1. *Tim.* 6. v. 15. De
„Filio: *Multa bona opera oſtendi vobis. Joan-*
„*nis* 10. v. 32. De Spiritu Sancto: *Præ-*
„*dicatio mea in oſtenſione Spiritus.* 1. *Co-*
„*rinth.* 2. v. 4. Implet Pater, implet
„Filius, implet Spiritus Sanctus. De Patre:
„*Cælum & terram ego impleo dicit Dominus.*
„*Ier.* 23. v. 24. De Filio: *Dominus autem*
„*impleat corda veſtra.* 2. *Theſſ.* 2. v. 16. De
„Spiritu Sancto: *Implevit omnem locum, ubi*
„*erant diſcipuli congregati. Act.* 2. v. 2. Lo-
„quitur Pater, loquitur Filius, loquitur Spi-
„ritus Sanctus. De Patre: *Deus locutus eſt*
„*in Sancto ſuo. Pſ.* 59. De Filio: *Loquens*
„*Ieſu ad turbas. Matth.* 12. v. 46. De Spi-
„ritu Sancto: *Eſt, qui loquitur in vobis.*
„*Matth.* 10. v. 20. Apparuit Pater, appa-
„ruit Filius, apparuit Spiritus Sanctus. De
„Patre: *Deus gloriæ apparuit Patribus no-*
„*ſtris. Act.* 7. v. 2. De Filio: *Ad hoc ap-*
„*paruit Filius, ut ſolvantur opera diaboli.*
„1. *Ioan.* 3. v. 8. De Spiritu Sancto: *Et*
„*Spiritus apparuit in oculis meis. Iob.* 4. v. 15.
„Veritas Pater, veritas Filius, veritas &
„Spiritus Sanctus. De Patre: *Redemiſti*
„*me Domine Deus veritatis. Pſ.* 30. v. 5. De
„Filio: *Ego ſum via, veritas, & vita.*
„*Ioan.* 14. v. 6. De Spiritu Sancto: *Cum*
„*venerit Spiritus veritatis, docebit vos om-*
„*nem veritatem. Ioan.* 16. v. 13. Ecce uni-
„tatem

tatem operis, non dubites unitatem credere Trinitatis.

15. „Dicere etiam ſolent de Baptismo, quod in eo melius ſit eorum Baptisma quam noſtrum: quia qui de illis ad nos convertuntur, non eos rebaptizamus, ſed per manus impoſitionem reconciliamus, illi vero, ſiquos de noſtris ſeducere poſſunt, inconſideranter rebaptizant. Sed interrogandi ſunt, Baptisma iſtud, quod dant, ſuum dicunt eſſe an noſtrum? Si noſtrum eſt, quare illud præſumunt ſimiliter ut nos baptizando? Si illorum eſt, quare illud violant iterando? Sed nos reverentiam habemus dominicis verbis, & quomodo ipſe juſſit, ita & baptizamus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sed & illos hic certum eſt baptizare; nam ſi ſic baptizarent illi, quomodo credunt in nomine Patris majoris, & in nomine Filii minoris, & in nomine Spiritus Sancti multo minoris? Tunc demum non iterabamus Baptismum, ſed dabamus; quia non ſecundum regulam, quam Dominus tradidit, baptizabant. Sed quid facimus? Bene baptizant, ſed male credunt, bene baptizant, ſed malum eſt, quod rebaptizant; regulariter quidem baptizant, ſed fidem male inſinuant, & dum carnaliter gradus in divinitate faciunt, offenſam divinitatis incurrunt, non metuentes illud, quod Dominus dixit: *Qui ſemel lotus eſt, non indiget, iterum ut lavetur. Ioan.* 13. v. 10. Dixit

Baptismus quando iterandus.

„enim Dominus in Evangelio : *Vos eſtis ſal* „*terræ. Matth.* 5. v. 13. Et quicunque ſa„piens eſt, non hoc ſine cauſa dictum intel„ligit; ſal enim ex aqua fit, ſed ſi iterum „in aquam mittitur, liqueſcit & perit: ſic „qui ſemel baptizatus eſt ex aqua, ſal eſt „effectus, ſed ſi iterum baptizari ſe permit„tat, ad nihilum ſicut ſal in aquam miſſus „redigitur, & anima ejus perpetua morte „punitur: dicit enim Apoſtolus de Eccleſia: „Quoniam *unus panis, unum corpus multi ſu*„*mus.* 1. *Cor.* 10. v. 17. Quia ſicut ex mul„tis granis unus panis efficitur, ita ex mul„tis populis una Eccleſia congregatur. Et „panis, ut omnes norunt, per aquam conſi„citur, & per ignem excoquitur; & omnis „Chriſtianus per Baptiſmi aquam, & ignem „Sancti Spiritus oblatio Dei eſt effectus, di„cente Domino: *Siquis non renatus fuerit ex* „*aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in reg*„*num cœlorum. Joan.* 3. v. 5. Sed ſicut pa„nem jam ſemel coctum, ſi aliquis remittat „in aquam, & velit recommiſcere, & reco„quere, perdit priſtinam dignitatem, & in „nigredinem terramque convertit; ſic talis „efficitur, quicunque in ſe permittit Bapti„mum iterari: & ideo debet unusquisque us„que ad mortem Baptiſmum ſuum Deo ad„juvante ſervare, ſi vult ad regna cœlorum „fideliter pervenire. Nam quicunque ſe re„baptizari permittit, ipſe blaſphemat in Spi„ritu Sancto, dum ſe negat Chriſtianum, & „per aquam ac Spiritum Sanctum fuiſſe re„natum, & neceſſe eſt, ut illam, quam „memo-

„memoravimus, Domini ſententiam commi-
„nantis excipiat: *Quicunque blaſphemaverit in*
„*Spiritu Sancto, non ei remittetur, neque in*
„*hoc ſæculo, neque in futuro. Matth.* 12. v. 32.

Nota. In Bibliotheca D. Gallandii refertur Iſaac ex Judæo liber Fidei de Sancta Trinitate; & de Incarnatione Domini. Qui autem de hoc Scriptore mentionem fecerit, ex antiquioribus, nullus eſt præter Gennadium. *L. de vir. illuſt. Cap.* 26. Qui hæc de eo ſcribit „Iſaac ſcripſit de Sanctæ Trinitatis tribus Perſonis, & Incarnatione Domini Librum obſcuriſſimæ diſputationis, & involuti ſermonis, confirmans, ita in una Deitate tres eſſe Perſonas, ut ſit aliquid in ſingulis proprium, quod non habeat alia. Patrem ſcilicet hoc habere proprium, quod ipſe ſit ſine Origine Origo aliorum: Filium hoc habere proprium, quod genitus genitore non ſit poſterior. Spiritum Sanctum hoc habere proprium, quod nec factus ſit nec genitus, & tamen ſit ex altero. De Incarnatio ne vero ita ſcribit, ut manentibus in ea duabus naturis una credatur Filii Dei perſona". Hæc Gennadius, qui obſcuriſſimæ hujus diſputationis epitomen his verbis complexus eſt, & hunc Scriptorem inter eos collocat, qui paulo ante CCCC. Chriſti annum claruerunt, ut proinde jure arguiſſe videatur Sirmondus, qui ejus libellum primus edidit *oper. tom.* 1. Sæculo IV. exeunte eum floruiſſe. *Iſaac ex Judæo liber fidei.*

SANCTI MARTINI
EPISCOPI TURONENSIS.
TRINÆ UNITATIS, ET UNIUS TRINITATIS CONFESSIO.

Monitum.

S. Martini Turon. confeſſio. Sanctum Martinum Turonenſis Eccleſiæ Antiſtitem non tantum vitæ ſanctitate ſed etiam doctrinæ laude præſtantiſſimum fuiſſe vitæ ejus ſcriptor Sulpitius ſeverus teſtatur, ita ſcribens: „Jam vero in verbis, „& confabulatione ejus quanta gravitas, „quanta dignitas erat, quam acer, quam „efficax, & in abſolvendis Scripturarum „quæſtionibus promtus & facilis. Jeſum teſtor, me ex nullius umquam ore tantum „ſcientiæ, tantum ingenii, tam boni & puri „ſermonis audiſſe. Porro ſub tanti Patris „nomine circumfertur, *Confeſſio trinæ unitatis, & unius Trinitatis* ſtylo ſimplici, & „alicubi obſcuriore, librariorum forte inſcitia „conſcripta, quam anno 1512. primus edi„dit cum aliis opuſculis Jodocus Chlichtoveus, „deinceps vero ſæpius idem libellus virorum „eruditorum Petri Pithoei, Caſparis Bar„thii, Chriſtiani Daumii, typis denuo con„ſignatus fuit. Extat etiam in plerisque „Patrum Bibliothecis. Item ex priſcis mem„bra-

„branis eamdem confeſſionem Trajecti evul„gavit anno 1514. Theod. Pulmannus, cu„jus varias lectiones ad ſuæ editionis cal„cem, quæ Cygneæ prodiit anno 1677. re„jecit Daumius. Verum præ ceteris com„mendanda videtur Thomæ Beauxamis ſo„lertia, qui tres vetuſtiſſimos codices nactus „collatione eorum inſtituta, eumdem Sancti „Præſulis libellum brevi commentario illu„ſtratum prelo commiſit anno 1571, cujus „præſtantiam ediſſerit dicens, complures hæ„reſes hac ſua confeſſione beatus Martinus „evertit: Ebionis, Cerinthi, Marcionis, „Manetis, Apollinarii, Arii, Macedonii, „& Eunomii.

ANALYSIS.

„Clemens Trinitas eſt una divinitas. Ut „autem per Sacramentum cognoſcatur, „unitas eſt ab eo, qui eſt Sanctus & Spiri„tus, a quo, qui eſt, & Unigenitus ſic exi„ſtens divinæ naturæ, lucis, Spiritus, a ſeſe „per naturam, per ſubſtantiam majeſtatis, „poteſtatis, virtutis, divinæ lucis, Spiritus „unus in duobus, & uterque in idipſum: „Pater in Filio, Filius in Patre, in Sancto „Spiritu. Sic tribus Perſonis confitemur „corpus præſcientiæ (id eſt, *ipſum, qui præ„ſcit ab æterno omnia, cujus præſcientia eſt „ipſius ſubſtantia*) quod ſuper omnia cuncta „condidit. In hoc myſterium ergo credi„mus, eſſe ex nullis extantibus cuncta orta, „quod myſterium mens humana concipere

„non poteſt, nec oratoria lingua enarra-
„re, neque diffuſi ſermonis Bibliothecarum
„volumina, ſi totum mundum libri re-
„pleant, divina ſcientia non poſſit inenar-
„rabilis enarrari, qui eſt indicibilis nul-
„lo modo poſſit deſcribi, neque concludi
„aut Verbum aut ſubſtantia propria divini-
„tatis ſuæ. Qui eſt fons divinæ lucis lu-
„minis, ſuæ ſubſtantiæ, naturæ. Silet
„lingua oratoria, quia deficit ſermo de in-
„dicibili: cum conſummaverit mens huma-
„na de divina majeſtate dicere, tunc in-
„cipit. Quanta ſit autem divina clemen-
„tia, nemo ſcit, niſi qui genuit, & ne-
„mo comperit ſecreta Patris, niſi is, qui
„per naturam naſcendi initium amiſit. Om-
„nis ergo manſuetudo, & modeſtia perito-
„rum convertatur ad Prophetam, & Do-
„minica auctoritate præſumat, dicendo: *Cre-
„didi, propter quod locutus ſum. Pſ.* 115.
„Quod autem per myſterium ſimplex ſit pro-
„feſſio, ut fundamentum Eccleſiæ ſolidatæ
„Apoſtolicâ auctoritate prædeſtinatio ſequens
„præſumat dicendo: de cetero nemo mi-
„hi moleſtus ſit, ego credo in Chriſtum,
„& hunc crucifixum: quia cum confite-
„tur Filium hominis, confitetur & San-
„ctum Spiritum, quia e Sancto Spiritu, &
„Maria Virgine mediator naſcitur. Cum
„confitetur primogenitum neceſſe eſt de Uni-
„genito, qui teſtimonium dicat, unum &
„ſolum ſine origine (*ſeu tempore*) eſſe:
„tertiam perſonam Patrem confitetur (*ſci-
„licet quia trium Perſonarum una eſt*) exi-
„ſten-

„ſtentem divinæ naturæ, lucis. Spiritus, „ut dixi, qui ſecundum divinam naturam, „ut ſupra dixi, eſt unus ex duobus, & uter„que in idipſum, Pater in Filio, Filius in „Patre, in Sancto Spiritu, in Sancta Ec„cleſia, nunc & in immortalia ſæcula ſæ„culorum. Amen.

THEOPHILI

EPISCOPI ALEXANDRINI

LITTERARUM MONUMENTA, QUÆ EXTANT OMNIA.

Monitum.

Theophilus anno Chriſti 385. Arcadio Auguſto primum, & Bautone Coſſ. Socrate teſte. *Hiſt. Eccl. L.* 5. *Cap.* 12. Sublato ex hac luce Timotheo menſe Julio deſinente ſacerdotii adminiſtrationem ſuſcepit: eo adnitente funditus exciſum eſt celeberrimum Serapidis templum, quod anno 391. contigiſſe pluribus oſtendit Pagius ad annum Chriſti 389. & rem fuſe deſcribunt Theodoretus. *Hiſt. Eccl. L.* 5. *Cap.* 22. Socrates, *L.* 5. *c.* 16. Et Sozomenus. *L.* 7. *cap.* 15. Neque de hoc facinore ſiluit Eunapius in *vit. Philoſ. cap.* 4. Exinde vero profani cultus idolorum reliquias per Ægyp- *Theophili geſta.*

 tum

tum delevit. Anno circiter 392. Synodus Capuana ob Sedis Alexandrinæ præcipuam in Oriente auctoritatem ipſum delegit ad componendum diſſidium inter Flavianum, & Evagrium Paulino mortuo in Epiſcopatum Antiochenum ſuffectum, ejus tamen judicium Flavianus admittere noluit. Qua de re Sanctus Ambroſius ad Theophilum ſcripſit: Non habet, quod urgeat Evagrius, habet, quod metuat Flavianus, ideoque refugit examen; dent fratres veniam dolori juſto, quia propter ipſos univerſus orbis concutitur, & illi tamen noſtro non compatiuntur dolori. *S. Ambroſ. Ep.* 56. Interfuit præterea Concilio Conſtantinopolitano deſinente anno 394 coacta, ubi Agapii, & Bagadii controverſia de Boſtrenſi Epiſcopatu agitata fuit. Quatuor poſt annos Conſtantinopolim remeavit ad inaugurandum Sanctum Joannem Chryſoſtomum in illius regiæ urbis Præſulem recens electum, quem tamen deinceps ob cauſam Origeniſtarum acriter eſt inſectatus, & in Synodo Quercenſi anno 403. exauctorandum curavit. Denique lethargia correptus ſupremum diem objit anno 412. idibus Octobris Honorio IX. & Theodoſio V. Coſſ. ut ſcribit Socrates *Hiſt. l.* 7. *c.* 7. Adeoque totos 27. annos treſque menſes non completos Alexandrinam rexit Eccleſiam. Complura ſcripſiſſe Theophilum tum ex iis, quæ hodiedum integra ſuperſunt, tum ex eorum fragmentis, quæ interciderunt, apud veteres ſervatis intelligimus. Inter reliqua autem ejus ſcripta principem locum obtinet ejus Cy-

Cyclus Paſchalis 418. annorum, quem rogatu Theodoſii magni contexuit, cum necdum eſſet Epiſcopus. At vero ne tot annorum ſeries aut faſtidium cognoſcendi, aut pigritiam deſcribendi quibusdam afferret, laterculum 100. annorum compoſuit a primo anno conſulatus ejusdem Theodoſii Chriſti vulgari 380. initium ducens, uti teſtatur Cyrillus Alexandrinus in prolog. a. Bucher. *de doctr. temp.* allato, præter quem nihil de hoc Cyclo, & laterculo ad nos pervenit. Reliqua vero Theophili ſcripta, quæ ſuperſunt, ex Tom. VII. Bibliothecæ D. Gallandii deſumpta, ſunt ſequentia.

EDICTUM THEOPHILI ARCHIEPISCOPI ALEXAMDRINI EX PANDECTIS CANONUM BEVEREGII TOM. 2. DESUMPTUM.

CUM SANCTA THEOPHANIA IN DIE DOMINICO INSTARENT.

„Et mos, & honeſtas a nobis exigit, ut „omnem diem Dominicum honoremus, „eumque celebremus: quoniam Dominus no„ſter Jeſus Chriſtus præclarum in ea ſuæ re„ſurrectionis munus obiit; & ideo in ſacris „Scripturis ipſe & primus appellatus eſt, ut „qui ſit nobis vitæ principium, & octavus, „ut qui Judæorum Sabbatismum exſupera„verit. *De jejunio Theophania.*

„verit. Quia ergo accidit, ut Sanctum „Theophaniorum hic eſſet dies jejunio p„agendus, diſpenſemus, & ad utrumq „ſcientes procedamus, ut paucos dactyl „ſumentes ſimul & hæreſes vitemus, q„Domini noſtri Jeſu Chriſti reſurrectio „diem non honorant, & diei jejunii, qu„debetur, reddamus, veſpertinam congreg„tionem expectantes, quæ hic Deo dan„peragitur. Congregamur ergo hic ab h„ra nona.

EJUSDEM COMMONITORIUM, QUOD ACCEPIT AMMON PROPE LYCUM.

Canon I. de communicantibus cum Arianis.

„De iis, qui Arianis communicaverunt & Eccleſias huc usque detinent „ut ſe habet conſuetudo, fiat, ita t„men, ut alii orthodoxi conſtituantur, „illi permaneant. His quoque ita diſpenſ„tis, ut alii urbibus orthodoxi in Thebaid „Epiſcopi fecerunt, qui ab Epiſcopo Apo„line conſtituti, & qui cum Arianis Eccl„ſias habentibus communicantes, puniantu „ſi ipſorum voluntate hoc fecerunt; ſin au„tem proprio Epiſcopo obedierunt, perma„neant, etſi, quod juſtum eſt, non noverint „& ſi omnes quidem populi eos cum ali„rejiciant, alii ordinentur, ſin autem e„retinent cum illis, quibus communicarun„ii quoque eam conſuetudinem experiantu„quaſi ſunt omnes orthodoxi in Thebaid „Epiſcopi.

CA

CANON II.

„De Biſto, qui in Ereba conſtitutus eſt „Presbyter, quærendum eſt, et ſi ali- „cui quidem mulieri ſeparatæ vivente marito „vim attulit, non ſinatur eſſe Presbyter: „nam ne ut laicus quidem debet communi- „care, cum eos, qui tales ſunt, ſeparare „conſueverit Eccleſia. Hoc autem nullum „affert Epiſcopo Apollini præjudicium, ſi eum „per ignorantiam conſtituit, cum Sancta Sy- „nodus juſſerit, eos, qui poſt ordinationem „propter crimen indigni eſſe convincuntur, „expelli. *Clerici adulteri pœna.*

CANON III.

„De Sur autem *Clerico*, quia Apollo Epi- „ſcopus affirmavit, ſe & eum aman- „daviſſe, & ab Eccleſia alienum feciſſe, „ita ſit, ut pronuntiavit Epiſcopus, utente „illo ſuis defenſionibus, ſi vult, & de Epi- „ſcopi ſententia conqueritur. *Excommunicatio ſervetur.*

CANON IV.

„De Panuph, qui in Lyco diaconus con- „ſtitutus eſt, quærere oportet, etſi is „quidem inventus fuerit, cum eſſet cate- „chumenus, fratris ſui Filiam in matrimonii „ſocietatem accepiſſe, poſt Baptiſmum in „clerum promotus in clero maneat, ſi illa „ex vita migrarit, & poſt Baptiſmum cum „ea rem non habuerit; ſin autem cum eſſet „ſide- *De diacono conjugato.*

„fidelis, eamdem fratris ſui Filiam in ma-
„trimonii ſocietatem duxit, ſit a Clero alie-
„nus: non eſt Epiſcopo Apollini præjudi-
„cium, ſi eum per ignorantiam conſtituit.

CANON V.

De lectore fornicario.

„De Jacob quærere oportet: ſi enim le-
„ctor erat, & crimini fornicationis
„eum fuiſſe obnoxium oſtenſum ſit, & a Pres-
„byteris ſit ejectus, deinde is ordinatus,
„ejiciatur accurata examinatione facta, non
„autem ex ſuſurris, & maledictis orta in
„eum ſuſpicione: ſin autem non fuerit in-
„ventus crimini obnoxius, maneat in clero;
„neque enim vanis calumniis animum ad-
„hibere oportet.

CANON VI.

De ordinandis.

„De iis, qui ordinandi ſunt, hæc erit
„forma, ut quidquid eſt Sacerdotalis
„ordinis conſentiat, & eligat, & tunc Epi-
„ſcopus examinet, vel ei etiam aſſentiente
„ſacerdotali ordine in media Eccleſia ordi-
„net, præſente populo, & Epiſcopo allo-
„quente, an etiam ei populus poſſit ferre
„teſtimonium. Ordinatio autem non fiat clan-
„culum: Eccleſia enim pacem habente de-
„cet præſentibus ſanctis ordinationes fieri in
„eccleſiis; in regione autem ſiqui ſint, qui
„communicantium animis communicaverint,
„non aliter ordinentur, quam iis, qui ſunt
„vere orthodoxi Clerici, examinantibus, præ-
„ſente

te rurſus Epiſcopo, & præſentem popu-
n alloquente, ne intercedat aliqua cir-
nventio.

CANON VII.

juæ in ſacrificii rationem offeruntur, po- *De oblatis.*
„ſtea, quæ in myſteriorum uſum con-
untur, Clerici dividant, & nec cate-
umenus ex iis comedat vel bibat, ſed
um Clerici, & qui cum eis ſunt, fide-
fratres.

CANON VIII.

juoniam Hierax dicit, quemdam non *De Clerico fornicario.*
„debere eſſe in Clero, ut qui ſit for-
ationis delatus, Apollo autem Epiſco-
affirmavit, nullum accuſatorem adver-
eum in medium proceſſiſſe: hic quoque
iminetur, & ſi aliquis accuſator fide dig-
s exoritur, & crimen probatur, fide dig-
teſtibus, Eccleſia ejiciatur; ſin autem
nus eſt Clero, & de ejus continentia
imonium feratur, in eo maneat.

CANON IX.

't totius ſacerdotalis ordinis ſententia *De œconomo.*
„alius renuntietur œconomus, in quo
ollo quoque Epiſcopus conſenſit, ut bo-
Eccleſiæ in ea, quæ oportet, impen-
itur.

CA-

CANON X.

De bonis Eccleſiæ. „Viduæ, & pauperes, & peregrinantes ho„ſpites omni quiete fruantur, & ne„mo ea, quæ ſunt Eccleſiæ, ut ſua uſurpet.

EJUSDEM NARRATIO
DE IIS, QUI DICUNTUR CATHARI.

De Catharis. „Declaravit mihi tua pietas, quod qui„dam eorum, qui ſe Catharos nomi„nant, volunt ad Eccleſiam accedere. Quo„niam ergo magna Synodus, quæ Nicææ „habita eſt a Sanctis Patribus noſtris, ſta„tuit, ut ordinentur, qui accedunt, velis „juxta hanc formam eos, qui ad Eccleſiam „accedere volunt, ordinare; ſiquidem vita „eorum recta eſt, & nihil eis adverſatur.

EJUSDEM AGATHONI EPISCOPO.

De illicito matrimonio. „Maximus aſſeruit, ſe Eccleſiæ leges ig„norantem illicito matrimonio con„junctum eſſe, & quia hoc eum male ha„bet, quod non recte, & ex ordine agat, „affirmavit, qui contra leges fecit per igno„rantiam, ſe ab illicita vitæ ſocietate ex „conſenſu abſtenturum, illa etiam hoc vo„lente: ſi ergo probaveris, quod hoc ex „conſenſu faciant, & non fallant, quia eſt „tempus decennale cohabitationis; ſi conſi„deres

„deres eos debere converſari cum catechu„menis, nunc eos ſic diſpenſa: ſin autem „vides, quod decipere velit, & acerbitate „adhuc in eo opus ſit, fac id, quod Deus „tibi ſuggeſſerit, id ſemper ſequens, quod „in uſu eſt, vimque obtinet; nam cum iis „ſis in locis, eorum mentes melius noſſe „potes.

EJUSDEM MENNAE EPISCOPO.

De rei alienæ poſſeſſore.

„Rem juſtam fecerunt Presbyteri in Ge„mino pago, ſi verum dicit, qui de„fert litteras Euſtathii: dicit enim, quod „Cyradium facientem injuriam, nec ab ea „deſiſtere volentem a communione ſeparave„runt. Quia ergo inveni, quod ſuo malo „curam adhibens vult communicare, fac ut „ad ea ita ſe comparet, ut injuriam primum „deponat, & pœnitentiam agere in animum „inducat, ut ſi ſic intellexeris, quod ac„cedit, communionem deſiderans, permit„tas ei, ut cum populis communicet.

THEO-

THEOPHILI ALEXANDRINI
EPISCOPI
EPISTOLA SYNODICA,
AD EPISCOPOS PALÆSTINOS, ET CYPRIOS DE ORIGENIANÆ HÆRESEOS DAMNATIONE.

Interprete S. Hieronymo.

Nitriæ Monachi Origeniſtæ.

1. „Epiſtolam hanc magni ſane ducendam, „in qua auctor plura de origenis „erroribus diſſerit, primus e tenebris eruit „ex pervetuſto Mediolanenſi codice eruditus „Vallarſius cum notis, quæ ſic habet. Arbitror, quod ante noſtras litteras velox „ad vos fama pertulerit, quosdam in monaſteriis Nitriæ Origenis hæreſin ſerere, & „monachorum puriſſimo cœtui potionem turbidam propinare: quamobrem compulſi ſumus ad ipſa loca pergere, ne, dum nos ire „ceſſamus, ii, qui prurientibus blandiuntur „auribus, ſimplicium corda pervertant, & „in illis partibus plebis & monachorum turbent animos; & qui pro ſcelere correpti debuerant agere pœnitentiam, nitantur contra nos, & mendaciorum cuniculis ſubvertant veritatem. Unde juſtiſſimum duxi, „ſcribere ſanctitati veſtræ, & nuntiare, quod „e vicino Epiſcopis congregatis, qui proprie „implerent numerum ſynodi, perrexerim „Nitriam, ubi coram multis Patribus, qui de „tota pæne Ægypto convolaverunt, lecti „ſunt

„ſunt libri Origenis, & conſenſu omnium „condemnati.

2. „Nam cum legeretur volumen περὶ ἀρχῶν id eſt, de principiis, in quibus ſcrip- „tum eſt, quod Filius nobis comparatus ſit „veritas, Patri collatus mendacium. Et rur- „ſum: quantum differt Paulus, & Petrus „a Salvatore, tanto Salvator minor eſt Pa- „tre: & iterum: Chriſti regnum finietur ali- „quando: & diabolus cunctis peccatorum „ſordibus liberatus æquo honore decorabi- „tur, & cum ſuis Chriſto ſubjicietur. Et in „alio libro de oratione: non debemus orare Fi- „lium, ſed ſolum Patrem, nec Patrem cum „Filio. Quid loquar de reſurrectione mor- „tuorum, in qua perſpicue blaſphemat, & „dicit, quod poſt multos ſæculorum recur- „ſus corpora noſtra redigantur in nihilum, „& in auram tenuem diſſolvantur, & reſur- „gens corpus non ſolum corruptibile ſed „mortale erit. De angelis quoque temera- „ria quædam confinxit, ut cuncta in cœlo „miniſteria ſervitutis Dei non ſint in cœlo „creata, ſed diverſis lapſibus varia officio- „rum ſortiti ſint nomina, cauſaſque veteres „præceſſiſſe, quibus creverint vel decreve- „rint; unde nihil in ea purum, nihil a vi- „tiis liberum, & perpetua ſecurum virtute „contendit. Addit: ſicut dæmones nidore „hoſtiarum aſſidentes aris gentilium paſce- „bantur, ita & Angeli ſanguine victimarum, „quas Spiritualium typus immolat Iſraël, fu- „mo thymiamatis delectati, verſabantur prope

Origenis errores.

„monibus quoque, & ſpiritualibus nequitiis „crucem aliquando paſſurum; nec meminit „Pauli ſcribentis: *Chriſtus reſurgens a mor„tuis ultra non moritur; quod enim mortuus eſt „peccato, mortuus eſt ſemel. Rom.* 6. *v.* 9. „Hoc enim quod dicitur *ſemel*, non ſecun„dum recipit nec tertium: unde Apoſtolus „ſciens eum ſemel crucifigi, tota ad Hebræos „affirmat audacia: *Hoc enim fecit ſemel ſeip„ſum offerens. Hebr.* 7. *v.* 27.

Originiſtæ vitentur. 5. „Ob hæc & alia plurima condemnati „ſunt, & ejecti de Eccleſia, & fatuitati jun„cta ſuperbia Epiſcoporum judiciis contra„dicunt, cohæreticum ſuum nitentes ſedi„tione defendere, & per alienas provincias „ſuberrantes damnati damnatum ducem ha„bent. Obſecro itaque vos fratres, ut ſi „illuc veniunt, præceptis Evangelicis eos „ad lachrymas provocetis, ut digne ſuo no„mine, ſcilicet ut monachi, converſantes ſilen„tium diligant, & fidem catholicam, qui„bus nihil omnino eſt præferendum. Sed ut „audio imitantes Zabulum huc illucque di„ſcurrunt, & quærunt, quos ſuis impieta„tibus devorent; putant enim inſaniam fi„dem, audaciam fortitudinem, & ideo ere„cti in ſuperbiam Eccleſiaſticæ prædicationi „Origenis doctrinam, quæ idololatria mixta „eſt, præferunt. Sicubi ergo fratres, & „plebem, quæ vobis credita eſt, turbare „tentaverint, cuſtodite gregem Domini, & „inſanos impetus eorum reprimite: nihil eis „nocuimus, nihil injuriæ intulimus; una

„cau-

„cauſa in nos odiorum eſt, quod usque ad „mortem parati ſumus fidem defendere.

6. „Cetera prætermitto, quomodo nobis „necem inferre tentaverint, quando & Ec„cleſiam, quæ in monaſterio Nitriæ eſt, poſt„quam damnati ſunt, occupaverunt, ut & „nos & plurimi nobiscum Epiſcopi ac mo„nachorum patres ingreſſu ejus prohiberen„tur conductis libertinis & ſervis, qui prop„ter gulam ad omne facinus armati ſunt; „cumque opportuniora Eccleſiæ loca tene„rent, palmarum ramis fuſtes protegebant, „ut ſub pacis inſignibus paratos ad cædem „animos diſſimularent. Atque ut firmior eſſet „factio ad audaciam, multis ingenuorum „pecunias diviſere, qui acceperunt, non ut „ſceleri conſentirent, ſed ut nobis prode„rent conatus eorum, & paratas inſidias „panderent ad cavendum; quod cum cerne„ret innumerabilis frequentia monachorum, „cæperunt omnes vociferari, & paucorum „furorem conſono clamore terrere, ut ſaltem „metu collectam fieri ſinerent, & Eccleſiæ „jura ſervari. At niſi gratia Dei multitudi„nis impetum refrænaſſet, eveniſſet aliquid, „quod ſolet in ſeditionibus fieri; in tantam „enim nefarii homines temeritatem præru„perant, ut ſanctæ quoque converſationis „monachi, & ſemper manſuetiſſimi eorum „furorem ſuſtinere non poſſent. Quæ nos „omnia ſurdis auribus patienter, & humili„ter tulimus, providentes ſaluti eorum, qui „contra nos hoſtiliter pugnabant ita dunta-

Dies Paſchatis.

„xat, ut eccleſiaſticas regulas; & fidem re-„ctam nullius amicitiis donaremus; quod „poteſt Dominus & nobis, & omnibus „ſervis ſuis in commune concedere, ut ne-„ceſſitudini hominum præferamus fidei uni-„tatem. Simulque & vos rogamus, ut ſin-„guli cum populis vobis concreditis oretis „attentius, quo poſſimus hæreticis reſiſten-„tes habere pacem cum his, qui ſemper „pro veritate pugnaverunt, omnesque ſimul „coronam juſtitiæ præſtolemur. Fratres, „qui vobiscum ſunt, plebs, quæ mecum eſt, „ſalutat.

PROLOGUS
THEOPHILI ALEXANDRINI
EPISCOPI
AD
THEODOSIUM IMPERATOREM.

DE SANCTO AC SALUTARI PASCHA, QUOD SECUNDUM LEGEM DIVINAM ANNIS SINGULIS FACIMUS, ET DE EJUS QUÆSTIONIBUS BREVIS, ET CUM DILUCIDA EXPOSITIONE DISSERTATIO.

1. Theophilum Alexandrinum Cyclum, & Laterculum Paſchalem ſcripſiſſe, ſuperius jam memoravimus, ſed eum deperdi-um eſſe inſuper notavimus. Supereſt autem adhuc Prologus, quem auctor ſive ſuo

Cyclo

Cyclo ſive Laterculo præfixit, ejusque Græcam ex Petavio de doctr. *temp. tom.* 2. veterem vero verſionem ex Bucherio *de doctr. temp.* D. Gallandius in ſua Bibl. tom. 7. deſcripſit, quæ modo ſequitur.

2. „Sanctum quidem & beatum Paſcha „apte lex divina diſtinguit, ſimul & men„ſem ejus, in quo debeat fieri, ſignificans, „& diem cum accuratione maxima obſervari „jubens: hæc enim Dei vox eſt in eadem „lege propoſita. *Obſerva menſem novorum, „& facies Paſcha Domino Deo tuo decima quar„ta die menſis primi. Exod.* 12. *v.* 13. Men„ſem autem novum dixit, quem & primum „vocat, in quo adulti fructus adventum „ſuum prænuntiant, veterum ceſſationem. „In decima quarta autem die iſtius primi „menſis obſervari Paſcha præcepit non prop„ter aliam cauſam, niſi propter ſimilitudi„nem lunæ, quæ tunc in fulgore plenum „habet globum proprium; ut nos quoque „perfectum ſplendorem fidei, & ſenſus ge„rentes a peccati tenebris ſegregemur, & ut „vegetati diverſarum varietate virtutum, „earumque foliis velut amænæ arboris ad„umbratione velati tamquam lætæ atque „frugiferæ ſegetes pullulemus. Decimum „quartum autem diem menſis appellat non „ſecundum ſolis curſum, ſed ſecundum lu„nam; Hebræi enim non ex ſolis curſu, „ſed ex lunæ cyclo menſem fieri debere di„xerunt: quoniam & menſis ſecundum lu„nam dicitur, nomenque Archiva lingua *mene* *Paſchæ celebratio præcepta.*

„vocatur. Ægyptii enim primi propter lu„næ celeritatem, ex qua apud quosdam die„rum error naſci ſolebat, ex ſolis curſu men„ſes ac dies ſupputandos facilius credide„runt; eoquod ſol tardius cœlum quam lu„na circumeat, atque ideo poſſit facilius „comprehendi.

Tempus Paſchatis. 3. „His igitur ita ſe habentibus multi „& primum menſem, & in eo Paſchæ de„cimum quartum diem neſciunt: quia fre„quenter ſecundum Hebræos duodecimum „anni menſem hiberni temporis mutationi „confinem atque contiguum ut per omnia „primum ſtatuunt. Hoc autem faciunt, quia „vernæ immutationis ignorant initium, quod „duodecimum Kalendas Aprilis diem juxta „ſolis curſum ſemper incurrit; quod ante „omnia obſervare nos convenit, ne, ſi forte „in hac ipſa mutatione inferius adhuc, & „longius conſtituta per errorem quis deci„mam quartam computet lunam, in Paſcha„lis calculi ratione fallatur, quaſi primi eam „æſtimans menſis. Neque enim in duodeci„mo menſe tempore adhuc hyemis exiſtente, „ut prium dixi, novorum fructuum ponitur „menſis, necdum fructibus novis mature„ſcentibus, quando quidem nec falces ſup„poni meſſibus poſſunt: hoc enim maxime „ſignum primi menſis lex divina conſtituit.

Dies Paſchatis. 4. „Sed quia accidere interdum ſolet. „ut occaſione decimæ quartæ lunæ primi „menſis nonnulli in errorem cadant, ſi de-

„cima

„cima quarta ipſa luna in Dominicum diem „veniat, quo facto neceſſe eſt, jam jejunium ſolvi Sabbati die, quando decima „tertia luna invenitur, & incipimus legi contraria facere, convenit hoc diligentes attendere, ut quoties decima quarta luna in „Dominicum incurrit diem, in ſequentem „ſeptimanam Paſchalem diem potius differamus, duplici hac cauſa. Primum quidem, „ne decima tertia luna inventa in Sabbati „die ſolvamus jejunium, quod conſequens „non eſt, quod nec ipſa lex præcipit, maxime cum & lumen ipſius lunæ imperfectum adhuc in proprio globo eſſe videatur: „deinde ne Dominica luna decima quarta „exiſtente jejunare cogamur, indecentem „rem illicitamque facientes; hoc enim Manichæorum recte conſuetudo poſſidet. Quoniam igitur decima quarta luna veniente „in Dominicam diem jejunare non debemus, neque conſequens eſt, ut ſi in Sabbati die decima quarta luna veniat, ſolvamus jejunium, neceſſario aſſerimus, hoc in „ſeptimanam ſequentem debere differri; qui „tamen ex hac dilatione prævaricationem aliquam circa paſchalem circulum perpetremus. „Quemadmodum enim decimus numerus „complectitur nonum, ſic & quoties decima „quarta luna in Dominicam incurrerit diem, „eoquod in ea jejunare non liceat, in inproximam ſeptimanam differri neceſſe eſt diem „Paſchæ: nullta enim ex hac imminutio fieri „paſchæ videtur, quia ſex ſequentes dies „complectuntur, & reliquos.

5. „Ali-

5. „Aliter autem quod & Salvator no„ſter decimaquarta quidem luna eſt traditus, „hoc eſt quinta poſt Sabbatum, decima quin„ta autem crucifixus die tertio reſurrexerit, „hoc eſt decima ſeptima luna, quæ tunc in „Dominica die inventa eſt, ſicut & ex Evan„geliorum notatione comperimus. Habemus „ergo ſolatium, quo recte facere paſcha „poſſimus, etiamſi dilatio fuerit conſecuta „propter incurrentem neceſſitatem, ut ſi de„cimaquarta primi menſis S. Sabbato eve„nerit luna, aut ſi ante Sabbatum in aliis „ſeptimanæ ſequentis diebus acciderit, ſine „dubitatione Paſcha celebremus: ſi vero in „Dominicum inciderit, omni modo in ſepti„manam ſequentem, ut ſæpius dictum eſt, „conferamus: quia Dominica hebdomadis „prima dies eſt, ut prius dixi.

6. „His ergo demonſtratis atque patefa„ctis, hoc etiam conſiderandum eſt, quod „& lex frequenter cauſa neceſſitatis eos, qui „conſtructione temporis quadam non potue„runt in primo menſe Paſcha celebrare, ſe„cundo idem facere præcipit; melius eſt „enim in neceſſitate poſitos ſuperiora, quam „inferiora ſectari: quoniam inferiora ſupe„rioribus continentur, ſuperiora autem ab „inferiori numero non includuntur. Illud „iterum, quod poſuimus, declarantes, quo„niam decimus numerus nonum intra ſe „contineat, nonus autem decimum conti„nere non poſſit: quodſi lex ad ſecundum „menſem tranſire nos præcipit, ſi non poſ-

„ſimus

„ſimus Sanctum Paſcha primo menſe cele-
„brare propter quasdam neceſſitates, non in-
„telligo, cur non, ſi decima quarta luna in
„Dominicum diem incurrerit, rationabiliter
„in ſeptimanam ſequentem dilationem Pa-
„ſchæ facere debeamus, manente & primo
„menſe, & decimaquinta luna, in qua Sal-
„vator crucifixns eſt, manente etiam, &
„decima ſeptima, quando poſt triduum re-
„ſurrexit.

7. „Hac igitur mediocriter a nobis ordi-
„natione diſpoſita, uniuscujusque anni cal-
„culum, qui ad ſupputationem pertinet Pa-
„ſchæ, diligenter quoque poſuimus a primo
„Conſulatu religioſiſſimi Imperatoris Theo-
„doſii, *qui eſt vulgaris Chriſti* 380. Centum
„usque annos adnectentes, ſimul ac mani-
„feſtantes decimæ quartæ lunæ notitiam,
„& Dominici Paſchalis diei.

THEOPHILI ALEXANDRINI
EPISCOPI
EPISTOLA PASCHALIS ANNI 401.
AD TOTIUS ÆGYPTI EPISCOPOS.

Interprete S. Hieronymo.

1. Antiſtites Alexandrini olim de more il- *Epiſtola paſchalis an. 401.*
lius Eccleſiæ quot annis peracto Epi-
phaniorum die Epiſtolas promulgarunt ad
ſolenne Paſchatis tempus indicendum, pa

ſcha

ſchales ſeu feſtales dictas. „Has Theophili „Epiſtolas latinis auribus S. Hieronymus do„navit, quæ etiam inter ejus opera circum„feruntur. Prima, cujus eſt initium: Chri„ſtum Jeſum Dominum; ſub finem Paſcha in„dicit celebrandum die 19. menſis Pharmu„thi juxta Cyclos Ægyptios; nempe apud „Latinos juxta ſupputationem Julianam die „14. Aprilis, qua ſane die in Eccleſia Ro„mana celebratum eſt feſtum Paſchale an„no 401. Cyclo ſolis 18. lunæ 3. litt. Dom. „F. Hæc autem Theophili Epiſtola in vul„gatis editionibus male ſecunda inſcripta ſic „habet.

2. „Chriſtum Jeſum Dominum gloriæ fra„tres conſona voce laudemus prophetæ ver„ba complentes, qui dicit: *Cantate Domino* „*hymnum novum*. *Pſ.* 149. Et quotquot fidei „perducentis ad regna cœlorum participes „ſumus, ſanctæ ſolennitatis adventum ſuſci„piamus clamante uno de ſapientibus: *Veni*, „*comede in lætitia panem tuum*, *&* *bibe in* „*corde bono vinum tuum*, *quoniam complacu*„*runt Deo opera tua*. *Eccl.* 9. *v.* 7. Qui enim „bonorum operum ſunt, & lacte infantiæ „derelicto ſolidioris cibi alimenta ſuſcipiunt, „divinos ſenſus altius intuentur, & ſaturati „ſpirituali cibo laudatorem, & teſtem vitæ „ſuæ habent Deum, & ad hujusmodi con„vivas Eccleſiaſtes loquitur: *Omni tempore* „*ſint veſtimenta tua candida*, *&* *oleum de ca*„*pite tuo non deficiat*. *Ibid.* *v.* 8. Ut virtu„tum veſte circumdati ſplendorem ſolis imi-

„temur,

„temur, & quotidiana lectione Sanctarum „Scripturarum quisque infundat oleum ſen„ſui ſuo, & paret mentis lucernam, *quæ lu„ceat omnibus, qui in domo ſunt. Matth.* 5. *v.* 15.

3. „Igitur convivas tales, & qui ſic paſ„ſionis Dominicæ feſta concelebrant, æmu„lantes cum ſancto dicamus: *Laudabo Do„minum in vita mea. Pſ.* 103. *v.* 33. Feſti„nemusque ad angelorum metropolim, quæ „nulla malitiæ ſorde maculatur, in qua nec „diſſenſiones ſunt, nec ruinæ, omnique vo„luptate calcata & compreſſis luxuriæ flu„ctibus cœleſtibus miſceamur choris. Jam „nunc illuc mente translati ſimus, quo fu„turi ſumus; qua beatitudine indignos ſe „fecerunt Judæi, qui Scripturæ Sanctæ opi„bus derelictis, & ad pauperis intelligentiæ „acquieſcentes magiſtros hodie audiunt: *Sem„per errant corde. Pſ.* 94. *v.* 10. Et nolunt „præſente Chriſto dicere: *Benedictus, qui ve„nit in nomine Domini. Pſ.* 117. *v.* 26. Præ„ſertim cum omni voce opera clariora Deum „illum eſſe teſtentur, & nequaquam dicere: „*Hæc dicit Dominus*; ſed *ego dico vobis.* Per „quæ oſtendit, ſe latorem legum ac Domi„num Deum verum, & non eſſe unum quem„libet Prophetarum.

4. „Neque enim divinitatem ejus, quæ „nullis locorum ſpatiis circumſcribitur, aſ„ſumptio ſervilis formæ poterat obſcurare, „nec anguſtia humani corporis ineffabilem „majeſtatis ejus terminare virtutem, quem *Chriſti divinitas.*

„ope-

„privetur; cum ipſe dicat, ego & Pater „unum ſumus, ne quis unum ſuum Patriſque „regnum carnis occaſione divideret. Quodſi „juxta Origenis inſaniam aliquando amiſſu„rus eſt regnum Chriſtus, Unigenitus Filius „Dei ubi erit? quomodo ſemper Filius in Pa„tre, & pater in Filio eſt, ſi regnum Filii non „erit coæternum?

6. „Equidem ſcire non poſſum, qua te„meritate Origenes tanta confingens aliquid „extra Scripturarum auctoritatem putaret di„vinum: quieſcant tamen, qui regni Chriſti „finem ſomniantes verboſitatis Origenis ca„piunt eſſe paraſiti; etenim cum in crucis „ignominia, quam pro nobis paſſus eſt, non „amiſerit Chriſtus eſſe *Dominus gloriæ*, & in „carne patiens pendensque in patibulo for„titudinem propriæ majeſtatis oſtenderit, ſo„lem de curſu quieſcere faciens, & ſigno„rum magnitudine plenam fidei vocem la„troni extorquens: *Memento mei Domine*, „*cum veneris in regnum tuum. Luc.* 23. Num„quam poſt reſurrectionis gloriam perditurus „eſt regnum. Et cujus eſt conſequentiæ per„petuitatem regni diſcipulis polliceri, & di„cere? *Venite benedicti Patris mei poſſidete* „*paratum vobis regnum a conſtitutione mundi.* „*Matth.* 25. *v.* 34. Et ipſum carere, quod „aliis tribuit? Vel quomodo ſcribente Paulo „ad Corinthios: *Abſque nobis regnatis, &* „*utinam regnaretis, ut & nos regnaremus vo*„*biſcum.* 1. *Cor.* 4. *v.* 8. Intelligi poterit reg„num Chriſti poſt multa tempora terminan„dum?

7. „Ita-

7. „Itaque nulli dubium eſt, quin qui „Deus permanet in æternum, ſimul habeat & „regnum æternum, & ſuper ipſos quoque, quos „regni poſſeſſione donavit, Rex perpetuus „appelletur; congruum habens divinitatis „Imperium, nec quidquam in ſe rude, & no„vum habens, niſi aſſumptionem fragilita„tis humanæ. Si enim juxta Origenem „poſt multorum circulos ſæculorum Chriſti „regnum eſt finiendum, conſequens eſt di„cere, ut & Deus eſſe aliquando deſiſtat, „qui perpetuitatem imperii naturaliter poſſi„det. Nos ergo Chriſti regnum credamus „æternum, & in ſolenni die cantemus cum „angelo: *Regni ejus non erit finis.* Si enim „unum cum Patre eſt, numquam ex eo, quod „unum eſt, ceſſaturus eſt, & unio Patris, „& Filii numquam dividetur in partes, ne „quod dicitur, *unum ſunt*, aliquando unum „eſſe deſiſtant.

8. „Porro Origenes non ſolum Chriſtum „ubique ſugillat injuriis, ſed & diabolum „honore ſuſtollit; dum illum aſſerit purga„tum vitiis, & peccatis priſtinam aliquando „gloriam recepturum, & hunc regnare deſi„ſtere, ſimulque cum diabolo ſub Patris „Imperium redigendum. Profecto Origenes, „quantum in ſe eſt, æqualem diabolo facit „Filium Dei, dum detrahit illi regni glo„riam ſempiternam, & Imperio Patris eum „ſubjicit cum dæmonibus; cum tamen Chri„ſtus diſcipulis dicat, eosque ad menſam „ſuam invitet *in regno ſuo. Luc.* 22. *v.* 29. *Diaboli ſalus fictitia.*

„Magi item fatentur Chriſtum *regem*, &
„Origenes negat, dicens eum non perpetuo
„regnaturum, nec advertit, ſe Judæorum
„blasphemiis ſimilem habere doctrinam.

9. „Legimus in Evangelio, cum Domi-
„nus crucem ſcanderet, Pilatus inſcripſit
„titulum: *Jeſus Nazarenus Rex Judæorum.*
„*Joan.* 19. *v.* 19. Dicebant autem Pilato
„Principes Sacerdotum, & Judæorum: *Noli*
„*ſcribere, quod rex Judæorum ſit, ſed quod*
„*ille ſe dixerit regem Judæorum.* Reſpondit
„Pilatus: quod *ſcripſi, ſcripſi:* cum ergo
„Pilatus nec ſeditione nec precibus ad hoc
„potuerit adduci, ut regnum Chriſti de ti-
„tulo tolleret, ſciat Origenes, absque ulla
„neceſſitate ſe hoc facere, quod fecerunt Ju-
„dæi, ut regnum Chriſti æſtimet terminan-
„dum. Veniat & prophetalis ſermo in me-
„dium, ac regnum Chriſti tota prædicet liber-
„tate: *Rex Iſrael in medio tui, non videbis*
„*ultra mala. Soph.* 3. *v.* 15. Neque enim
„quos ſemel ſalvos fecit, iterum præcipita-
„bit e cœlo juxta Origenis deliramenta, &
„id, quod dicitur: *Non videbis ultra mala,*
„æternæ ſecuritatis indicium eſt, quod qui
„ſemel fuerint liberati, & regni cœlorum
„poſſeſſione perfruiti, nunquam vitiis trahan-
„tur ad terram, nec Dei priventur auxilio;
„quia *non commovebitur in æternum, qui ha-*
„*bitat in Jeruſalem. Pſ.* 124. *v.* 1. Fruſtra ita-
„que Origenes ſomniat, aſcendere animas in
„cœlum, & deſcendere, & nunc proficere,
„nunc ad inferiora delabi, ut per ruinas in-

„nume-

„numerabiles ſæpe moriantur, & Chriſti paſ-
„ſio irrita fiat: qui enim ſemel pro nobis
„mortuus eſt, æternam nobis victoriæ ſuæ
„lætitiam dedit, quæ nulla vitiorum mole
„extenuetur.

10. „Aliud etiam Salvatori crimen im- *Chriſtus pro dæmonibus non eſt crucifixus.*
„pingit Origenes, dicens, eum & pro dæ-
„monibus ac ſpiritualibus nequitiis apud ſu-
„peros affigendum cruci. Sed ſi Chriſtus
„pro hominibus paſſus, homo factus eſt,
„conſequens erit, ut dicat Origenes, & pro
„dæmonibus paſſurus, dæmon futurus eſt,
„quod blasphemum eſt: & qui hoc credunt,
„rurſum crucifigunt, & oſtentui habent Fi-
„lium Dei, qui nequaquam ſicut ſemen
„Abrahæ apprehendit, ita & aſſumet & dæ-
„monum, ut pro illis crucifigatur; nec dæ-
„mones pro ſe Deum in paſſione cernentes
„cum Propheta clamabunt. *Hic peccata no-
„ſtra portavit, & pro nobis dolet. Iſ.* 53. *v.* 4.
„*Et livore ejus ſanati ſumus. v.* 5.

11. „Deinde ſi Origenes pro dæmonibus
„Chriſtum dixerit crucifigi, ad ipſos quoque
„dicendum eſſe ſuſcipiat: *Accipite & edite,
„hoc eſt corpus meum.* Et: *Accipite & bibite:
„hic eſt ſanguis meus. Matth.* 26. Si enim &
„pro dæmonibus crucifigetur, quod erit pri-
„vilegium, aut quæ ratio, ut ſoli homines
„corpori ejus ſanguinique communicent, &
„non dæmones quoque, pro quibus in paſ-
„ſione ſanguinem fuderit? Sed nec dæmo-
„nes audient: *Edite, bibite,* nec Dominus

„ſua præcepta diſſolvet, qui diſcipulis ait: „*Nolite dare ſanctum canibus. Matth.* 7. Et „Apoſtolus ſcribit: *Non poteſtis menſæ Domini participari, & menſæ dæmoniorum.* „1. *Cor.* 10. v. 21.

12. His poſitis Theophilus gravem invectivam in Origenem detonat, & deinde ſubdit. „Obſecro fratres, ut ignoſcatis dolori „meo, doctrinis impiis reſiſtenti; dum enim „impudentiam ſectatorum ejus repercutere „nitimur, compagem loricæ ipſius, & ve„nenati pectoris ipſius fraudulentias in me„dium protulimus, ut illud quoque comple„retur in eo: *Revelabo ignominiam tuam, &* „*oſtendam eam amatoribus tuis. Ezech.* 16. „v. 36.

Corpora reſurgentium mortalia erunt.

13. „Nam inter cætera etiam reſurrectio„nem a mortuis, quæ ſpes ſalutis noſtræ „eſt, ita corrumpit, ut audeat dicere, cor„pora noſtra ſuſcitatum quidem iri, ſed ſic, „ut corruptelæ rurſus ac morti ſubjaceant. „Reſponde mihi o impietatis caput, quomo„do juxta Apoſtolum Paulum, *vicerit Chri„ſtus eum, qui mortis habebat Imperium, hoc* „*eſt, diabolum. Hebr.* 2. v. 14. Si mortalia „iterum corpora reſurrectura ſunt? Quid no„bis profuit Chriſti paſſio, ſi mors denuo „noſtra corpora poſſeſſura eſt? Aut quid ſibi „vult Apoſtolus ſcribens: *Sicut enim in Adam* „*omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes vivi„ficabuntur.* 1. *Cor.* 15. v. 22. Si reſurgenti„bus mors ſæva dominabitur? Vel quomo-

„do,

„do, qui iſta credunt, poſſunt ex animo di-
„cere *Chriſtus Dei virtus*, & *Dei Sapientia*.
„1. Cor. 1. v. 24. Volentes illo fortiorem
„eſſe mortem, quæ ſuſcitata ab eo corpo-
„ra deletura eſt, nec probetur ex omni parte
„ſuperata?

14. „Præterea Origenes inter cetera au- *Filius Dei orandus.*
„ſus eſt dicere, non eſſe orandum Filium
„neque cum Filio Patrem. Verum quem-
„admodum orandus non eſt, qui non eſt
„Deus, ſic econtrario, quem Deum eſſe con-
„ſtiterit, orandus & adorandus eſt; unde &
„Stephanus poſitis genibus, & obſecrans pro
„his, qui ſe lapidibus obruebant, dicebat ad
„Filium: *Domine ne ſtatuas illis hoc pecca-
„tum. Act.* 7. v. 59. *In nomine* quoque *Je-
„ſu Chriſti omne genu flectetur cæleſtium, ter-
„reſtrium, & infernorum. Phil.* 2. Quod autem
„dicitur genu flectetur, humillimæ oratio-
„nis indicium eſt. Itaque nec Deum credit
„Origenes Filium Dei, quem non putat
„orandum, & lacerat eum convitiis, & di-
„cens, non debet orari, caſſum & inane tan-
„tum ei divinitatis nomen indulget.

15. „Ad alium Origenis transeamus er- *Corpora reſurgentia non annihilantur.*
„rorem: dicit, corpora quæ reſurgunt, poſt
„multa ſæcula in nihilum diſſolvenda, nec
„futura aliquid, niſi cum de cœlorum man-
„ſionibus animæ ad inferiora dilapſæ indi-
„guerint novis, quæ alia rurſum fiant prio-
„ribus omnino deletis. Sed ſi corpora poſt
„reſurrectionem redigentur in nihilum, for-

„tior erit mors ſecunda quam prima, quæ „delere omnino poterit ſubſtantiam corporalem. Deinde S. Paulus ait: *Seminatur in* „*corruptione, ſurget in incorruptione.* 1. *Cor.* 15. „v. 43. Si enim corruptio corpora in nihi„lum redigit, fortior eſſet incorruptione cor„ruptio, & Apoſtolus dixiſſet, ſurget in „corruptione.

Magia mala. 16. „Confundatur etiam Origenes inter „cetera flagitiorum genera, quæ confin„git, magicis quoque artibus patrocinium „tribuens; nam in tractatibus ſuis de Reſur„rectione his locutus eſt verbis: ars magica „non mihi videtur alicujus rei ſubſiſtentis vo„cabulum, ſed & ſi ſit, non eſt operis mali, „ut quis habere poſſit contemtui. Hæc di„cens fautorem ſe eſſe demonſtrat Elymæ „magi, qui Apoſtolis repugnavit, & Jamne „atque Mambre, qui Moyſi magicis artibus „reſtiterunt. Sed nullas Origenis patroci„nium habet vires: quia Chriſtus mago„rum præſtigias ſuo delevit adventu. Sane „ſi non eſt malum ars magica, non erit ma„lum & idololatria, quæ artis magicæ vi„ribus nititur: cum autem idololatria Chri„ſti majeſtate deleta ſit, indicat & paren„tem ſuam artem magicam pariter diſſolu„tam, cum & Prophetarum ſcripta teſten„tur. *Iſ.* 47. v. 12. Et nullus umquam au„ſus ſit magorum artes inter optima numerare. „Cum leges quoque publicæ magos, & ma„leficos puniant, ſcire non poſſum, qua ra„tione Origenes, qui Chriſtianum ſe jactat,

„non

„non imitetur Moyſen & Danielem, Petrumque ac alios ſanctos, qui contra magos indefeſſo certamine dimicaverunt.

17. „Præterea Origenis doctrinæ non acquieſcamus, qui propter lapſum rationabilium Creaturarum corpora fieri ſuſpicatur, „& dicit juxta Græci ſermonis etymologiam animas idcirco vocitatas, quod calorem mentis, & in Deum ferventiſſimæ charitatis amiſerint, ut ex frigore nomen acceperint, ne & Salvatoris animam eisdem „ſubjacere næniis ſentiremus. Solis quoque, & lunæ ac ſtellarum curſus, & totius mundi pulcherrimam in diverſitate conſonantiam non aſſerimus ex variis peccatis, „& animarum vitiis accidiſſe, nec bonitatem Dei multo tempore præſtolatam, ut „non ante faceret viſibiles Creaturas, niſi „inviſibiles deliquiſſent: nec vanitatem appellamus ſubſtantiam corporalem, ne & „Chriſti corpus ſubjaceat vanitati, cujus edulio ſaturamur. *Joan.* 4. v. 54. Et ſi natura corporea vana eſt, cur Chriſtus reſurrexit a mortuis? Quare noſtra corpora ſuſcitabit? *Corpora non propter lapſum ſpiritualium facta.*

18. „Honorabiles quoque Origenes contemnit nuptias, negans ſubſiſtere corpora, „niſi prius animæ in cœlo peccaverint, & „inde præcipitatæ ergaſtulis corporum vinctæ fuerint. Sed nos cum Paulo ſuis auribus inclamamus: *Honorabiles nuptiæ, & „cubile immaculatum. Hebr.* 13. v. 4. Et *Corpora non ſunt vanitas.*

 „quo-

„quomodo immaculatum, ſi anima vitiis ſor-„didata carne circumdatur? Et culpæ ſub-„jacebit Anna Uxor Helcanæ ſemen virile „poſtulans, ut propter deſiderium mulierculæ animæ in cœlis periclitentur, & una „earum peccato gravis labatur in terram, & „priſtinam beatitudinem deſerat. Nec Moy-„ſes imprecans, & dicens: *Dominus Deus „veſter multiplicet vos. Deut.* 1. v. 10. Hoc „petebat, ut animarum in cœlo catervæ pec-„cantes Iſraelitici populi gentem conderent.

19. „Si autem volunt Origeniſtæ diſcere, „quæ ſint humani generis exordia, audiant „dicentem Moyſen: *Tulit Deus de terra, „& finxit hominem, & inſufflavit in faciem „ejus ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in „animam viventem. Gen.* 2. v. 7. Deus quo-„que benedicens Adam, & Eva ait: *Creſcite, „& multiplicamini, & replete terram. Gen.* 9. „v. 1. Si animæ poſt peccatum mittuntur „in terras, ut naſcantur in corporibus, non „erat rationis benedici Adam & Eva, cum „cauſa peccati maledictionem potius mere-„retur. Denique poſtquam plasmavit eos, „benedictionis vocibus proſecutus eſt, quos „poſtea voluntate peccantes maledictione „percuſſit. Ex quibus colligitur, nequa-„quam propter animarum peccata corporum „ſubſtitiſſe naturam.

Sancta celebratio paſchæ.

20. „Abjectis igitur Origenis malis, & „abſconditis decipulis iterum atque iterum „obſecro vos fratres, dominicæ paſſionis fe-

„ſta

„ſta celebremus, fidem converſatione deco-
„rantes; miſericordia in pauperes imitemur
„Deum, cui nulla corporalium naturarum
„forma conſimilis eſt: habeamus in cun-
„ctis imaginem bonitatis ejus, & pœnitentia
„emendemus errores, oremus pro inimicis,
„pro detractoribus obſecremus æmulantes
„Moyſen, qui ſororis contra ſe loquentis
„culpam oratione delevit. Oleo eleemoſynæ
„peccatorum ſordes lavemus: captivorum
„vincula nos videantur aſtringere, & propi-
„tium illis deprecemur Deum. Clauſos car-
„cere humanitas diurna ſuſtentet, & his,
„quorum corpora morbus regius occupavit,
„& jugi tabe membra ſolvuntur, propter re-
„poſitam in cœlis mercedem ſollicito mini-
„ſterio ſerviamus. Siquando poteſtas judicii
„nobis data fuerit, & jurgantium ad nos
„fratrum cauſa delata, non ſit perſonarum
„conſideratio, ſed rerum: corruentibus &
„in tribulatione poſitis nos quoque ruamus
„affectu. Leges normam teneant veritatis;
„Charitas prona ſit ad miſericordiam non in-
„ſultans peccantibus, ſed condolens. Faci-
„lis eſt enim lapſus ad vitia, & fragilitas
„conditionis humanæ, quid quidquid cernit
„in alia, in ſe debet pertimeſcere; cumque
„alius fuerit pro errore correptus, illius
„emendatio noſtra ſit cautio. Sed ſuper om-
„nia quaſi culmen, & corona virtutum pie-
„tas in Deum toto cordis timore ſervetur,
„execrantesque deorum numerum Patris, &
„Filii, & Spiritus Sancti, unam confitea-
„mur indiſcretamque ſubſtantiam, in qua
„&

„& baptizati vitam æternam ſuſcepimus. Quod „ſi Dei tribuerit clementia, cum angelis me„rebimur dominicum Paſcha celebrare, ha„bentes quadrageſimæ exordium ab octavo „die menſis (*id eſt, die quarta Martii*) qui „ſecundum Ægyptios vocatur Phamenoth, „hebdomadæ majoris, id eſt, Paſchæ vene„rabilis die tertia decima (*ſeu octavo Apri„lis*) menſis Pharmuthi fundamenta jacien„tes, ita duntaxat, ut juxta Evangelicas „traditiones finiamus jejunia intempeſtæ no„ctæ octavo decimo die ſupradicti menſis „Pharmuthi, & altero die, qui dominicæ re„ſurrectionis eſt Symbolum, id eſt, nono „decimo ejusdem menſis verum Paſcha ce„lebremus, adjungentes his ſeptem reliquas „hebdomadas, in quibus Pentecoſtes feſti„vitas texitur, & præbentes nos dignos com„munione Corporis, & Sanguinis Chriſti; „ſic enim merebimur accipere regna cœlo„rum in Chriſto Jeſu Domino noſtro, per „quem, & cum quo Deo Patri gloria, & „Imperium cum Spiritu Sancto, & nunc & „ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

EPISTOLA PASCHALIS ANNI 402.

AD TOTIUS ÆGYPTI EPISCOPOS.

S. Hieronymo interprete.

Adhortatio ad celebrandum paſcha.

1. Secunda Epiſtola Paſchalis Theophili Alexandrini, quæ antea in editionibus tamquam prima habebatur, Paſcha futurum denun-

denuntiat die 11. menſis Pharmuthi, id eſt, juxta Epocham Julianam die 6. Aprilis, qua quidem die a Latinis anno 402. paſchalia feſta peracta ſunt Cyclo ſolis 19. lunæ 4. littera Dominicali E. Epiſtola vero talis eſt. „Primum Solemnitatis Auguſtæ Sermo Di„vinus de cœlorum regionibus micans, & „ſplendore ſuo jubar ſolis exſuperans, cla„riſſimum animabus ſe deſiderantium lumen „infundit, & ad ipſa Sanctorum eas pertra„hit. Unde ſi volumus eſſe lucis partici„pes, animarum vitia purgare, & quidquid „in nobis ſordium eſt, jugi Scripturarum me„ditatione diluere debemus; nec differamus, „tumentibus carnis fluctibus liberati inter „diverſa voluptatum hinc inde naufragia cla„vum tenere virtutum, & poſt grandia ma„ris pericula tutiſſimum cœlorum intrare „portum.

2. „Quamobrem & eos, quos caſſa vitæ „hujus cura ſollicitat, quaſi de gravi ſomno „excitantes, oſtendamus eis ſanctæ celebri„tatis gaudia, ut & eos, qui paululum ne„gligentes ſunt, & noſmetipſos æternæ „gloriæ præparemus, ad quam nos invitat „ſapientia clamans: *Venite, comedite de pani„bus meis, & bibite vinum, quod miſcui „vobis. Prov.* 9. v. 5. Non enim ſic ſol cla„rum mundo lumen infundit, uti noſtra ſo„lennitas virtutum choro refulget, cujus the„ſauros qui expetunt, ineffabili gaudio per„fuſi clamitant: *Non habemus hic manentem „civitatem, ſed futuram inquirimus. Hebr.* 13. v. 14.

„v. 14. Sciunt enim omnium laborum ſuo„rum, quibus in hoc mundo pugnatur, hæc „eſſe in futuro præmia conſtituta, pro qui„bus nulla pericula formidantes, quotidie vi„tæ ſuæ curſum dirigunt, hæreticorum vel „maxime impietatem, & tendiculas decli„nantes, intimas Scripturarum medullas bi„bunt, veritatem dogmatum falſi nominis „ſcientia condemnantes.

3. „Non eſt enim hæreticorum ulla ſo„lemnitas, nec illius ipſi poſſunt communio„ne lætari, neque cœleſtium poſſunt recipe„re Sacramenta Verborum, qui divinis Ec„cleſiæ dogmatibus contradicunt. Totis ita„que viribus animas noſtras ab omni conta„gione purgemus, & dignas celebritati, quæ „imminet, præparemus, ut poſſimus cum „Sanctis canere: *Deus Dominus, & illuxit „nobis. Pſ.* 117. v. 19. De qua & alius pro„pheta teſtatur: *Apparebit Dominus in eis, „& diſperdet omnes deos gentium. Soph.* 2. „v. 11. Etenim cum omnis terra variis fuiſ„ſet illecebris depravata, & hominum error „increſcebat, & in ritum brutorum anima„lium deſpiciebant verum paſtorem Domi„num, ac tyrannos, & principes quaſi deos „colebant, imbecillitatem ſuam in ejuſdem „naturæ hominibus conſecrantes.

Incarnatio Filii Dei.

4. „Idcirco omnibus errore ſeductis vi„vens Sermo Dei in auxilium noſtrum venit „ad terras, quæ ignorabant cultum Dei, & „veritatis ſolitudinem ſuſtinebant, non ut

„muta-

„mutaret loca, in quo omnia ſunt, ſed ut „propter ſalutem noſtram carnem humanæ „fragilitatis aſſumeret. Unde virginali ute- „ro, quem ſanctificavit, egreſſus homo in- „terpretationem nominis ſui *Emmanuel*, id „eſt, *nobiscum Deus* diſpenſatione confirmans „mirum in modum cæpit eſſe, quod nos „ſumus, & non deſivit eſſe, quod fuerat. „Quanquam enim Joannes ſcribit: *Verbum* „*caro factum eſt*, id eſt, aliis verbis, *homo*, „tamen non eſt verſus in carnem: quia num- „quam Deus eſſe ceſſavit Paulo nobiscum „eadem prædicante: *Jeſus Chriſtus heri &* „*hodie, ipſe & in æternum*. *Hebr.* 13. v. 8. „In eo enim, quod ait, *Ipſe*, oſtendit illum „priſtinam non mutaſſe naturam, qui prop- „ter nos plenam ſimilitudinem noſtræ con- „ditionis aſſumpſerat duntaxat absque pec- „cato, quod ſubſtantiam non habet: neque „enim inanimatam carnem habuit, & pro „anima rationali ipſe in ea Deus Verbum „fuit, ſicut dormitantes Apollinaris diſcipuli „ſuſpicantur. Nec dicens, *nec anima mea* „*turbata eſt*. *Matth.* 26. v. 38. Divinita- „tem ſuam perturbationi ſubjacuiſſe teſtatur, „quod conſequens eſt, eos dicere, qui pro „anima divinitatem in corpore ejus fuiſſe „contendunt: nec rurſum ſolam animam ſibi „ſocians ſuſceptum implevit hominem, ne „ex ſimilitudine carnis, & ex diſſimilitudine „animæ mediæ aſſumptionis diſpenſationem „impleſſe credatur, in carne noſtri ſimilis „exiſtens, & in anima irrationabilium ju- „mentorum, ſi tamen ſecundum illos irra-

„tio-

„tionabilis, & absque mente, & ſenſu eſt „anima Salvatoris, quod impium eſt cre„dere, & procul ab omni eccleſiaſtica fide.

Apollinariſtæ refutantur.

5. „Sed nec illud, quod ejusdem hære„ſeos ſectatores cavillantur, Eccleſia ſuſci„pit, ut prudentiam carnis appellari putet „animam Salvatoris, quam Apoſtolus *ini„micam Deo* appellat. *Rom.* 8. v. 7. Sane „prudentia animæ non eſt anima, quanto „magis prudentia carnis anima non poteſt „appellari?

6. „Sed & hoc modo nobis contra illos „differendum videtur. Scriptum eſt de Ver„bo Dei: *Omnia per ipſum facta ſunt.* Num „credibile eſt, ſapientiam vel prudentiam „carnis, quam illi animam Salvatoris intel„ligunt, a Verbo Dei conditam, ut mortis „& inimicitiæ contra Deum ipſe operator „exiſteret, ſibique eas copularet? Ceſſent er„go Apollinaris diſcipuli, ea, quæ contra „Eccleſiaſticas regulas locutus eſt, propter „alia ejus Scripta contra Arianos, Euno„mianos, & Origenem, aliosque hæreticos „defendere: nam ſcire debent, quod in di„ſpenſatione hominis, quam pro ſalute no„ſtra Unigenitus Filius Dei dignatus eſt aſ„ſumere, non ſit alienus a culpa, qui ſuper „anima illius perverſa & intellexit, & „ſcripſit. Neque, ut Apollinaris cum ſuis ſe„ctatoribus nititur probare, Dominus Salva„tor noſter animam ſine ſenſu, & mente, „aut mediam partem ejus aſſumpſit, aut ter-

„tiam,

„tiam, ut imperfecte hominem ſalvaret aſ-„ſumptum, quia nec media nec reliquæ por-„tiones perfecti nomen accipient; & ſi im-„perfecte ſimilitudinem noſtram, vel ex par-„te ſuſcepit, quomodo in Evangelio loque-„batur: *Nemo tollit animam meam a me, po-„teſtatem habeo, ponendi eam, & poteſtatem „habeo ſumendi eam. Joan.* 10. v. 18. Quæ „autem tollitur, & deponitur, nec irratio-„nalis nec ſine mente dici poteſt, ſed econ-„trario rationalis, intelligibilis mentem ha-„bens ac ſentiens.

7. „Nihil ergo a Domino imperfectum „eſt ſuſceptum, ſed aſſumptus ab eo homo „plene perfecteque ſalvatus, nulli enim du-„bium, quin irrationabilium jumentorum „animæ non ponantur; & reſumantur, ſed „cum corporibus pereant. Porro Salvator „tollens animam, & ſeparans a corpore ſuo „tempore paſſionis rurſus eam in reſurrectio-„ne ſuſcepit loquens: *Non derelinques ani-„mam meam in inferno, nec dabis Sanctum „tuum videre corruptionem. Pſ.* 15. v. 10. Nec „credibile eſt, quod ad inferos caro ejus de-„ſcenderit vel prudentia carnis, ſed vere „naturæ noſtræ anima. Sane ſi tantum car-„nem hominis aſſumpſerat, cur in paſſione „dicebat: *Spiritus promptus, caro autem in-„firma? Matth.* 26. v. 41.

8. „Unde ſciendum eſt, quod perfectam „ſimilitudinem noſtræ conditionis aſſumpſe-„rit,

Chriſtus perfectus homo. „rit, & totum corpus, totamque animam „ſibi ſocians perfectum in ſe hominem de„monſtrarit, ut perfectam cunctis homini„bus largiretur ſalutem, habensque noſtri „conſortium, nec carnem deduxit de cœlo, „nec animam, quæ ante carnem ejus con„dita erat, ſuo corpori copulavit, ut Ori„genis nituntur docere diſcipuli. Si enim ani„ma Salvatoris, antequam ille humanum cor„pus aſſumeret, in cœlorum regionibus mo„rabatur, & necdum erat anima illius, im„piiſſimum eſt dicere, ante corpus corpus „eam fuiſſe Domini agentem aliquid, & po„ſtea in animam illius commutatam, & ita „eamdem animam, & illius, & non fuiſſe „illius dicere convincuntur.

Origenis errores. 9. „Sciant igitur ſe hujus ſolennitatis „alienos non poſſe nobiscum celebrare do„minicam paſſionem, qui Origenem hydram „omnium ſequuntur hæreſeon, & erroris ſe „habere magiſtrum gloriantur; quamvis in„numerabiles texuerit libros, & garrulitatis „ſuæ quaſi damnoſæ poſſeſſionis mundo re„liquerit hæreditatem. Quia tamen diverſo „tramite ab Apoſtolorum regulis aberravit, „quaſi indignus, & profanus choro Chriſti, „& conſortio myſteriorum ejus de ſolenni„tate ejicitur, & a Patribus ac majoribus „natu, qui Salvatoris Eccleſiam fundave„runt, procul pellitur; philoſophorum pan„nos laceros nitens novo, & firmiſſimo Ec„cleſiæ conſuere veſtimento, & veris falſa „ſociare, ut ex illorum vicinitate fortior

„pro-

„probetur infirmitas, & hujus pulchritudo „violetur.

10. „Quæ enim illum ratio perduxit, „ut allegoriæ umbris Scripturarum tolleret „veritatem? Quis propheta ſentire docuit, „propter ruinam, & lapſus de cœlis anima-„rum Deum eſſe compulſum, corpora fab-„ricare? Quis huic tradidit docere, negli-„gentia, & motu, & fluxu de altioribus ra-„tionabilium Creaturarum provocatum Deum „mundi hujus condere diverſitatem, cum „creationem ejus Moyſes explicans dixerit: „*In principio creavit Deus cœlum, & terram*, „nec indicaverit propter aliquas cauſas præ-„cedentes de rationabilibus ſenſibilia, de in-„viſibilibus viſibilia, de melioribus pejora „prolata, quod Origenes prædicat; dicit „enim propter peccata intelligibilium Crea-„turarum mundum eſſe cæpiſſe, cum Pau-„lus dicat, *inviſibilia Dei a Creatura mundi* „*per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciun-*„*tur. Rom.* 1. v. 20. Aliter enim mundi „pulchritudo ſubſiſtere non valebat, niſi „eum varius Creaturarum impleſſet ornatus; „ſol quippe luna, & ſtellæ, antequam hoc „eſſent, non erant absque corporibus, nec „propter aliquas cauſas ſimplicitatem priſti-„nam relinquentes corporibus circumdatæ „ſunt. Nec animæ in cœlorum regionibus „aliquid peccaverunt, & idcirco in corpora „relegatæ ſunt: alias enim oportuerat Sal-„vatorem nec ipſum corpus aſſumere, nec „animas de corporibus liberare debebat eo

 „tem-

„tempore, quando in baptiſmate peccata „dimittit. Sed & reſurrectionem corporum „fruſtra pollicetur, ſi expedit animabus abs„que gravitate corporum ad cœlum levius „ſubvolare: ipſe quoque reſurgens Salvator, „carnem ſuam ſuſcitare non debuit, ſed ſo„lam divinitati animam copulare, ſi me„lius eſt, absque corporibus, quam cum „corporibus, vivere.

11. „Quid ſibi autem vult crebro ani„mas, & vinciri corporibus, & ab eis di„vidi prædicare, & multas nobis inferre „mortes, ignorans, Chriſtum idcirco veniſſe, „non ut poſt reſurrectionem corporibus ani„mas ſolveret, aut liberatas rurſum aliis „corporibus indueret, & de cœlorum regio„nibus deſcendentes ſanguine, & carne ve„ſtiret, ſed ut ſemel corpora ſuſcitata in„corruptione, & æternitate donaret: *ſicut* „*enim Chriſtus mortuus ultra non moritur.* „*Rom.* 6. ita nec corpora ſuſcitata poſt re„ſurrectionem ſecundo vel frequenter inte„reunt; *nec mors eis ultra dominabitur*, nec „in nihilum reſolventur, quia totum homi„nem Chriſti ſalvavit adventus.

12. „Sed & illud Origenem à Solenni„tate Chriſti alienum facit, quod Poteſta„tes, Principatus, Fortitudines, Thronos, „& Dominationes non ab initio in hoc con„ditas refert, ſed poſt creationem ſui aliquo „honore dignas factas, & aliis ſui ſimilibus „propter negligentiam ad inferiora delapſas,

„his

„his inclytis nominibus appellatas, ita ut „non eas condiderit Deus poteſtates, & re„liqua, ſed aliorum peccata illis materiam „tribuerint gloriarum. Sed quomodo Paulus „ſcribit: *In Chriſto creata ſunt omnia, ſive „Throni ſive Dominationes &c. Col.* 6. v. 16. „Quod autem dicit: *creata*, nulli dubium eſt, „quin ſic ab exordio conditi ſint, & non „poſtea iſtiusmodi acceperint dignitates.

13. „Ad aliam veniamus Origenis im„pietatem; dicit enim Spiritum Sanctum, „non operari ea, quæ in anima ſunt, nec „ad irrationabilia pervenire. Ubi non reco„gitat, aquas in baptismate myſticas ad„ventu Sancti Spiritus conſecrari; panemque „Dominicum, quo Salvatoris corpus oſten„ditur, & quem frangimus in ſanctificatio„nem noſtri, & Sacrum calicem, quæ in „menſa Eccleſiæ collocantur, & utique in„anima ſunt, per invocationem, & adven„tum Spiritus Sancti ſanctificari: & ſi ad „irrationabilia, & inanima Spiritus Sancti „fortitudo non pervenit, cur David canit: „*Quo abibo a Spiritu tuo. Pſ.* 138. v. 8. Quod „dicens oſtendit, Spiritu Sancto etiam irra„tionabilia, & inanima contineri, & circum„dari, ſicuti alibi legimus: Spiritus Domi„ni replevit orbem terrarum. *Sap.* 1. v. 7. „Sed ulterius blasphemat Origenes, & di„cit: Filium Dei ſeu Verbum ad ea tantum, „quæ rationabilia ſunt, pervenire, & non „attendit, quod de illo ſcriptum eſt: „*Omnia „per ipſum facta ſunt.* Ex quo approbatur,

„ad cuncta Verbi Divini fortitudinem p
„venire. Sane Verbum Divinum in m
„tuos, & Creaturas inanimas, & irratio
„les fortitudinem ſuam exercuit, quod p
„rima ab eo patrata miracula teſtantur.

14. „Simili errore eos ſequitur Orige
„qui nolunt Dei providentiam ad omnes cr
„turas, & mundi inferiora deſcendere, l
„tantum in cœlorum regionibus commor
„ut ſcilicet id umbra fecerit Petri, qu
„implere Salvatoris fortitudo non quive
„Sed & auſus eſt dicere, quod anima S
„vatoris ſe evacuaverit, & formam ſe
„acceperit, ut Joannes mentitus eſſe cre
„tur, qui ait: *Verbum caro factum eſt.*
„milem noſtræ conditioni ingerens Salv
„rem, dum non eſt ipſe, qui ſe evacua
„& formam ſervi accepit, ſed anima ill
„& ſic fidem ſua impietate diſſolvit: ſi e
„anima Salvatoris eſt, quæ fuit in forma l
„& æqualis Deo, æqualis autem Deo F
„Dei eſt, & quod æquale Deo eſt, e
„dem convincitur ſubſtantiæ, ſequitur,
„unius naturæ animam Deum eſſe cr
„mus, & ideo noſtras quoque animas
„animam Salvatoris unius eſſe ſubſtan
„ita ut factor, & factura unius naturæ
„Non ergo anima Salvatoris, ſed ipſe
„lius Dei, cum eſſet in forma Dei, & æ
„lis Deo, ſe exinanivit formam ſervi
„cipiens.

15. „

15. „Rurſus Origenes animam hominis „non vult ab exordio ſic vocatam, ſed ex „eo, quod, quæ prius mens, & ſenſus erat, „frigus negligentiæ, & infidelitatis aſſumpſe„rit, quæ etymologia magis græcæ huic „quam latinæ linguæ convenit. Si autem „æqualem Deo, & in forma illius conſti„tutam animam aſſerit Salvatoris; ergo & „illa ex frigore charitatis ſortita vocabulum „eſt, quod licet ſermone taceat, tamen ipſa „dicere neceſſitate compellitur, quæ priori„bus dictis ordine nectit ſequentia.

16. „Aliam iterum Filio Dei nectit ca„lumniam, & his verbis loquitur: ſicut Pa„ter, & Filius unum ſunt, ita & anima, „quam aſſumpſit Filius, & ipſe Filius Dei „unum ſunt: nec intelligit Patrem, & Fi„lium unum eſſe propter communionem ſub„ſtantiæ, & eamdem divinitatem, Filium „autem Dei, & animam ejus diverſæ eſſe „naturæ; etenim ſi ſicut Pater, & Filius „unum ſunt, ſic & anima Filii, & ipſe Fi„lius unum ſunt, unum erit Pater cum ani„ma Salvatoris, & ipſa dicere poterit: *Qui* „*videt me, videt & Patrem. Joan.* 14. v. 9. „Quod non eſt ita; Filius enim, & Pater „unum ſunt, quia non eſt inter eos diver„ſa natura, anima autem & Filius Dei, & „natura inter ſe diſcrepant, & ſubſtantia, „eoquod & ipſa a Filio condita ſit noſtræ „conditionis, & naturæ; ſi enim anima Fi„lii Dei, & ipſe Filius unum ſunt, unum „erit anima, & Deus Pater; & anima Sal-

„vatoris ſplendor gloriæ, & forma ſubſtan-
„tiæ ejus eſſe credetur, quod dicere blaſ-
„phemum eſt. Ejusdem igitur impietatis
„eſt, Filium, & animam illius unum dice-
„re, atque Patrem, & Filium unum nega-
„re. Verum immemor ſui contraria ſibi lo-
„quitur: ait enim anima, quæ turpata eſt,
„& triſtis effecta, non erat Verbum Dei,
„quod conditionem anima ſuperans vere fi-
„lius Dei erat. Ergo ſi melior eſt Filius
„Dei anima ſua, quomodo anima illius in
„forma Dei, & æqualis Deo eſſe poterat?

17. „Præterea Origenes tot dicit Deum
„voluntate ſua condidiſſe rationabiles Crea-
„turas, quod poterat gubernare, ut ſic vir-
„tutem Dei imbecillitati hominum, & Crea-
„turarum comparet. Sed audiat, & diſcat
„impius, quod non tanta eſt virtus Dei,
„quantas feciſſe dicitur rationabiles Creatu-
„ras, ſed imponens menſuram, ultra quam
„eſſe non poterant, & rerum numerum di-
„ſpoſitionis ſuæ artis concludens, ipſe men-
„ſura, & numero non tenetur. Ex quibus
„liquido apparet, non eum tanta feciſſe,
„quanta poterat, ſed quantum rerum ne-
„neceſſitas expetebat, tantum ejus feciſſe
„virtutem. Sed replicat Origenes, & ait:
„Tanta fecit Deus, quanta poterat compre-
„hendere, & ſibi habere ſubjecta, ſuaque
„providentia gubernare, nec audit Prophe-
„tam dicentem: *Si omnes gentes, ut ſtilla de*
„*ſitula, & ſicut momentum ſtateræ computata*
„*ſunt, & quaſi ſaliva deputabuntur &c.* Cui

„aſſi-

„*aſſimilaſtis Deum? Iſ.* 11. v. 15. Et rurſum: *Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo?* Si „autem hæc fortitudinem Dei oſtendunt, „quomodo tanta feciſſe ſolum dicitur, quan„ta poterat ſua virtute comprehendere?

18. „Sane ſi omnes gentes quaſi ſtilla de „ſitula &c. per quæ verba creaturarum par„va ſubſtantia demonſtratur, per dicta ver„ba incomparabilis Dei ſublimitas oſtenditur, „qui non quanta fecit, tanta facere pote„rat, ſed quantam menſuram rerum ordo „paſcebat, tanta fabricatus eſt, multo ma„jorem habens, & artem, & fortitudinem, „quam ea, quæ facta ſunt, numerum & „menſuram; & hoc Prophetarum teſtimoniis „comprobatur, e quibus unus ait: *Operuit* „*cælos virtus ejus. Hab.* 3. v. 3. Et alter „clamitat: *Terram autem ſicut nihili fecit*: „ut majorem Dei eſſe virtutem his, quæ „facta ſunt, prædicarent. Porro quod dixit: „terram ſicut nihili fecit, de univerſis Crea„turis Apoſtolus interpretans loquitur: *Qui* „*vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ſint.* „*Rom.* 4. v. 17. Ut & per hæc verba diſca„mus, majorem eſſe fortitudinem Dei quam „ea, quam ab illo facta ſunt.

19. „Quapropter ſi volunt cum Eccleſia „Dominicum Paſcha celebrare, qui auctori„tati Scripturarum Origenis præferunt deli„ramenta, audiant inclamantem Deum: *Et* „*non oſtendit illa tibi, ut ambulares poſt ea.*

„*Zach.* 2. v. 6. Ut erroris tenebras frigus„que ignorantiæ relinquentes ad ortum ſolis „juſtitiæ convertantur: qui enim poſt crebras commonitiones eccleſiaſticæ fidei contradicunt, duplici languore detinentur, „nequitia, & imperitia, & toti humo adhærentes bonis mala præferunt, nec noverunt, quæ ſit differentia vitiorum, & „virtutum, deſpicientes eccleſiaſticam diſciplinam, quaſi porci volutantur in cœno, & „unguenta contemnunt.

20. „Sed juſtum eſt, ut ſaltem de exemplis, quæ inferimus, recipiant ſanitatem: ſicut enim oculo officit lippitudo, & „totum corpus depopulatur febris, ita dogmatum perverſorum contagio animarum „pulchritudinem violat. Obſecro autem „fratres, ut ignoſcatis dolori meo ſcelestas doctrinas proferenti; neque enim obruerunt nos doctrinæ hæreticæ gurgites intumeſcentes, nec navem eccleſiaſticam ſubvertere poterunt, ſi portum quietis intrantes pulcherrimum divinorum voluminum „littus amplectimur. Quotquot enim diligentius Scripturas Sanctas legunt, & per picta „Sermonum cœleſtium prata diſcurrunt, beatis Sapientiæ divinæ amplexibus perfruuntur; qui autem relinquentes dominicæ ſolennitatis virorem ad deſerta deſcendunt, „in morem urbium, quæ absque muro ſunt, „hoſtiles dæmonum impetus ſuſtinent.

21. „Qua-

21. „Quapropter imminentia feſta celebrantes intelligamus, & nosmetipſos, & univerſa, quæ noſtra ſunt, ſcientiamque, rationabilem animam noſtram, quaſi matrem amplexemur, habentes radicem ſermonis, & rationis ſcientiæ notionem, ſermonem autem operis veſtibulum, porro opus ſermonis, & ſcientiæ tecta, & firmiſſimum domus culmen impoſitum; ſermo enim & ratio, & ſcientia, & fides absque opere caſſa ſunt, & inſtabilia; nam cogitationis, & ſermonis, & operis reddemus rationem in judicio *accuſantibus ſe invicem cogitationibus noſtris ſive defendentibus. Rom.* 2. v. 15. In die qua judicaturus eſt Deus abſcondita hominum.

22. „Quod cum ita ſit appropinquante feſtivitate Domini dicamus iſtis, quos Origenis error involvit: *Fugite de medio Babylonis. Jer.* 41. v. 6. Et mortiferis perturbationibus reſiſtentes muro continentiæ ‚vallemus animam, & libertatem illius quotidiana virtutum exercitatione tueamur; ‚ſicut enim venditi ſervi eorum, qui pro eis ‚pretium dederunt, & famuli & verberones ‚vocantur, ita qui animas ſuas variis vendidere deſideriis, horum, quibus ſe tradiderint, famuli nuncupantur, & quaſi crudelibus obediunt Dominis. Cum vero ‚emendatores erroris ſui rigida fronte contemnant, temeritate ſtultitiam defendentes, ‚ignorant, quod audacia nihil ſit aliud, niſi ‚absque ſenſu, & cogitatione ſententia pro-

„cul

„cul a ſe fugans gubernatorem perturbatio-
„num animi; cumque tali fuerit ſpoliata
„anima præſidio, præceps in profundum
„fertur impietatis.

23. „Unde qui Origenis erroribus dele-
„ctantur, feſtivitatis Dominicæ non ſperent
„præconia, nec margaritas quærant in luto,
„nec matrem ſuam Eccleſiam lacerent; &
„illi, qui quondam jactabant ſe ſolitudinis
„amatores, ſcilicet *monachi Origeniſtæ*, ſta-
„tem parvulam ad occultanda maledicta ſu-
„per labia furoris ſui ædificent cellulam,
„& aliquando taceant, & quieſcant, & au-
„diant Prophetam dicentem: *Prohibe lin-*
„*guam tuam a malo, & labia tua ne lo-*
„*quantur dolum. Pſ.* 33. v. 14. Deſiderent-
„que ea ſapere, quæ digna ſunt vita ſancta,
„& Eccleſiæ principem, & Magiſtrum non
„contriſtent Deum.

24. „Vos autem obſecro fratres, ut in
„commune oremus pro eis Dei miſericor-
„diam deprecantes, ut liberet eos ab errore,
„quo vincti ſunt, & odium, quo adverſus
„nos fruſtra inſaniunt, amore commutent:
„unde & nos obliti injuriarum indulgentiſ-
„ſimo eos cupimus recipere ſinu, & illorum
„converſionem ad Deum propriam ſanita-
„tem, & gloriam computamus, & ſi aliter
„non poſſint curari, niſi noſtra humilitate,
„ultro eis ſatisfaciemus. Nihil eis intuli-
„mus injuriæ, nihil nocuimus: nos, quæ
„ſcimus, loquimur, & quæ didicimus præ-
„dica-

„dicamus, orantes, ut qui eccleſiaſticas de„ſpiciunt regulas, normam recipiant veri„tatis, nec perdant utilitatem pœnitentiæ.

25. „Forſitan hæc audientes eccleſiaſti„cæ congregationis amor ſubeat, & recor„dentur fraternæ in commune lætitiæ, & „hymnorum, quibuscum ceteris Dominum „concinebant, & frigus odiorum dilectio„nis calore commutent, & intelligant nos „medicos non inimicos; neque enim fieri „poteſt, ut quos ſalvari volumus, perire „cupiamus, & non eis eccleſiaſticam virgam „converti in baculum, ſi tamen relinquen„tes errorem veritatem ſequi velint: ſin „autem reſpuant eam, audiant Dominum „comminantem: *Homo, qui fecerit, ut non* „*audiat ſacerdotem. . . . morietur homo ille.* „*Deut.* 17. v. 12. Verum ne occupati circa „vulneratorum curationem propria negliga„mus, & *aliis prædicantes ipſi reprobi inve*„*niamur.* 1. *Cor.* 9. v. 27. Commonemus „ſtantes, ut caveant, ne dum jacentibus „manum porrigunt, ipſi corruant, & ut ſer„vantes eccleſiaſticam diſciplinam futurum „judicium reformident.

26. „Igitur dominicum Paſcha celebran„tes ſanctis Scripturarum purificemur elo„quiis, & ad tropæa Salvatoris reſpicientes „cuncta offendicula, quibus vitæ noſtræ cur„riculum retardatur, auferamus e medio, „avaritiam quaſi fœneratorem peſſimum de„clinantes, vanæ gloriæ cupiditatem, ut in„ſatia-

„ſatiabilem jugulemus feram, & fornicatio-
„nis blandum, & lubricum colubrum ſolli-
„cita mente vitemus. Si quando nobis pro-
„ſperior rerum aura ſucceſſerit, humilitate
„& manſuetudine tumorem animi tempere-
„mus: ſi adverſi venti flaverint, fortitudine
„preſſum animum ſuſcitemus, ipſique noſtri
„peccati accuſatores ſimus, ut ſcientes nos-
„metipſos corripiamus, & jugi meditatione
„virtutum libertatem animæ, quæ vitiis op-
„preſſa eſt, recuperemus. Quapropter poſiti
„in certamine, & labore præſentium futuræ
„nobis ſolennitatis cœleſtis gloriam præpa-
„rantes, prius quam ſtemus ante tribunal
„Chriſti, præterita peccata pœnitentia cor-
„rigamus, præſenti fletu redimamus futu-
„ra, aculeoque conſcientiæ in morem apium
„noxios peccatorum fucos repellamus, ple-
„na ceris ac melle alvearia reſervantes:
„curemus diverſa vitiorum vulnera, & rapi-
„nas divitum crebris commonitionibus repri-
„mamus, & ſic poterimus imminentium je-
„juniorum iter carpere. Incipient autem
„dies quadrageſimæ a triceſima die menſis
„Mechir, *id eſt* 24 *Februarii*, & hebdoma-
„dam ſalutaris Paſchæ celebrabimus, quinta
„die menſis Pharmuthi finientes jejunia ſe-
„cundum Evangelicas traditiones veſpere
„Sabbati, *id eſt* 31. *Martii*, & illuceſcente
„ſtatim Dominica feſta celebremus undeci-
„ca die ejuſdem menſis, *id eſt* 6. *Aprilis*,
„jungentes & ſeptem hebdomadas Sanctæ
„Pentecoſtes, ut cum his, qui Trinitatis
„unam confitentur divinitatem, in cœlis præ-

„mia

ıia recipiamus in Chriſto Jeſu Domino noro, per quem & cum quo Deo Patri gloa, & imperium cum Sancto Spiritu in ꞓcula ſæculorum. Amen.

THEOPHILI ALEXANDRINI
EPISCOPI
) TOTIUS ÆGYPTI EPISCOPOS
EPISTOLA PASCHALIS
ANNI 404.

D. Hieronymo interprete.

Tertia paſchalis Epiſtola Theophili Alexandrini Paſcha deſignat peragendum 22. menſis Pharmuthi, eaque die anno ˈextili 304, celebratum fuit Cyclo ſolis lunæ 7. litteris Dom. C. B. Sic autem ɔet. „Nunc quoque Dei viva vox nos ad anctum provocat Paſcha celebrandum, omꞓs cupiens ejus eſſe participes; unde proꞓro ad illud currentes gradu jejuniis, & ɔntinentia omnique afflictione corporis pugıntes virtutum adverſariarum induſtriam, voluptates redigamus ad nihilum, fulti alvatoris auxilio, & peccata noſtra Deo, ıi ſanare poteſt, ſimpliciter confitentes, ꞓrum conſcientiæ judicium formidemus, i cum David vociferantes: *Peccata adoſcentiæ meæ, & ignorantiæ meæ ne memiris, ſecundum miſericordiam tuam memor o mei. Pſ.* 27. v. 7. Terrore ignis æterni „cre-

Ceſſandum a peccatis.

„creſcentia vitia conſumemus, quorum finis „eſt, alia ultra non facere, & exordium „ſalutis præteritorum oblivio: ſicut enim „principium viæ bonæ, facere juſta, ſic ex- „ordium ceſſantium peccatorum eſt, eorum „impetus cohibere, dum aut ratione fræ- „nantur, aut metu ad præcipitia non ve- „niunt, cumque legis fuerit in animo recor- „datio, illico fugiunt, & in triumphantium „virtutum caſtra concedunt. Difficile ſi- „nantur mala, quæ non ſtatim, ſi accreſcere „cæperunt, opprimuntur: facilis eſt eorum „eradicatio, cum, qui dudum peccaverunt, „per pœnitentiam ad prudentiam convertun- „tur, & fine peccandi emolumentum inve- „nerint pœnitendi; neque enim poſſumus „opprimere incentiva vitiorum, niſi virtu- „tes facere cæperimus. Et quomodo ſi con- „tra ſupervenientes voluptates firmo animo „reſiſtamus, præterita peccata delentur, ita „ſi perſeverans fuerit præteritorum oblivio, „futura delicta ultra creſcere non valebunt.

2. „Quæ cum ita ſint, qui poſſunt pro- „hibere peccantes, & ea diſſimulant, & cre- „ſcere patiuntur, participes eorum judica- „buntur, & negligentiæ poenas luent, ma- „lentes quietem culpabilem, quam ſeveri- „tatem vitia ſuccidentem: ſi enim receda- „mus a vitiis, penitus interibunt, & eorum „fraudulenta dulcedo ſiccabitur, quando „mens noſtra fuerit virtutis hoſpitium. Le- „gis recordatio non ſinit peccata generari, „nec ea creſcere patitur; cumque futurum

„tribunal

„tribunal, & formidoloſum judicii diem co-
„gitaverint, tunc principii diem, medium
„finemque peccati prohibebit; virtus quippe
„lege comitata vitiorum opprimet ſemina;
„& animum de humilibus ad excelſa ſu-
„ſtollet: econtrario vitia niſi coerceantur,
„ſuperbiunt, & obedientes ſibi ad inferna
„detrudunt, cumque ſemel poſſederint ani-
„mas, opprimunt eas illecebris volupta-
„tum, nec ſinunt juxta humani corporis
„ſtatum in ſublime erectumque ſuſpicere,
„ſed inſtar pecudum ad terrena declinant,
„de quibus Pſalmiſta teſtatur, dicens: *Vo-
„caverunt nomina ſua in terris ſuis. Pſ.* 48.
„v. 12.

3. „Dicat aliquis, quod ſi tantam vitia
„habent fortitudinem, & plurimos blanda
„perſuaſione ſupplantant, quid debent age-
„re, qui cupiunt mutare peccata virtuti-
„bus? Audi hujuſcemodi loquentem Moy-
„ſen: *Peccaſti? Deſine. Gen.* 4. v. 7. Fine
„peccati priora ſubvertens. Dulces malæ
„vitæ illecebras quaſi noxia venena decli-
„na, nec per mollem deliciarum ingredia-
„ris ſemitam; quia jejuniis, & continen-
„tia ſolennitas apprehenditur, & vix labo-
„rantes mala bonis poſſumus immutare.
„Pauci ſunt, qui calcatis vitiis tramitem
„teneant veritatis; quia malitia vinci non
„poteſt, niſi ſapientiæ deſuper fulciamur au-
„xilio. Mali interitus eſt, mala ultra non
„facere; radix vitiorum, legis ſcita contem-
„nere:

„nere: ut peccata germinat negligentia, „ita ſollicitudo virtutes parit: Lex cuſto„dita fugat ignominiam, neglecta parturit „pœnas. Igitur peccati ceſſatio virtutis prin„cipium eſt, medicina præteritorum ac præ„ſentium, & futurorum vitiorum legis in„defeſſa meditatio. Sapientia quippe in no„bis operatur bonum, ſi ei mundum cor„dis præbuerimus habitaculum, & cogita„tiones in opera verterimus; nec ambigi„tur, quin in utramque partem, vel facien„di, vel non faciendi bona habeamus libe„ram facultatem.

Jejunii quadrageſimalis obſervatio.

4. „Verum quia lex negligentes ſuis „conſiliis optimis ad meliora revocare fe„ſtinat, eos autem, qui ſibi obediunt, ſi„ne præmio eſſe non patitur, quotquot San„ctum Paſcha celebramus, continentia at„que jejuniis latorem legis amicum nobis „eſſe faciamus; opulentum virtutum con„vivium requiramus, ornantes nos ſcien„tia Scripturarum quaſi ſolennibus veſti„mentis. Sancta lætantibus nobiſcum an„gelis in cœlo oſcula præparemus, fu„gantes omnem negligentiam, ut alacri „cum diſcipulis ad Salvatorem pergamus „inceſſu, dicamusque ei: *Ubi vis, paremus* „*tibi Paſcha. Matth.* 26. v. 17. Ut in cœ„lorum coenaculo conſtituti myſticum Pa„ſcha facientes poſſimus cantare: *Quam* „*dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* „*Pſ.* 83.

5. „Ad

5. „Ad ſolennitatem igitur properemus,
„& dicamus: *Mihi autem abſit gloriari,*
„*niſi in cruce Chriſti.* *Gal.* 6. v. 14. Dabit,
„dabit inquam laborantibus gaudium, & je-
„junantibus benedicens loquetur: *Erunt do-*
„*mui Judæ in gaudium, & lætitiam, & in*
„*ſolennitates bonas.* *Zach.* 8. v. 19. Non eſt
„omnium ſolemnitas, ſed domui Judæ, id
„eſt, Eccleſiæ Chriſti. Igitur quia Paulus
„ſcribit: *Nox præceſſit, dies autem appro-*
„*pinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum,*
„*& induamur arma lucis, ſicut in die ho-*
„*neſte ambulemus, non in comeſſationibus, &*
„*ebrietatibus, non in cubilibus, & impudi-*
„*citiis, non in contentione, & æmulatione,*
„*ſed induite Dominum Jeſum Chriſtum.* *Rom.* 13.
„v. 12. Juſtum eſt, cunctos Domini timo-
„re purgatos dignam peragere ſolemnita-
„tem, continentiis quoque ac jejuniis redime-
„re caſtitatem, & dormientem ſenſum vi-
„gili ſuſcitare fide, imitemurque ſapientiſ-
„ſimum Danielem, de quo ſcribitur: *Vi-*
„*gilantia, & ſapientia inventæ ſunt in eo.*
„*Dan.* 5. v. 11. Qui enim curam ſui ge-
„runt, ut ad meliora proficiant, habentes
„legem ducem parent imperiis ejus, &
„venientia contra ſe peccata ſubvertunt,
„ſplendore operum illuſtrantes Paſchæ fe-
„ſtivitatem, & ſecuritate conſcientiæ per-
„turbationum jacula negligentes ſpe antici-
„pant victoriam; qui autem horum imita-
„tores ſunt, antequam ineant prælium, de-
„ſiderio virtutis palmam occupant trium-
„phorum.

Vinum in quadrageſima non uſurpandum.

6. „Nec putemus fratres, certamen eſſe „perpetuum, ut icirco laſſemur, ſed ſciamus, finem ejus coronam eſſe juſtitiæ, „quam nulla ſæculorum corrumpit ætas. „Itaque gratia Domini triumphos nobis de „ſceleratiſſimis dæmonibus promittente jeju„nia rite celebremus, ut ſolemnitatis quo„que rite participes ſimus. Nequaquam die„bus quadrageſimæ, ſicuti luxurioſi divites „ſolent, vini poculum uſurpemus, neque in „procinctu, & prælio, ubi labor, & ſudor „eſt neceſſarius, carnium edulio delectemur; „crapula quippe, & ebrietas, & ceteræ „hujus vitæ illecebræ opulentiſſimum ani„marum theſaurum exhauriunt. Quamob„rem Dominus diſcipulos ſuos ad rigorem „continentiæ provocans loquebatur: *Atten„dite, ne forte graventur corda veſtra cra„pula, & ebrietate. Luc.* 21. v. 34. Qui au„tem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant „vinum in jejuniis, carnium eſum repu„diant, & inſatiabilem avaritiam Dei timo„re compeſcunt; unde ad continentes Scrip„tura quotidie clamitat: *Vinum, & ſice„ram non bibent. Jud.* 13. *v.* 4. Et econ„trario Judæi ob culpam audiunt: *Dabi„tis ſanctis bibere vinum, & prophetis. Amos* 2. „v. 12. Non poſſunt ſuſcipere correptio„nem, qui luxuriæ oblectatione capiuntur, „neque ventris ingluviem ratione refrenare „amore jejunii, qui cito peritura voluptate „ſtudium virtutis infamant, non erubeſcen„tes vinum clam bibere, & in cubiculis mul„ſa potare, ut jejunia luxuria, & ebrietate

„com-

„commutent, neſcientes, quod, & ſi homi-
„num conſcientiam fugiant, & clauſis pa-
„rietibus veſcantur carnibus, & aves alti-
„les diebus quadrageſimæ, & propinquante
„Paſchate immundis manibus lacerent, triſti
„vultu foris jejunia promittentes, corripiat
„hujusmodi Dominus dicens: *Iniquitates*
„*magnas faciunt iſti.* Non decet jejunan-
„tes tempore prælii veſci carnibus monente
„Scriptura: *Affligetis animas veſtras. Lev.* 16.
„v. 29. Neque phaſides aves perquirere,
„& garrulas volucres, earumque pinguedi-
„nem hianti ingerere gulæ; nec inveſtigare
„magni pretii coquos, qui ventris rabiem
„jure multiplici, & carnibus contuſione mu-
„tatis, diverſoque ciborum ſapore demulceant,
„fumantibus pateris, & nidore ſui furori
„gutturis blandientibus, cum in injuriam
„continentiæ diverſi ſaporis, & coloris vina
„quærantur.

7. „Docet nos ſancti Danielis hiſtoria,
„& trium puerorum virtus conſona appete-
„re, & honorare jejunia, qui cum captivi
„debuerant deſiderare delitias, contemſe-
„runt Babylonias dapes, & ſimplicem ci-
„bum regali menſæ prætulerunt: & ipſe
„eunuchorum princeps, ne aliorum puero-
„rum vultus hilarior capitali ſe pœnæ ad-
„diceret, videbat & virtutis deſiderium Dei
„clementia ſuſtentatum, quodque continen-
„tia pulchra, & fortia corpora conſervaret,
„& omnem deformitatem fides vinceret, &
„nitorem pulchritudinis nulla macies com-
„mutaret.

 8. Hæc

8. „Hæc idcirco fratres replicavimus, „ut Pauli Apoſtoli de Sanctorum virtutibus „prædicantis verba noſcentes, in quibus „ait: *Quorum conſiderantes exitum converſa-* „*tionis imitamini fidem. Hebr.* 13. *v.* 7. Sua- „deamus eis, qui tempore jejuniorum eſu „carnium delectantur, imitari Sanctorum „continentiam, qui nulla vi ſuperari potue- „runt, ut rigorem virtutis amitterent, ut „Babyloniorum imperia formidantes capti- „vam in ſe oſtenderent voluptatem, ſed „manſerunt liberi, ventrisque deſideria ra- „tione ſuperarunt, & titillantem gulæ vi- „cere luxuriam, nobisque ſuæ fortitudinis „exempla reliquerunt, habitantes in Baby- „lone corporibus, ſed ſenſu, & fide cum „angelis in cœleſti Hieruſalem morantes, „ut omnem deinceps ætatem docerent, je- „juniorum tempore a vino, & carnibus ab- „ſtinendum, ſumere de terra ſemina, & „potandam aquam, quibus comitibus uti- „tur pudicitia.

9. „Quid memorem inſignes Maccha- „bæorum victorias? 2. *Macch.* 7. Qui ne „illicitis carnibus veſcerentur, & commu- „nes tangerent cibos, corpora obtulerunt „cruciatibus, totiusque orbis in Eccleſiis „Chriſti laudibus prædicantur, fortiores pœ- „nis, ardentiores, quibus comburebantur, ig- „nibus. Victa ſunt in eis omnia crudeli- „tatis ingenia, & quidquid ira perſecuto- „ris invenerat, patientium fortitudo ſupe- „ravit, inter pœnas magis paternæ legis

„quam

„quam dolorum memores. Lacerabantur „viſcera, tabo & ſanie artus diffluebant, „& tamen Sententia perſeverabat immobi„lis; liber erat animus, & mala præſentia „futurorum ſpe deſpiciebat. Laſſabantur tor„tores, & non laſſabatur fides, frange„bantur oſſa, & compago nervorum ſolve„batur, plenæ erant ferventis olei ſarta„gines: & tamen inter hæc omnia paradi„ſum animo deambulantes, non ſentiebant, „quod patiebantur, ſed quod videre cupie„bant; mens enim Dei timore vallata va„rios tormentorum ſpernit dolores Paulo di„cente: *In his omnibus ſuperamus per eum, „qui nos dilexit. Rom.* 8. v. 17.

10. „Ergo qui jejunia, id eſt, angeli„cam converſationem imitantur in terris, „meminerint illius dicti: *Regnum Dei non „eſt cibus & potus, ſed juſtitia, & gaudium, „& pax et lætitia. Rom.* 14. v. 17. Iſti per „continentiam brevi, & parvo labore mag„na ſibi, & æterna conciliant præmia, & „multo plus accipiunt quam offerunt, & „futuri temporis gloria præſentes anguſtias „mitigant; quia in hoc ſtadio pro virtute „pugnantibus, finis aliquando erit certami„nis; nam qui pugnam ineunt contra vitia, „& ſapientiæ diſciplinis ſuas animas dedica„runt, quantumcunque patitur humana con„ditio, ſcientiam appetunt futurorum per „ſpeculum, & imaginem, ſenſu, & fide cœ„lorum regna cernentes, conſequentur æter„na præmia, & nullo temporum fine clau„denda.

 11. „San-

11. „Sancta enim, & cœleſtis ſole„tas radios nobis ſui ſplendoris emitt„nullis ſpatiis terminatur, cumque San„rum certamina, & præſentis ſæculi la„finem acceperint, ſuccedet perpetuum g„dium, & æterna feſtivitas. Unde per„viri animas ſuas ab omni errorum cal„ne ſeparantes jam nunc feſta decanta„*Introeamus portas ejus in confeſſione*, „*ejus in hymnis*. *Pſ.* 95. Salvatoris adv„tum lætis vocibus perſonantes. Cum e„in toto orbe regnaret malitia, & tene„humanis oculis dæmones offudiſſent, „que poſſet eis ullus opitulari, ut fi„aliquando haberet impietas, & deſtru„tur idololatriæ fraudulentia; vivens Se„Dei nihil de noſtra relinquens ſimilitu„absque ſolo peccato, quod ſubſtantiam „habet, novo modo ad nos venire di„tus eſt, ut fieret filius hominis, & „maneret Filius Dei, natus quippe ex „gine. Hoc tantum a ſtultis credebatur, „oculi demonſtrabant, ex operibus ve„ſignorum magnitudine Deus inviſibilis a„dentibus cernebatur, quemque facies „minem demonſtrabat, hunc virtutes ſ„ficabant Deum ſervilis formæ vilitate „pertum: quanquam enim tradiderint „Judæi, & crucifigendum vocibus in„conclamarint, tamen ad mortem int„dus accedens, ut nobis virtutis præl„exemplum, Dominus gloriæ in ipſa p„ne monſtratus eſt impaſſibilis divinit„permanens majeſtate, & carne paſſil

& ideo pro nobis patiens non fugit mortem, ne nos timore mortis victoriam perderemus; nam ſi timuiſſet crucem contraria his, quæ docuerat, gerens, quis diſcipulorum ejus libens pro religione pugnaſſet? Irridetur itaque a ſtultis, & incredulis, qui orbem terrarum ſuæ ſubjecit fidei, cumque magnitudo virtutis ejus omnibus eniteſcat, blaſphemare non ceſſant; ille vero, qui irridetur, Deus operibus demonſtratus eſt, ut dæmonum templa ſubverteret, ut Origeniſtarum impietatem argueret verſipellem.

12. „Nos ergo ad eum, qui auſus eſt *Origenes refutatur.* „ſcribere, ruina rationabilium Creaturarum „eſſe corpora fabricata, Zelo fidei concitati „loquamur; ſi tibi hujusmodi impietas pla„cet, quomodo Paulus Apoſtolus ſcribit: „*Volo adoleſcentulas nubere, filios procreare.* „1. *Tim.* 5. v. 14. Utrum idcirco præcepit „nuptias, ut ex mulieribus naſcentia cor„pora ruentibus de cœlo angelis, & verſis „juxta te in animas carceres præpararent? „An ut in conjunctione maritali Dei ſen„tentiæ ſerviens conſervet humanum ge„nus? Si enim vult adoleſcentulas nubere, „& filios procreare, per quas naſcuntur „corpora humana, corporibus autem propter „poenas errantes animæ uniuntur, nulli du„bium eſt, quin propter poenas animarum, & „non propter generationis ordinem nuptia„rum adoleſcentulis vincula tribuantur. Ve„rum abſit, ut ita eſſe credamus, & ma-

„riti uxoriſque fœdera non ob benedictio-
„nem, ſed ob peccatum juncta credamus;
„nec Adam, & Evam plasmans Deus prop-
„ter animas de cœlo ruentes, & lapſus ra-
„tionabilium Creaturarum benedictione ſo-
„ciavit, dicens: *Creſcite & multiplicamini,*
„*& replete terram. Gen.* 1. v. 28. Si enim
„propter peccata in cœlis præcedentia ad
„terras miſſæ ſunt animæ, ut corporibus
„ligarentur, mentitur Paulus ſcribens: *Ho-*
„*norabiles nuptiæ, & cubile immaculatum.*
„*Hebr.* 13. v. 4. Non ergo propter ruinas
„animarum corpora fabricantur, ſed ut mun-
„dus ſucceſſione naſcentium morientium dam-
„na compenſet, & brevitatem humanæ vitæ
„vincat ſucceſſione perpetua; nam ſi ruentes,
„& junctæ corporibus animæ benedicuntur
„a Deo, melioris conditionis erunt, poſt-
„quam corpora ſuſceperunt, & ſi in ultio-
„nem peccatorum corpora accipiant, quo-
„modo benedicuntur in corporibus, in quæ
„ob peccata venerunt?

13. „Ergo qui volunt Domini feſta ce-
„lebrare, Origenis ſimulacra contemnant,
„& turpitudinem dogmatum illius ratione
„ſuperent; ſicut enim ethnicorum impiiſſimi
„errorem præferunt veritati fabricantes in
„hominum ſimilitudinem idola, & inviſibi-
„lem blasphemantes Deum, dum formam,
„& membra, & organa genitalia in eis eſſe
„confingunt, nunc virum nunc feminam
„confitentes, *& mutaverunt gloriam incor-*
„*ruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis cor-*
„*rupti-*

„*ruptibilis hominis*. *Rom.* 1. v. 23. Varia„rumque formarum; ita Origenes facilita„te, & impietate credentium quaſi de lubra „idolorum tractatuum ſuorum monimentis „demiſit, quæ nos auctoritate Scripturarum, „& Zelo fidei ſubvertentes utamur nonnul„la ſimilitudine. Ut enim cæmentarii qua„dratam volentes ædificare domum, æquales „ex omni parte parietes metiuntur, eosque „norma, & perpendiculo dirigentes, quod „animo depinxerunt, opere exſtruunt, & „ejusdem menſuræ per quadrum latera qua„tuor jungunt angulis ſurſum ac deorſum „cœptam æqualitatem, paulatimque incre„menta ſervantes, ut materiæ diverſitatem „jungat operis pulchritudo, & angulares li„neas artifex ſtructura cuſtodiat: ſic Eccle„ſiæ præceptores habentes teſtimonia Scrip„turarum firma doctrinæ faciunt fundamen„ta, & intrepidi permanent, offerentes ope„ra ſua Chriſto atque dicentes: *Confirma* „*me in verbis tuis*. *Pſ.* 118. v. 28. Ipſe enim eſt, „de quo ſcriptum eſt: *Lapidem quem repro„baverunt ædificantes*, *hic factus eſt in caput* „*anguli*. *Pſ.* 117. v. 21. Nos & eos, qui „ſurſum ſunt, una ſolemnitate conſociat, ad „quos curſu celeri navigantes rabiem con„tra nos hæreticorum fluctuum velociter „diſſolvendam minime formidemus.

14. „Sicut enim gubernatores magnarum „navium, cum viderint immenſum ex alto „venire gurgitem, ſpumantes fluctus ſuſci„piunt, eosque proræ objectione ſuſtentant,

„flecten-

„flectentes in diverſum gubernacula, & pro-
„ut ventorum flatus imperarit, ſtringentes
„funiculos vel laxantes, & cum unda ſub-
„ſederit, ex utroque navis latere laborantis
„clavorum vincula dimittunt, ut parumper
„quieſcentia venturo gurgiti præparentur,
„qui cum rurſus advenerit, ſtringunt clavo-
„rum capita, & palmutas dilatant, ut huc
„illucque ſciſſis flatibus æqualis ſit utrius-
„que lateris labor, & quod ſimul non po-
„terat ſuſtineri, diviſim tolerabilius fiat. Sic
„qui ſui curam gerunt, divinorum diſpenſa-
„tione verborum quaſi gubernaculo utentes
„occurrunt hæreticorum tempeſtati, legem
„Dei pro arte retinentes, ut qui corruerant,
„ſuſcitentur, qui ſtant, firmo perſeverent gra-
„du, & omnes in commune doctrinæ opi-
„tulatione ſerventur: quod enim guberna-
„tori clavus, hoc animæ eſt lex Dei, in
„qua dominicum Paſcha facientes charita-
„ti Dei, & proximi in mundo nihil aliud præ-
„feramus. Neque pro varietate humanorum
„caſuum, qui huc illucque vertuntur, ſen-
„tentiam commutemus, ut quibus dudum
„pro potentia turpi adulatione ſervivimus,
„ſi forte paupertate divitiæ, humilitate ſub-
„limitas, ignominia gloria fuerint immuta-
„ta, in hoſtes repente vertamur, reſiſtentes
„eis in faciem, quos veneratione dignos
„ducebamus, temporibus non fide neceſſitu-
„dinem ponderantes, proſtratos calcantes,
„quos dudum propter divitias ſuſpicieba-
„mus, peſſimos omnium conclamantes, poſt-
„quam opes paupertate mutaverint, laudan-
„tes

„tes potentiam, & infelicitatem calumnian-
„tes, nec pro rerum natura ſed pro varie-
„tate caſuum honorantes aliquem vel con-
„temnentes, ut, quos prius dominos, &
„patronos vocabamus, eosdem quaſi verbe-
„rones, & ſervos nequiſſimos appellemus,
„ut proinde ex omni parte appareat noſtra
„iniquitas, dum aut indignos laudamus,
„aut dignos laude obtrectatione perſequi-
„mur, imitantes illud, quod ad beatum Job
„exprobrantes loquebantur: *Pauca pro qui-*
„*bus peccaſti, verberatus es. Job.* 11. v. 7.

15. „Nequaquam igitur dubias opes, *Avaritiæ malum.*
„ſed virtutem firmiſſimam diligamus; non
„nos duritia humiliet paupertatis, non ex-
„tollant divitiæ, quæ ſtultiſſimos hominum
„deprimere, & elevare conſueverunt, ſed
„utrumque pro rerum honeſtate modere-
„mur, & triſtia, & læta æquali animo ſu-
„ſtinentes. Divitiarum cura ſomnos in-
„terrumpit dulciſſimos, innoxiis calumnias
„ſtruit, & cum infinitas opes congregave-
„rit, materiam æternis ignibus parat. Poſt-
„quam vero inſatiabilis furor quæſitis opi-
„bus incubuerit, non expletur avaritia, ſed
„contemnit leges, gehennæ flammas deſpi-
„cit, futurum judicii tribunal habet pro
„nihilo; nec tantum adverſarii contra ho-
„ſtes ſunt, quantum divitiæ contra virtutes
„dimicant, niſi ratione, & miſericordia in
„proximos temperentur. Hæ in urbibus no-
„bilitati præferuntur, hæ nobis hominibus
„novam donunt familiam: numquam divi-
„tia-

„tiarum deſiderium ullis divitiis ſatiari
„teſt. Eget ſemper, qui avarus eſt, n
„menſuram cui tantum deeſt quod hal
„quantum quod non habet : infernus n
„tuis non expletur, ſed quanto plures
„ſceperit, tanto plures deſiderat; imit
„ergo eum avaritia, nec ſatiari poteſt,
„quidquid habuerit plus requiret, mi
„putat ab eo, quod cupit, omne quod
„ſidet, ſemper immodica : in conviviis
„juſtitiam vorat, in judiciis jurgia miſ
„invidiam parit, per quam ad homicid
„pervenitur; non eſt compos mentis n
„habens menſuram, extra menſuram f
„per inquirere. Mare littoribus claudit
„divitiarum cupidinem, niſi ratione frene
„nec conſilium temperat, nec lex miti
„poteſt, nec ulla ſatiat abundantia :
„erubeſcit, non futurum judicium refo
„dat, ſed deſiderio plus habendi calum
„rum, ac diſſenſionum flammis urbes, &
„las complet.

16. „Itaque hujuſcemodi rabiem c
„temnentes divitias, cultum Dei, & fir
„ſimas poſſeſſiones caſtitatis, & ſanctim
„requiramus, adorantes Patris, & F
„& Spiritus Sancti unam divinitatem,
„ſurrectionem mortuorum incorruptibil
„& jugitur permanentem eſſe credentes;
„que enim fieri poteſt, ut eam mors f
„ret, quæ Chriſti paſſione firmata eſt f
„tans incorruptum, & in æternum per
„nens templum corporis ſui. Oremus

„P

„piiſſimis imperatoribus, & obſervatione le-
„gis Dei jejuniorum præcepta decoremus:
„quia virtus absque ulla neceſſitate cuſto-
„dit ſectatores ſuos, & ſenſum in cogita-
„tiones varias fluctuantem de terrenis ad
„excelſa ſublimat, nequaquam pulchritudi-
„nem corporum, ſed converſationis ac mo-
„rum ordinem contemplans, oſtendens ei
„lætantium in cœlo angelorum choros, &
„docens ſplendentium diſciplinarum fulgura,
„ut in præſenti ſæculo quaſi athleta fortiſ-
„ſimus illatas ſuſtineat plagas, & futuram
„pro his gloram præſtoletur. Nequaquam
„vitiis ſubjacens, ſed interiorem hominem
„deſiderio ſui ad æterna ſuſtollens, atque
„omnes impetus voluptatis ratione compe-
„ſcens, illud cogitet, quod futurus eſt; &
„quantum poteſt ſuſtinere humana fragili-
„tas, recedat a corporalium rerum ſollici-
„tudine præferens carnalibus ſpiritualia, ut
„etiam ipſum corpus deſpiciens, & præſen-
„tium voluptatum duriorem ſed meliorem
„vitam inire perſuadeat, ut qui dudum li-
„bidini ſerviebat, libertate bona ſerviat ca-
„ſtitati, & retractus a præcipitiis mollia je-
„juniorum frena ſuſcipiat. Etenim ſi absque
„rectore fuerit ac magiſtro corporum infir-
„ma natura, nec imperanti animo voluerit
„obedire, & ſibi, & rectori concitat infini-
„ta naufragia, & pertrahit eum ad turpiſ-
„ſimas libidines ac barathrum voluptatum,
„ut nequaquam honeſta conſideret, ſed fu-
„giens bona in cœno ac ſordibus commore-
„tur. Virtus vero cum aurigæ modo ani-
„mum

„mum rexerit, & quaſi in curru ſtans impe„tus ejus, & varios appetitus doctrinæ ha„benis compoſuerit, de humilibus eum ad „excelſa ſublevat, inviſibilia, æternaque pro „viſibilibus oſtendens; manſionem in cœlis „parat, & amicos illi efficit eos, qui Dei „miniſterio ſervientes ſpiritualibus deliciis „perfruuntur, ut quod hic cernebat in ima„gine, ibi in veritate perſpiciat, & majo„rem ſolis radiis videat claritatem, quæ „nobis huc ex parte deſcendit, ut de mino„ribus ad majora tendamus, & quaſi per „litteras ac ſyllabas ad legendum proficia„mus, quia & illa his, & hæc illis indi„gent. Ibi, cum fuerimus beatorum juncti „conſortio, audiemus: *Euge ſerve bone, &* „*fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſu*„*pra multa te conſtituam, intra in gaudium* „*Domini tui. Matth.* 25. v. 21.

17. „Incipient ſanctæ quadrageſimæ je„junia ab undecima die menſis Pharmenoth „(*id eſt, die ſeptima Martii*) & hebdomadæ „dominicæ paſſionis ſexta decima die men„ſis Pharmuthi, *id eſt, undecima Aprilis*, „finiemus jejunia veſpere Sabbati, viceſima „prima ejuſdem menſis Pharmuthi, *id eſt*, „*decima ſeptima Aprilis*, & ſequenti die do„minica paſcha celebrabimus vigeſima ſe„cunda die ejuſdem menſis Pharmuthi, poſt „quæ jungemus ſeptem hebdomadas Sanctæ „Pentecoſtes, pauperum memores, aman„tes Deum & proximum, orantes pro ini„micis, perſecutoribus blandientes, infir„morum

„morum ruinas conſolatione, & miſericor„dia ſublevantes, ut lingua ſemper in Dei „laudibus perſonet, ut Eccleſiæ juſta judi„cia nequaquam irrationabili clementia de„ſtruantur, ne legi Dei arbitraria præferan„tur humana, cujus ſi deſideraverimus ami„citias, cœleſtem gloriam conſequemur in „Chriſto Jeſu Domino noſtro. per quem & „cum quo Deo Patri claritas, & imperium „cum Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. „Amen.

THEOPHILI ALEXANDRINI
EPISCOPI
EPISTOLARUM PASCHALIUM
FRAGMENTA GRÆCA.

1. Primum fragmentum deſumptum eſt ex prima Epiſtola feſtali apud Cosmam Indicopleuſtem, *lib.* 10. *Topograph. Chriſt.* & ita habet: in ſublimi virtutis domo paſcha comedamus, nobiscum habentes Chriſtum, ipſumqne totum, utpote vitam comedentes. *Realis præſentia Chriſti in Euch.*

2. „Secundum fragmentum eſt ex eâ„dem Epiſtola feſtali, docens, quod Chri„ſtus ejus, qui in figura ſummi ſacerdo„tis munus gerebat, uſum abrogavit.

3. Ter-

3. Tertium fragmentum eſt ex Sermone Theophili inſcripto ad eos, qui cum Origene ſentirent; Item: quartum ex Epiſtola Paſchali anni 401. Et quintum ex tomo Heorſtatico apud Theodoritum *in Dialog.* ſunt contra Origenem, quæ in tribus Epiſtolis paſchalibus recenſitis fuſe continentur.

Nativitas Christi ex Virgine. 4. „Sextum fragmentum eſt ex quinta „Epiſtola paſchali inter acta Conc. Epheſ. „& ſic habet. Nemo dubitet, quin Dei „virtus efficere queat, ut virgo pariat, in „qua utique nobis ut aſſimilaretur, vivum „Dei Verbum (alia namque ratione familia„riter inter nos verſari non poterat) nec vo„luptate, & ſomno, ut in aliis hominibus „contingere ſolet, corpus ſumeret, noſtra „ſimilitudine accepta ex virgine prodiit, ho„minem quidem ſecundum ſervilem formam „nobis haud diſſimilem videndum ſe præ„bens, ex operibus tamen divinis a ſe pa„tratis omnium & Dominum, & opifi„cem ſe eſſe oſtendens: quod idem demon„ſtrat ſeptimum fragmentum ex ſexta Epi„ſtola paſchali deſumptum.

THEO-

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI EPISTOLÆ AD DIVERSOS.

I.

EPISTOLA THEOPHILI AD HIERONYMUM.

„Nuntiat expulſos e Nitriæ monaſteriis „Origeniſtas, & hortatur, ſiqui alii „decepti ſunt, congruis Scripturarum emen„dentur ſermonibus.

II.

EPISTOLA THEOPHILI AD HIERONYMUM.

Monet, ut occultos Origeniſtas, ſiqui ſint in Palæſtina, inſectetur.

III.

EPISTOLA THEOPHILI AD EPIPHANIUM.

Hæreſis Origenis damnatur.

„Dominus, qui locutus eſt Prophetam: *Ec„ce conſtitui te hodie ſuper gentes, & „regna eradicare, ſuffodere, & diſperdere & „rurſum ædificare, & plantare. Jer.* 1. v. 10. „Singulis temporibus eamden Eccleſiæ ſuæ „largitur gratiam, ut in nullo hæreticorum

„dogmatum venena prævaleant: quod qui„dem nunc videmus expletum; nam Eccle„ſti Chriſti, quæ non habet maculam ne„que rugam egredientes de cavernis ſuis Ori„genis colubros evangelico enſe truncavit, & „fœcundum Monachorum Nitriæ agmen con„tagione peſtifera liberavit. Pauca ego „geſta in generali Epiſtola ad omnes di„recta comprehendi; dignationis tuæ eſt, „quæ in hujusmodi certaminibus ſæpe „pugnavit, & poſitos in certamine conſo„lari, & congregare totius inſulæ Epiſco„pos, ac Synodicas litteras tam ad nos, „quam ad Conſtantinopolitanæ urbis Epi„ſcopum (*S. Joannem Chryſoſtomum*) mitte„re, ut conſenſu omnium & ipſe Origenes „nominatim, & hæreſis nefaria condemne„tur: didici enim, quod calumniatores ve„ræ fidei Ammonius, Euſebius, & Euthy„mius novo pro hæreſi furore bacchantes „Conſtantinopolim navigarint, ut & novos, „ſiquos valuerint, decipiant, & veteribus „ſuæ impietatis ſociis adjungant. Curæ „igitur tuæ ſit, ut cunctis Epiſcopis per „Iſauriam, & Pamphiliam, & vicinarum „provinciarum rei ordinem pandas, & no„ſtram Epiſtolam ſubjicias, ut omnes uno „Spiritu congregati tradamus Satanæ: & „ut celerius noſtra Conſtantinopolim ſcripta „perveniant, mitte induſtrium virum de „clericis, ſicut & nos de ipſis Nitriæ mo„naſteriis patres monachorum cum aliis vi„ris ſanctis miſimus, qui poſſint cunctos in „præſenti docere, quæ geſta ſunt, & ſu-

„per

„per omnia quæſumus, ut impenſas ad Do-
„minum fundas preces, quo poſſimus etiam
„in iſto certamine victoriam conſequi: non
„enim parva lætitia & in Alexandria, &
„per totam Ægyptum populorum corda per-
„vaſit, ex quo pauci homines ejecti ſunt,
„ut purum corpus Eccleſiæ permaneret.

IV.

EPISTOLA THEOPHILI AD HIERONYMUM.

„Joannem (*Chryſoſtomum*), qui dudum Con- *S. Joannem Chryſoſtomum culpat Theophilus.*
„ſtantinopolitanam rexit Eccleſiam, Deo
„placere ſemper optavimus, & cauſas per-
„ditionis ejus, in quas ferebatur improvi-
„dus, nequaquam credere voluimus: ſed
„ille, ut cetera ejus flagitia taceam, Orige-
„niſtas in ſuam recipiens familiaritatem, &
„ex his plurimos in ſacerdotium provehens,
„atque ob hoc ſcelus beatæ memoriæ ho-
„minem Dei Epiphanium, qui inter Epiſco-
„pos clarum in orbe ſidus effulſit, non
„parvo mœrore contriſtans meruit audire:
„*Cecidit, cecidit Babylon. Iſ.* 21. v. 9.

V.

EPISTOLA THEOPHILI AD AMMONIUM EPISCOPUM.

„Cum præclarum animi tui ardorem, & *S. S. Geſta deſcribenda.*
„pietatem minime ignorem, non poſ-
„ſum non vehementer probare, quod de

„Sanctorum hominum geſtis memoriam i
„ceris; nam & alias ſæpe nos tuis nar
„tionibus recreaſti ſcripto transmittens, q
„cognoveras. Contingat igitur tibi, & no
„omnibus cum Sancto Theodoro parte
„& communionem habere: non enim
„noſtrum ſolatium cunctabundus, ſed in
„ipſum non nihil addens promptitudine t
„multum profuiſti dilectiſſime, & deſide
„tiſſime.

VI.

EPISTOLA THEOPHILI AD JOA NEM CHRYSOSTOMUM EPISCOPUM C. P.

„Arbitror equidem non ignorare te ca
„num Nicænorum decretum, quo i
„citur, ne Epiſcopus litem extra fines ſ
„judicet. Si autem ignoras, diſce, & a
„bellis adverſus me abſtine: nam ſi judi
„me oporteret, ab Ægyptiis Epiſcopis
„dicandus ſum, non a te, qui ſeptuag
„quinque dierum itinere hinc abes.

VII.

EPISTOLA THEOPHILI AD EPIS POS PALÆSTINÆ.

„Non oportebat vos præter volunta
„meam in civitates veſtras hos (
„*dorum alioſque monachos*) recipere; ſed q
„niam ignari id feciſtis, vobis ignoſco.

„pc

„poſterum igitur cavete, ne in eccleſiaſti-
„cum, aut in privatum aliquem locum il-
„los admittatis.

NONNULLA FRAGMENTA EX ALIIS THEOPHILI LIBRIS DEPERDITIS.

I.

In illud: Dominus regnavit, decorem induit Pſ. 92. apud Sirmondum tom. 1.

„Quia Dominus corruptibile corpus aſſump-„ſit, decorem induit, ſuſcitans illud „non corruptibile ſed incorruptibile; aſſump-„ſit enim reſurgens iterum proprium cor-„pus, prout ipſe prædixerat. *Joan.* 2. v. 19. „*Solvite templum hoc, & in tribus diebus ex-„citabo illud.* Quod excitarat ergo, induit „corpus: dicebat enim: *Non derelinques „animam meam in inferno, nec dabis ſan-„ctum tuum videre corruptionem. Pſ.* 15. v. 10. „Reſurgens non manſit in monumento, ſed „in monumento manens non vidit corrup-„tionem, corruptio illi non eſt dominata. „Verbum incorruptibile corpus ſuſcitavit ad „incorruptibilitatem. *Reſurrectio corporis incorruptibilis.*

II.

Ex catena in Geneſin apud Sirmondum tom. 1.

Animæ ob peccatum non in corpore.

„Quod non ob peccatum, ut Origeni viſum eſt, dejectæ animæ corporibus implicitæ ſint, ex Moſis verbis didicimus filiis Iſrael dicentis: *Dominus Deus patrum veſtrorum adjiciat vobis, ſicut eſtis hodie, millia multa, & benedicat vobis; ſicut vobis locutus eſt. Deut.* 1. v. 11. Neque enim benedictio ſecundum Origenem eſt corporum productio, ſed maledictio errantibus animabus.

III.

EX EODEM.

„Medius igitur inter duos homo factus fuerat, neque mortalis omni ex parte, neque totus immortalis, ſed capax utriusque.

IV.

Apud S. Damaſcenum tom. 2.

„Itane tandem Rex terrenus, etſi minime videtur ab omnibus, tamen per leges, & edicta auctoritatemque, & potentiam, ac imagines exiſtere creditur, Deum vero ex operibus, & potentia intelligi non vis?

THEO-

„vocem: *Tollatur impius, ut non videat glo-*
„*riam Domini. Ibid:* Tunc ipſam apprehen-
„dit dies iræ, dies afflictionis, dies tene-
„brarum, & caliginis. Tradita in tenebras
„exteriores, & ad ignem perpetuum dam-
„nata per infinita ſæcula punietur. Tunc
„ubi gloria mundi? Ubi vana gloria? ubi
„deliciæ, ubi voluptates? ubi faſtus? ubi
„requies? ubi jactantia? ubi pecuniæ? ubi
„nobilitas? ubi pater? ubi mater? ubi fra-
„ter? quis præſentibus malis eripere pote-
„rit igne flagrantem, & in amariſſimis tor-
„mentis detentam? His ita ſe habentibus,
„quales eſſe nos oportet in ſanctis actioni-
„bus, & operibus piis? Quantam chari-
„tatem debemus obtinere, quantam diſci-
„plinam? Quantam converſationem, qua-
„lem curſum? Cujusmodi diligentiam, ora-
„tionem, cautionem? *Hæc enim,* inquit,
„*expectantes ſatagemus immaculati, & invio-*
„*lati illic inveniri inpace. 2. Petri 3. v.* 14.
„Ut digni efficiamur audire Dominum di-
„centem: *Venite Benedicti Patris mei, poſſi-*
„*dete paratum vobis regnum a conſtitutione*
„*mundi* in ſæcula ſæculorum. Amen.

5. „Idem Theophilus Archiepiſcopus,
„cum moriturus eſſet, dixit: Beatus es Ab-
„ba Arſeni, quia hanc horam ſemper in me-
„moria habebas.

6. „Interrogavit Amma ſive mater Theo-
„dora Papam Theophilum de Apoſtoli di-
„cto quid ſit: *Tempus redimentes:* Ille vero
„reſpon-

„reſpondit ei: dictio lucrum oſtendit. Verbi gratia: tempus ſeu occaſio contumeliæ tibi adeſt? Humilitate, & patientia eme contumeliæ tempus, & ad te lucrum trahe. Ignominiæ tempus adeſt? Eme illud per tolerantiam ac lucrare. Sicque cuncta contraria, ſi velimus, nobis in lucrum cedunt.

FINIS.

U. I. O. G. D.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Actio humana, quid ſit, & quomodo invite fiat. 337. ſeq. An, & quomodo ignorantia Actionem humanam faciat invitam, ſeu involuntariam. 339. ſeq. Item 341. Quænam actio humana ſponte fiat. 341. Vide liberum Arbitrium, Electio, Conſultatio, Homo, Anima.

Adam, ſtatus illius miſerrimus poſt peccatum. 40. An Spiritum Sanctum habuerit. 41.

Adventus, Chriſti, ſecundus, & conſummatio Sæculi, Hæreſis ſpecialis circa hoc dogma. 463. ſeq.

Ægritudo, Animi, quam varias contineat ſpecies. 327.

Affectus, affectiones, ſeu paſſiones animæ, doctrina ſpiritualis circa moderamen illarum. 538. ſeq. Vide Anima, Appetitus, bellum.

Amor, bonorum terreſtrium gravat animam. 134. inordinatus conſanguineorum eſt corrigendus. 137. verus Dei reſpuit terrena, nec unquam ceſſat. 146. quis talem amorem habere cenſendus ſit. 154. ſeq.

Anima, juſti eſt lux, & debet ſale condiri. 5. ſeq. quo ſenſu ſit cor-

corpus tenebroſum. 7. ſeq. Qualis eſſe debeat mors, & vita. 8. ſeq. debet eſſe fervida in bono. 16. ſeq. ſtudeat ſe unire Deo, & converſionem non negligere. 18. ſeq. Quales Eidem promiſſiones factæ ſint. 19. Quomodo converſionem a Deo petere debeat. 22. ſeq. qua ratione ſalutem æternam a Deo exſpectare debeat. 33. ſeq. quomodo a Chriſto liberata ſit. 38. ſeq. qualem ſpem habere debeat circa peccata. 39. ſeqq. quomodo eam oporteat & fidelem eſſe Chriſto, & obedientem. 46. ſeq. Ejusdem præſtantia præ cæteris creaturis. 71. ſeq. An natura ipſius per divinam Virtutem immutetur, & quo pergat in tentationibus. 72. ſeq. Ejus calamitas in ſtatu peccati. 78. Vide Adam. Bellum illius cum Diabolo. Vide Diabolus. Quid de illa ſenſerint Veteres Philoſophi. 281. ſeq. Item 282. ſeq. Item 284. ſeq. Item 286. ſeq. Item 288. ſeq. Item 290. ſeq. Manichæorum opinio de illa. 291. ſeq. Metempſychoſis non datur. 299. ſeq. Ejus immortalitas, & unio cum humano Corpore. 294. ſeq.

Anima, humana, quomodo ejus unio fiat cum corpore. 296. ſeq. Quænam ſit propria ejusdem Diviſio. 320. Quam terribilis ſit ſtatus illius in ultimo Momento vitæ, & mortis. 698. ſeq.

Animal, gaudet facultate generativa, quænam ſint illius Inſtrumenta, & quas alias habeat facultates. 332. ſeq. Quibus potiſſimum motibus agitari ſoleat. 334. ſeq.

Animalia, quatuor apud Ezechielem, quid ſignificent. 5. ſeq.

pophtegmata, ſpi-
alis vitæ. 158. ſeq.
. ſeq. Item 227.
S. Arſenius, Ma-
ıs, Theophilus A-
ıdrinus. Item Iſa-
Abbas, Evagrius
icus.

ppetitus, affectus,
paſſiones animæ,
ſint, & quotupli-
Generis. 320. ſeq.
Affectus, Anima.

ppollinariſtæ, eo-
errores circa In-
itionem. 656. ſeq.

riani, Impia Eo-
fidei profeſſio re-
ur. 380. ſeq.

Arſenius Abbas,
ı Illius, ac Scrip-
71. ſeq. Ejusdem
htegmata vitæ ſpi-
is. 374. Vera ef-
. 377. ſeq.

varitia, quam
de malum ſit, &
ı malos producat
us. 685. dehorta-
hoc ingenti cri-
687.

ditus, quænam
jus inſtrumenta, & quale objectum. 315. ſeq.

B.

Baptiſmus, Status hominis Ante illum. 207. Effectus ejusdem. 209. ſeq. Gratia in eo obtenta caute ſervanda. 211. ſeq.

Baptiſmus, quando, & qua ex cauſſa iterari valeat. 611. ſeq.

Baptizati, an vitia ceſſent in ipſis 48. ſeq. An abſolvi poſſint. 194. Unde quis ſcire poſſit, quod fuerit rite baptizatus. 523. ſeq. Vide Chriſtianus, Homo.

Beatitudo cœleſtis præ omnibus aliis ſollicite quærenda eſt. 110. Quomodo acquiri poſſit, ac debeat. 132. Item 155.

Bellum ſpirituale animæ, quid ſit, quotuplex, & quomodo gerendum. 63. ſeq. Vid. Anima, Diabolus, Affectus.

Breviarium Fidei adverſus Arianos. 592. ſeq.

C.

Cain, de peccato ipſius, & longitudine Vitæ, hæreſis. 485. ſeq.

Cantica Canticorum de ejus theopneuſtia hæreſis ſingularis. 489. ſeq.

Catechumenus, nonnulla Reſponſa Canonica de illo. 266. ſeq.

Catholicum Nomen, origo. 181. ſeq. ſignificatio. 186. ſeq.

Charitas fraterna, quam neceſſaria ſit. 12. ſeq. Item 96. ſeq.

Chriſtiani, eorum vita, & gloria. 24. ſeq. Quomodo orare eos oporteat. 26. ſeq. Eorumdem præcipui fructus. 43. Quænam ſit vera illorum Unctio. 53. ſeq. Qua ratione valeant puritatem cordis petere, atque impetrare. 55. ſeq. Quis ſit verus eorum theſaurus. 56. Quam variis modis poſſin perfectionem venii quid illis hac i agendum ſit. 57. Quomodo, & qu cum hoſtibus pug debeant. 63. ſeq. I veſtem gratiæ, & nitatem animæ piant. 61. ſeq. Cu ſimiles ſint. 66. Quam magna ſit di tas eorum, unaqu mul infirmites 75. Quomodo ad cæ tendere debeant, mentem elevare Deum. 83. ſeq. Eo gloria in reſurre ne. 85. Item 87. Quinam veri Chri ni habendi ſint. Interna illos coin nant, & ex corde ſorum pendet prog ſus in Virtute. 97. Mutatio eis neceſſ eſt, & qualis. 99. Quis illos ſanare po & quam cum Deo c nationem habeant. 1 ſeq. Quomodo ad ſe dire debeant. 133. rum Paſcha, Circum

ſio, & Sabbatum. 246. ſeq. Virtutes ipſis propriæ. 248. ſeq. Quænam maxime ab illis vitanda ſint. 255. ſeq. hæreſis circa antiquitatem eorumdem. 467. ſeq. Quas ob cauſſas hoc Nomine gloriari poſſint. 552. ſeq. Vide Baptizatus, Anima humana, Homo.

Chriſtus, qua Deus ſemper fuit, & quidem verus Deus, verusque Dei filius. 381. Non adoptivus filius. 384. ſeq. Item 387. ſeq. Chriſtus ſolus & ſanat, & ſalvat. 61. ſeq. Deitas ejus probatur. 389. ſeq. Item 513. ſeq. Item 516. ſeq. Item 593. ſeq. Item 639. ſeq. Non eſt factus, nec Generatus. 391. ſeq. Ejus omnipotentia, & immutabilitas. 392. ſeq. Incarnatio ejusdem. 393. ſeq. Item 654. ſeq. Item 680. ſeq. Quo ſenſu minor ſit Patre. 395. ſeq. Divinitas illius non eſt immutata 306. ſeq. Quomodo factus ſit Dominus. 397. ſeq. Quomodo factus ſit Chriſtus, & quomodo crucifixus. 398. ſeq. Quo ſenſu tanquam Dei ſapientia poſſit creatus dici. 401. Unio duplicis Naturæ in ipſo. 592. ſeq. Æqualitas illius cum Patre, & inviſibilitas. 595. ſeq. Quo ſenſu cum Patre operatur. 597. ſeq. Æquales habet operationes cum Patre, & Spiritu Sancto. 603. ſeq. Regnum ejus æternum, quod male ab Origene impugnatur. 641. ſeq. An etiam pro Diabolis paſſus ſit. 643. ſeq. Item 645. ſeq. Eſt vere dignus, ut noſtras ad Illum preces dirigamus. 647. Veram habuit animam. 656. ſeq. Fuitque perfectus Homo. 658. ſeq. Vide Trinitas, Incarnatio,

natio, Anima Chriſtianus.

Cogitationes, quomodo bellum adverſus eas Gerendum ſit, & quomodo continuandum. 13. ſeq. Qua ratione victoria ſit reportanda. 15. Item 61. ſeq. Quomodo oporteat illas diſcernere. 37. Cogitationes malæ, ſeu vitioſæ potiſſimum octo numerantur. 566. ſeq. Documenta ſalutaria pro iisdem cito repellendis. 571. ſeq. Vide bellum ſpirituale, Diabolus, affectus, anima, Chriſtianus.

Conſcientia, recta, ſeu vera, eam unice oportet ſequi. 229. ſeq.

Conſultatio, quid ſit, & circa quas res inſtituenda. 343. ſeq.

Converſio ad Deum, Vide anima, Chriſtianus, homo.

Correctio fraterna, quomodo ſit facienda. 221. ſeq. Item 255. ſeq.

Curioſitas, in Lectione Sacræ Scripturæ eſt fugienda. 223. ſeq.

D.

David, hæreſis eorum, qui negant ipſum fuiſſe Prophetam. 482. ſeq. Item eorum, qui negant eum Auctorem Pſalterii. 484. ſeq.

Debitum, conjugale, reſponſa canonica de illo. 269. ſeq.

Deus, Longanimitas ejus. 20. ſeq. Quomodo ſalus æterna ab eo ſit petenda. 33. ſeq. An, & quomodo bonum remuneretur. 44. ſeq. Item 151. Ejus abuti patientia non decet. 137. ſeq. Ejus famulatus parit gaudium. 237. ſeq.

Diabolus, quomodo vinci poſſit. 68. ſeq. Quomodo homines infeſtare ſoleat. 72. ſeq. Quales ſoleat adhibere fraudes, & quo-

modo ſint eluden-
150. Item 167.
1 372. An fuerit
hriſto redemptus.
. Item 645. ſeq.
e Bellum ſpiritua-
Cogitationes, Ani-
, Affectus, Homo,
iſtianus.

Diadema regium,
iam illud geſtare
valeant. 65. ſeq.

Diſcretio boni, &
i, quam neceſſaria
Chriſtiano. 15. ſeq.
n 131. ſeq. Ejus
itas. 151. Vide
itationes.

Divitiæ ſpirituales,
i modi easdem col-
ndi. 156. ſeq.

Drachma Evangelica,
a illius ſignificatio.
. ſeq.

E.

Eccleſia vera Chri-
, non rejicit Pœni-
es. 189. ſeq. Quo-
n ſenſu ſit ſine ma-
. 190. ſeq. Continet in ſinu ſuo bonos, & malos. 197. ſeq. Quænam ſit pro vera habenda. 199.

Electio voluntaria, quid ſit, & quomodo fiat. 342. ſeq.

Elementa, quid ſint, & quotuplicis Generis. 300. ſeq. An ex iis fiant corpora. 302. ſeq. An ſint creata a Deo, & quinam illorum Numerus. 303. ſeq. Vide Corpora.

Evagrius Ponticus, Monachus, geſta ipſius, ac Scripta. 529. ſeq. Illius theoremata practica ſpiritualia. 542. ſeq. Item liber ejusdem practicus. 550. ſeq.

Extaſis, an Homo in illa ſemper perdurare poſſit. 144.

Ezechiel, Viſionis ejus prima expoſitio. 31. ſeq.

F.

Familiaritas cum ſæcularibus non decet Monachos. 222. ſeq.

Fatum, ejus abſurditas. 344. ſeq. An conſiſtat in Aſtris. 345. ſeq. An exitus rerum illi ſint adſcribendi. 346. ſeq. Quam olim opinionem ſingularem Plato tenuerit de fato. 348. ſeq.

Fauſtinus Presbyter, geſta ejusdem, ac ſcripta. 378. ſeq.

Fides perfecta in Deum. 108. Effectus illius. 208. ſeq. Opera bona ad eam neceſſaria ſunt. 245.

Filii Dei, quomodo differant a filiis mundi. 103. ſeq.

G.

Gigantes, hæreſis circa Originem ipſorum. 464. ſeq.

Gloria vana eſt vitanda. 235. ſeq. Gloria vera. Vide Chriſtiani.

Gratia Dei, quomodo augeri, & quomodo amitti ſoleat. 35. ſeq. Quæ, & qualis ſit ejus neceſſitas, qualesque effectus producat. 52. ſeq. An, & quomodo hominem liberet ab infeſtatione peccati. 54. ſeq. Quam variis modis eandem Deus diſpenſet. 79. ſeq. Quæ & qualis reddenda ſit ratio Deo de ejusdem abuſu. 80. Qua ratione creſcat. 96. Quinam illius effectus. 143. ſeq. Summa ejusdem neceſſitas. 147. Vide Anima.

Gula, Vitium eſt Caſtitati ſummopere inimicum. 174.

Guſtus, quid ſit, quodnam ejus inſtrumentum, & objectum. 314. ſeq.

H.

Hæretici, Catalogus eorum, qui ante Nativitatem Chriſti extiterunt. 411. ſeq. Item illorum, qui poſt hoc tempus vixerunt. 421. ſeq. An poſſint Feſtum Paſchale digne celebrare. 654. ſeq. Vide Paſcha, Origeniſtæ, Apollinariſtæ.

Hieronymus, Græcus theologus, geſta ejus, & ſcripta. 509. ſeq.

Homo lapſus, quibus catenis ſoleat ligari. 156. ſeq. Interior eſt emendandus. 112. Item 372. Quomodo oporteat eum accedere ad Deum. 113. Animæ ſuæ curam habere, & ad primam Innocentiam redire debet. 135. ſeq. Non poteſt omni tempore immunis, & ſecurus eſſe a malitia. 139. ſeq. Quomodo vetus Homo ſit exuendus. 254 Quinam Homo maneat in Chriſto, & quid ad hoc requiratur. 252. ſeq. Vide Chriſtus. Natura hominis. 272. ſeq. Cognatio ejus cum aliis Creaturis. 274. ſeq. An ſit creatus mortalis. 275. ſeq. Quibus rebus potiſſimum indigeat. 276. ſeq. Quænam illius Prærogativæ. 278. ſeq. An omnia propter ipſum creata ſint. 279. ſeq Ejusdem quoad Naturam ſuam excellentia. 280. ſeq. Quid de illius anima Philoſophi Veteres ſenſerint. Vide Anima, Chriſtianus.

Humilis, quomodo operari, & quid de ſe judicare debeat. 35. ſeq.

Humilitas, quam præclara ſit virtus, & quomodo eam docere quis recte poſſit alios. 141. ſeq. Quænam ſint Virtutis hujus officia. 243. ſeq.

I.

Jejunium, hæreſis circa ipſius obſervantiam. 501. ſeq. Ejusdem utilitas, neceſſitas, rectaque obſervantia. 674. ſeq. Abſtinendum a vino, & pinguioribus eſcis. 676. ſeq. Varia hac de re Sacra Scripturæ Exempla. 677. ſeq.

Ignis, divini amoris, quanta ejus Vis. 70. ſeq. Vide amor.

Ignorantia, an & quomodo cauſſet Voluntarium. 339. ſeq. Item 341. Vide Actio, Liberum Arbitrium.

Imago Dei, in homine hæreſis circa eandem. 456. ſeq. Item 490. ſeq.

Immortalis, quomodo Chriſtianus evadere poſſit. 49. ſeq.

Impius a pio quomodo differat, & cur non ſtatim puniatur. 129.

Incarnatio, ab Ezechiele prædicta. 3. ſeq. Vide Chriſtus.

Injuriæ, oportet illarum oblivifci. 241.

Inobedientia primorum parentum, malique effectus. 69.

Joannes Baptiſta, quo ſenſu explicetur oraculum Chriſti, vi cujus nullus hominum ipſo major. 78. ſeq.

Ira, quid ſit, & quænam ejusdem ſpecies. 328. ſeq. Fugienda omnino eſt a Chriſtiano. 535. ſeq.

Iſaias, Abbas, ejus Geſta, & ſcripta. 212. Apophtegmata illius 227. ſeq. Ejusdem Argumenta pro renuntiatione mundi. 228. ſeq. Item 233. Luctus ejus, & lamentatio. 232. ſeq. Item 260. ſeq. Singularia Monita. 256. ſeq.

Iſaias Propheta, Gemina hæreſis circa illius

illius librum propheticum. 505. ſeq. Quomodo labia ejus fuerint tincta carbone vivo. 507. ſeq.

L.

Lachrymæ piæ, qua vi polleant. 69. Item 144. ſeq.

Liberum arbitrium, an illo præditus ſit Homo. 149. An aliqua ſint illi ſubjecta, ita, ut ſint in poteſtate hominis poſita. 350. ſeq. Quænam illa ſint potiſſimum. 352. ſeq. Quam ob cauſſam id ipſum Homo a Deo obtinuerit. 354. ſeq. Cuinam ejus abuſus adſcribi debeat. 356. ſeq. Vide Homo, Anima.

Linguæ, earum diverſitas, & origo, hæreſis circa hoc. 461. ſeq.

M.

Macarius, Ægyptius, ejus geſta, ac ſcripta. 1. ſeq. Ejusdem Apophtegmata. 158. ſeq. Item 160. ſeq. Eximia hujus ſancti Abbatis humilitas. 164. ſeq.

Macarius, Alexandrinus, ejus geſta, & ſcripta. 166. ſeq. Illius regula ad Monachos, eorumque ſequaces. 169. ſeq. Epiſtola ejusdem ad eosdem. 174. ſeq.

Magia, ſpecialis error Origenis circa illam. 648. ſeq.

Malum, an ſit a Deo, vel libero arbitrio hominis. 51.

Manichæi, Opinio Illorum de anima humana. 291. ſeq.

Martinus, Epiſcopus Turonenſis, ejus vita, & ſcripta. 614. ſeq.

Medicinæ, an, & quomodo iis uti hominem deceat. 108. ſeq.

Melchiſedech, circa ejus Natales ſingularis hæreſis. 499. ſeq.

Memoria, quid ſit, quomodo a recordatione differat, & quænam ejus præcipua Inſtrumenta. 317. ſeq.

Mens hnmana, an, & quomodo ſit renovanda. 214.

Metempſychoſis, an revera detur. 299. ſeq. Vide anima.

Metus, quænam ſint præcipuæ ejusdem ſpecies. 327. ſeq.

Miracula, Deus plùra fecit in Antiqua, & nova Lege. 111. ſeq.

Monachi, Regula S. Macarii pro ipſorum inſtitutione. 169. ſeq. Item 215. ſeq. Monita illius ad eosdem. 174. ſeq. Aliæ Sanctorum Virorum Regulæ pro ipſis. 176. ſeq. Item 179. Eorum paupertas, & vera gloriandi ratio. 175. ſeq. Præcepta ſalu rima pro illis. : ſeq. Item 217. Quomodo ſe erga ſpites, ac peregr gerere debeant. : ſeq. Vitare deber ſingularitatem, & miliaritatem cum ſ laribus. 222. ſeq. plicatur eorumden bitus. 531. ſeq. rum, qui ſancti ſcrunt, dicta ſalı rima. 555. ſeq. galitas illorum, & moſyna. 558. ſeq tanda eſt illis cum ris converſatio. ſeq. Multo magi ſæcularibus. 561 Eorum aſſidua ſol 561. ſeq. Opu nuale, & med 563. ſeq. Jejun aliæque Mortif nes. 564. ſeq. rum præcipuæ tiones. 566. ſeq. nita ſelecta pro 571. ſeq. Item ſeq. Vide Apoj ma.

Morbi, animi, quinam ſint, & quomodo cognoſcendi. 242. ſeq.

Morientes, duplex, diverſusque eorum ſtatus. 65. ſeq.

Moſaica lex, figuræ illius quoad Meſſiam. 104. ſeq.

Mundus, monita pro illis, qui eidem renuntiant. 228. ſeq. Utilitas, ac neceſſitas hujus renuntiationis. 231. ſeq. Quid revera ſit mundus. 244. Vide Monachi.

N.

Naturalium, & ſpiritualium rerum diſcrimen. 74.

Nemeſius, Epiſcopus Emiſſenus, Geſta ejus, & ſcripta. 271. ſeq.

Novatiani, hæretici, juſta illorum perſecutio. 187. Origo hæreticorum iſtorum, eorumque Argumenta. 191. ſeq.

Nuptiæ, de contemtu earum ſingularis hæreſis. 475. ſeq.

Nutritio corporis humani quomodo fiat. 329. ſeq.

O.

Odoratus, ejus inſtrumenta, & objectum. 316. ſeq.

Orare, an ſemper oporteat, & quomodo. 86. ſeq.

Oratio, quomodo ſit inſtituenda, & quousque illi inſiſtendum. 123. ſeq. Oportet ei adjungere fructus Spiritus Sancti, & Miniſterium fratrum. 125. ſeq. An Deus eandem exaudiat. 130.

Orbis, ſeu Mundus, de ejus diviſione hæreſis. 476. ſeq.

Origenes, doctrina ejus erronea inter Monachos diſſeminata.

Phantaſia, quid ſit, & quænam ejus inſtrumenta. 304. ſeq.

S. Philaſtrius, Epiſcopus Brixienſis, ejus geſta, & ſcripta. 408. ſeq. Ejus Catalogus de hæreticis. 410. ſeq.

Plato, quam opinionem ſingularem de fato tenuerit. 348. ſeq.

Pœnitentia, quinam hæretici ipſam negarint. 181. An revera ſit admittenda. 183. ſeq. Quisnam ejus Miniſter. 184. ſeq. Datur in vera Eccleſia, quæ Pœnitentes non repellit. 188. ſeq. Nullatenus ad peccandum invitat. 193. Eccleſia orat pro veris Pœnitentibus. 198. ſeq. Ad omnes omnino peccatores ſpectat. 200. ſeq. Quomodo ſit agenda, & quinam ejus fructus. 204. ſeq. Exhortatio ad illam. 245. ſeq. Quænam dicenda ſit vera Pœnitentia. 250. Vide Peccata.

Præpoſiti, o
eorumdem brevi
ponitur. 120.

Preces, quon
veris Chriſtiani
debeant. 26. ſeq
30. ſeq. Vide
Oratio.

Promiſſiones
quales factæ ſin
ſtianis. 14. ſeq.
do plerumque i
ſoleant. 32. ſeq.
Chriſtus, gratia
tio, Deus.

Providentia
an in rebus cre
cum habeat. 35
Quid ſit, & a
nam objecta ſ
tendat. 360. ſeq.
Philoſophi vetere
la ſenſerint. 361. ſ
nihil fortuito caſ
niat. 363. ſeq.
omnia omnino ſ
dat. 365. ſq. Arg
contraria. 367. ſe
gumentum præ
contra illam. 37
Vide fatum, Or

Pulſus, in c
humano, unde
nem trahat. 33

I

R.

la S. Macarii ini ad Mona- 9. ſeq. Item orum Sanƈto- ulæ pro iisdem is. 176. ſeq. 9. Vide Mo-

meratio bono- erum, an, & o fiat. 44. ſeq. ;1. ſeq. Vide

ci Chriſtianum ſt, & quomo- fiat. 181. ſeq.

ratio hominis, eſſitas, & in- ta. 335. ſeq.

rectio mortuo- an omnia, & membra reſur- 7. ſeq. Quæ- ſt illam ſequa- ria. 89. ſeq. rigenis circa il- 6. ſeq.

S.

atum verum, qua, & Nova 8. ſeq.

Sacrificium Miſſæ, ſeu Altaris in Nova Lege. 148.

Sanƈtitas, in quo conſiſtat. 140. ſeq. Vide Perfeƈtio.

Scriptura ſacra, quid præcipiat, & cur ſit data a Deo. 92, 94. Hæreſis circa libros ejus Canonicos. 450. ſeq.

Senſus externi, ſedula eorumdem cuſtodia. 236. ſeq.

Septuaginta Interpretes, Hæreſis circa illorum Verſionem. 495. 497.

Servitus, ſeu Servitium Dei, quid ſit, & quosnam producat in Chriſtiano effeƈtus. 237. Item 251. Vide Deus.

Sinapis, ſingulares ejus proprietates myſtice explicantur. 230. ſeq.

Singularitas, veluti vitium grave, vitanda eſt monachis. 222.

Soli-

Solitudo ſacra, ejus commoda. 234. Vide Monachi.

Somnia, quænam in iis plerumque eveniant. 553. ſeq.

Spes ſalutis, nunquam eſt deponenda. 135. Item 138. Item 149.

Spiritus ſanctus, ejus divinitas probatur. 404. Item 514. ſeq. Item 599. Quo ſenſu dici poſſit miſſus. 600. ſeq. Eſt conſubſtantialis Patri, & Filio. 602. ſeq. Habet æquales cum illis operationes. 603. ſeq. Vide Chriſtus, Trinitas.

Synaxis ſacra, quæ obſtent ejus uſui 267. Item 269. ſeq.

T.

Tactus, unus e ſenſibus externis, quid ſit, & quomodo fiat. 311. ſeq. Quodnam ſit illius objectum. 313. ſeq.

Temporalia, ſunt commutanda æternis. 157. ſeq.

Tentationes, an obnoxii ſint etiam mines ſpirituales. ſeq. Sunt vince 220. Remedia cc illas. 537. ſeq. Bellum ſpirituale, gitationes.

Theophilus, Ale drinus Epiſcopus, geſta, atque Op 617. Item 619. Item 626. ſeq. (bus injuriis eum cerint Origeniſtæ. (ſeq. Prologus eju celebratione Paſch 632. ſeq. Epiſ Paſchales. 637. Item 652. ſeq. I 671. Fragmenta c dam ex aliis ejus ribus. 689. ſeq. 6 ſeq. 697. ſeq.

Tepor eſt vitan 133. Quænam re dia contra illum. 1

Tetragrammat ejus Origo, verus ſenſus. 590. ſeq.

SS. T

SS. Trinitas, eſt yſterium ineffabile. 10. ſeq. Probatur Sacra Scriptura. 520. q. Ejus Confeſſio. 15. ſeq.

V. U.

Vinum, proprietates us exponuntur. 231. q.

Virgines, Doctrinæ irituales pro illis. 86. ſeq.

Virtutes, earum nnexio cum vitiis. 95. em 225. ſeq.

Viſio Dei appetenda t. 133. ſeq. Nec nquam de illa obtienda deſperandum. 35. Item 138. Vie ſpes.

Viſus, ſenſus exterus, quid ſit, & in uo conſiſtat. 307. ſeq. uodnam ejus objectum, & an falli poſſit. 308. 310. ſeq.

Vita hominum mundanorum, qualis ſit. 23. ſeq. Spiritualis vita, quænam ejus indicia. 138. ſeq. Vide Perfectio.

Unctio hominis Chriſtiani, in quo conſiſtat. 53. ſeq.

Unio animæ cum corpore humano. Vide anima. Unio Duarum Naturarum in Chriſto. 297. Vide Chriſtus.

Voluptates, variæ earumdem ſpecies. 323. In quonam conſiſtant. 324. ſeq. Quæ in ſenſibus conſiſtunt, quid ſint, & quotuplicis Generis. 326. ſeq.

Vox, ſermo, ſeu loquela humana, quomodo fiat, & quænam ſint ejusdem Inſtrumenta. 319. ſeq.

U. I. O. G. D.

ERRATA
TOMI DECIMI QUINTI

Pag.	*lin.*		*corrige.*
2.	16.	ſpiritali	ſpiritualis
3.	8.	Græcæ	Græcæ
100.	33.	beneficis	beneficiis
103.	3.	filiobe	filios
126.	3.	cætera	cætero
129.	11.	transgreſſo	transgreſſio
165.	20.	Galladii	Palladii
170.	22.	Chriſto	in Chriſto
198.	1.	confer	confeſſio
212.	11.	Tynonibus	Tyronibus
287.	4.	in animam	in animum
287.	34.	ſanctitas	ſanctos
296.	16.	ſua	ſuo
296.	23.	ad	a
250.	21.	adverſarii	adverſariis
430.	19.	colum	cœlum
483.	17.	noſci	naſci
497.	6.	ſolem	ſolum
590.	19.	varis	vaſis
635.	24.	qui	quin
652.	10.	noctæ	nocte
665.	13.	paſcebat	poſcebat
691.	7.	Prophetam	per Prophetam
692.	2.	Eccleſti	Eccleſia

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

'his book is under no circumstances to be
taken from the Building

410